FIDES DOGMATIS

DE

RESVRRECTIONE CARNIS


PER

QVATVOR PRIORA SECVLA.

ENARRATIO HISTORICO-CRITICA

GVIL. ABRAHAMI TELLERI

THEOLOGI HELMSTADIENSIS.



HALLE ET HELMSTADII

IMPENSIS CAROL. HERMAN. HEMMERDE.

MDCCLXVI.



PRAEFATIO.

In tanta vtilitate iuſtae enarrationis traditae per omnia ſecula N. T. religionis Chriſtianae, quam hiſtoriam dogmatum appellari conſtat et vnde peculiaris pars Theologici ſtudii naſcitur, cui hiſtoricae Theologiae nomen inhaeret; in tantis praeterea Virorum doctrina atque uſu rerum excellentium huius vtilitatis demonſtrationibus, vt nuperrime *Erneſtii* atque *Walchii*, Theologorum clariſſimorum; certum tamen eſt, ab omni tempore pauciſſimos extitiſſe, qui in hoc genere doctrinae theologicae aliquid ſtudii poſuerint, multo pauciores, qui cum laude in eo verſati fuerint, et vix vnum atque alterum, qui per vniuerſum ambitum locorum religionis chriſtianae eiusmodi enarrationem, non dicam abſoluerit (quod ab vno homine, vel maxime otio abundante, expe-

ctare velle importunum foret) ſed inſtituerit tantum. Vnus ex noſtris *Baierus*, ſtudiis forte *Ge. Calixti* excitatus, qui primus in partibus quibusdam doctrinae chriſtianae modum et rationem vniuerſi inſtituti deſcripſerat, is itaque vnus omnia longi itineris ſpacia decurrere aggreſſus eſt in *compendio Theologiae hiſtoricae*, ſed tamen, vt patet, compendio. Reliqui omnes aut obiter in inſtitutionibus dogmatices fata doctrinae attigerunt non omnibus certe ſubſidiis adhibitis, vt *Gerhardus* atque *Buddeus*, aut in operoſioribus voluminibus potiora ſolum capita hiſtorice tractanda ſuſceperunt, *Petauio* et *Baſnagio* facile principibus, aut vnius exiguae partis, vel paucarum declarationem eiusmodi propoſuerunt, aut denique ſubſidia collegerunt, vario iterum conſilio, ſucceſſu vario, quibus deinceps vteretur Theologiae hiſtoricae artifex. Si nunc in tot tantisque neceſſitatibus iam per ſe moleſta cuiuis eſſe debet haec talis penuria, quomodo non multo moleſtior euadat ei, qui ſentiat, quam male iterum in paucis his quidam ſe geſſerint, vt ſummam pauperiem depellerent. Vt non dicam, omnibus fere, ſi de meo ſenſu iudicare liceat, defuiſſe in enarrando

faci-

facilitatem, quae tum ex ipſius orationis perſpicuitate, tum ex ordine narrationis oritur. Sed haec aliis maiori cum auctoritate dicenda relinquo. Dicam potius hoc, quam valde optandum eſſet, vt plures Theologi, copia lectionis vt librorum abundantes, linguarum peritia inſtructi, in iudicando integri, plures, vno verbo, *Semleri*, in vnam quaſi ſocietatem hiſtoricae Theologiae promouendae cauſa coirent, quisque ſibi partem aliquam perficiendam ſumeret, ab vniuerſitate omnium deinceps examinandam atque ſic demum poſteris tradendam. Ita profecto futura aetas haberet, in quo huius rei cauſa cum tripudio acquieſceret, noſtra, in quo cum magno rei chriſtianae fructu elaboraret. Neque enim verendum, ne inſtitutum eiusmodi, quodcunque etiam efficiatur, verae religioni in detrimentum cedat, nobis quidem, quorum fides non ab hominum arbitrio ſiue aliorum perſuaſione pendet, ſcripturarum diuinarum fundamento firmiter innixa; etſi hoc video, nos non monachos Benedictinos Pariſienſes eſſe, quibus vitae commoditatibus taedium ſcribendi admodum leniretur, atque difficillimis iſtis temporibus viuere, quibus facile eſt in haereſeos crimen vocari, niſi ſis *docens*,

vt ille per iocum dicebat, *a docendo, quemadmodum montes a mouendo.* Maneat itaque et hoc ſuaue ſomnium, ſitque cuiuis liberum pro ſuis temporibus, ſtudiis atque conſiliis in communem hiſtoricae Theologiae vtilitatem aliquid conſerre. Quod dum ego hoc tempore facere adgredior, paucis ante omnia Lectores admonendi erunt, de vniuerſa inſtituti mei ratione.

Illud quidem facile quisque per ſe intelliget, eſſe argumentum tale, in quo Theologus cum laude verſari poſſit. Etenim primum conſtat, ab vltimis Chriſtianismi temporibus nullum fidei communis decretum ita pertinaciter et vel ab ipſis eccleſiae doctoribus impugnatum fuiſſe, quam dogma de reſurrectione, et quidem cum additamento *corporis* ſeu *carnis*, vt non male dixerit *Auguſtinus*, enarratione 2. in Pſalm. 88. *in nulla re tam vehementer, tam pertinaciter, tam obnixe et contentioſe contradicitur fidei chriſtianae, ſicut de carnis reſurrectione.* Patet praeterea, praeter *Gerhardum*, qui in *locis theologicis*, tractatu de reſurrectione mortuorum c. IV. ſententias doctorum primae eccleſiae ſiue claras ſiue ambiguas ſuper hoc argumento legit, et *Baierum* qui libro commemorato loc. XXI. Aphoriſmo III. Calixti et Gerhardi nar-

narrationes per compendium orationis repetiit, vnum fere *Calixtum* adhuc repertum fuisse, qui de instituto historiam huius dogmatis elaborare susceperit in libro de *immortalitate animae et resurrectione carnis*. Atque hic vere magnus vir, etsi, quod per se patet, Baieri tenuitatem, et Gerhardi inconcinnum in enarrando modum longe superauerit, tamen neque testes omnes in medium produxit, neque singulorum pronunciata cum causae suae momentis diligenter satis collegit, vt nunc facile esset cuiuis cognoscere, quomodo res ab vtraque parte disputata fuerit. His porro accedit nuperrimus *Arthuris Ashleii Sykesii* conatus, qui in libro, cuius indicem infra posuimus, *) cum magno doctrinae apparatu, varia huius, quae est de *carnis* resurrectione doctrinae, fata ita recensuit, vt in extremo narrationis planum fecisse sibi videatur, *exeunte demum seculo quarto in symbolo publico* carnis *resurrectionis factam esse mentionem; eandem paulo ante*

 Arium

*) An Enquiry, when the Resurrection of the Body or Flesh was first inserted in the public Creeds, by the late Arthur Ashley Sykes D. D. publish'd from the Author Manuscript: by his Brother G. Sykes. Lond. 1757. vid. Monthly Review mens. Decembr. 1757. p. 135. et inprimis Bibliothecam Brittannicam Lipsiae editam Vol. II. p. 504. seqq.

receptam

Arium in formula quadam fidei primum aperte ~~*pro-feſſum*~~ *fuiſſe; prioribus ſeculis ſimplici fide reſurrectionem in uniuerſum creditam fuiſſe; neque carnis reſurrecturae profeſſionem a baptizandis quaeſitam;* vnde conſequens ſit, vt etiam nos expreſſis ſcripturarum verbis in argumento tali modeſte inhaerere debeamus, omni repreſſa in quaerendo curioſitate. Itaque cum haec omnia nobiscum cogitaremus, vt argumenti grauitatem, horum, qui inter nos attigerint, paucitatem atque tenuitatem, illius denique Viri docti in enarrando progreſſiones, mox nobis proponebamus, ſi opportunitas quaedam ſcribendi contigiſſet, noſtro more rem, quomodo vtrinque per quatuor priora ſecula expoſita fuerit, ediſſerere velle. Cumque adeo nihil homini chriſtiano magis procliue eſſe poſſit, quam cum pia reſurrectionis I. C. recordatione ſuae ipſius cogitationem ſeriam coniungere, nacti iſtam opportunitatem nobis videbamur, dum de more Academiae noſtrae officio Prorectoris ciues Academicos ſcripto quodam libello ad ſolennia Chriſtianorum tempora praeparandi, proxime elapſo Feſto Paſchatos ſatisfaciendum erat. Sed libellus ſcilicet exiguus non capax erat eiusmodi diſputationis! Itaque, ne tamen vniuerſum conſilium deſerere cogeremur, ita

nobis-

nobiscum ipſi quaſi transegimus, vt primis opuſculi lineis in commemorato libello ductis, perfectam imaginem ſeorſim foras mitteremus. Sic itaque, beneuole lector, domi apud nos quaſi nata atque educata eſt haec, quam nunc vides, enarratio hiſtorico-critica.

Nunc tamen nemo deſtinatam atque violentam cum *Sykeſio* pugnam expectet. Eſſet enim vti ab ingenio noſtro alienum, quibus denegatum eſt ad Theologi Polemici, et, ex latina interpretatione, bellicoſi laudes adſpirare, ita etiam inhumanum, cum ex aliorum tantum narrationibus viri clariſſimi in hoc genere decreta intellexerimus, nulla ipſius libri copia nobis facta. Quin etiam ſuis, non noſtris popularibus ſcripſit, *Rutherfortum* etiam aduerſarium nactus, acerrimum, vt probabile eſt ex diſputationibus eius cum Kennicoto: Nam neque de huius rationibus plus cognouimus praeter ambiguam vniuerſae diſputationis laudem in indicibus Anglicis infra excitatis.*) Seposita itaque, per maximam partem opuſculi noſtri, cogitatione Sykeſii, illud totum in quinque capita diuidemus, ita vt primo doctrinam Apoſtolicam, virorum

*) Vid. Monthly Review menſ. Iul. 1763. et enarrationem libri inſcripti Rutherfords four Charges tho te Clergy etc.

Apoſtolicorum et haereticorum primi ſeculi de reſurrectione carnis narratione ſimplici proponamus, tribus ſequentibus trium reliquorum ſeculorum placita enarremus, tandemque in quinto capite noſtrum qualecunque iudicium interponamus, atque hic demum loci temporisque neceſſitate adducti, *Sykeſii* concluſionibus paullisper inhaerebimus. Vſurpabimus vero in cuiusuis ſeculi, primum ſecuti, doctrina cognoſcenda Patrum, ſymbolorum publicorum priuatorumque, profeſſionum fidei in baptiſmatis ſolennitate exhibitarum, canonum denique teſtimonia omnia, quae legendo atque relegendo vaſtiſſima volumina reperire potuimus, et vt ſtudium ſaltem lectoribus omni opere probemus, nonſolum accurate ordinem annorum ſequemur, verum etiam formam doctrinae ſiue haereticorum, ſiue Patrum praeſtantiſſimorum per compendium exhibebimus, locis diligenter in inferiore ora vt plurimum etiam, inprimis ſi res ita poſtulauerit, ipſis verbis adductis. Atque vti hanc vniuerſam operam tironum cauſa maxime ſuſcepimus, ita vehementer optamus, vt ſpecimine hoc qualicunque eorum ingenia ad amorem Theologiae hiſtoricae vniuerſae excitentur.



CAPVT PRIMVM

SECTIO I.

DOCTRINA I. C. ET APOSTOLORVM DE RESVRRECTIONE CARNIS.

Decet vt initium enarrationis nostrae ab ipsis diuinis Domini nostri et legatorum eius pronunciatis ducamus, quibus etiam solis nostrae resurrectionis firmum atque duraturum solatium debemus: neque placet plurimorum mos, qui historicam locorum fidei intelligentiam aut plane a secundo demum seculo inchoant, aut certe si vel maxime eam inde a primo repetunt, non tamen, vt historicum decet, narrant, sed vt praeceptores, quod iam traditum est ab aliis, docent; non omnium partium de orationis sensu in opinando diuersitates libero quietoque animo recensent, sed magno cum apparatu pro recepta suae partis interpretatione pugnant, neque tandem testimonia in classes suas pro ponderis

deris varietate curiosius diuidunt, sed vnum idemque omnium agmen constituunt. Itaque nos locos scripturae N. T. resurrectionis nostrae indices, omnes quidem, sed tamen in varios ordines diuisos, producemus, nihil de nostro addemus, nisi quod linguae difficultates addere cogant et in dubiis argumenta partium potiora summa cum fide recensebimus. Sit adeo

CLASSIS I.

Locorum in quibus resurrectio *futura simpliciter affirmatur, ne minimo quidem eius quae* carnis *esse putatur, indicio* sermonis *facto.*

Matth. XXII, 23-32. Luc. XX, 27-39. — ηλθον Σαδδȣκαιοι, οι λεγοντες μη ειναι αναϛασιν — — — Αποκριθεις δε ο Ιησȣς — — εν γαρ τη ΑΝΑΣΤΑΣΕΙ ȣτε — περι δε της ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΤΩΝ ΝΕΚΡΩΝ ȣκ ανεγνωτε το ρηθεν — — et apud Lucam οι δε καταξιωθεντες — — της ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΤΗΣ ΕΚ ΝΕΚΡΩΝ, ȣτε rell.

Clarum hic est, inquiunt, resurrectionem neque cum adiuncto της σαρκος neque adeo τȣ σωματος dici, quin potius constanter siue αναϛασιν, siue αναϛασιν εκ νεκρων, quibus contradicunt alii vrgentque maxime hoc, quod neque adeo necesse fuerit, cum nihil surgere possit, quod non ante ceciderit, adeoque, anima de communi consensu post mortem superstite, relinquatur, vt in resurrectionis verbo corporis simul cogitetur notio; neque

que porro, ſi non huius ipſius carnis per ſe intelligenda ſit reſtitutio, primae materiae in aliud corpus efformatio, niſi duriſſimo multoque obſcuriore loquendi modo, reſurrectio appellari potuerit.

Ioh. V, 28. 29. Ερχεται ωρα, εν η παντες οι εν τοις μνημειοις ακουσονται της φωνης αυτου· Και εκπορευσονται οι τα αγαθα ποιησαντες εις ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ ζωης· οι δε τα φαυλα πραξαντες εις ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ κρισεως. Oratio, in qua omnes concedunt, grauiſſima ad recte agendum incitamenta propoſita eſſe, denuo tamen his negantibus *carnis* reſurrectionem inde intelligi, aliis affirmantibus; dum illi quaerunt, quare non dixerit πασα σαρξ ſeu παν σωμα, η, ο, εν τοις μνημειοις — — εκπορευσεται rell. vt nulla dubitatio relinqueretur; reliqui vero plures reſpondent, hoc primum non neceſſe fuiſſe de cauſis ante allatis, deinde in hoc loco non ad rem pertinuiſſe, in quo maxime propoſitum fuerit Seruatori fidem futurae remunerationis atque iudicii confirmare. Atque hi etiam amplius fortaſſis dicere poſſent, Dominum noſtrum πασα σαρξ plane non vel non ſine periculo erroris dicere potuiſſe in diſputatione quidem, cum Iudaeus per πασα σαρξ (כל בשר) *totum hominem* intelligat. Ceterum vel pueris notum eſt, vltimorum verborum εις αναστασιν κρισεως interpretationem eſſe ad ~~iudicium~~ *condemnationis*, vt ita ambiguitas verbi *iudicii*, quo latinus interpres vſus eſt, quem Lutherus etiam ſequitur, remoueatur.

Ioh. XI, 24. *Λεγει αυτω Μαρθα· Οιδα οτι αναστησεται εν τη αναστασει, εν τη εσχατη ημερα.* Apponimus tantum hunc locum ad nos non admodum pertinentem, quibus propositum est quaerere, quae I. C. et Apostoli de resurrectione docuerint.

Act. XVII, 18. *Τον Ιησουν και την* ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ *αυτοις ευηγγελιζετο.* Pugna super simplici *της αναστασεως* mentione eadem quae ante. Intercedit tamen tertia pars, vultque haec verba non ad nostram resurrectionem trahenda esse, sed vnice ad ipsius domini reditum in vitam pertinere, vt sit sensus, *promulgauit iis doctrinam de I. C. et resurrectione eius.*

Actor. XXIV, 15. *Ελπιδα εχων εις τον θεον, ην και αυτοι ουτοι προσδεχονται, αναστασιν μελλειν εσεσθαι νεκρων, δικαιων τε και αδικων.* Repetunt suae dubitationis momenta aduersarii resurrectionis *carnis* ad hunc locum, vti patroni eius suae causae robora ad locum primum iam commemorata, putantque praeterea omnium minime pro *αναστασιν* — ΝΕΚΡΩΝ, f. ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ f. ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ in hoc loco necesse fuisse dicere, vbi per se apertum fuerit, Apostolum talem resurrectionem futuram cogitasse, dum ad Pharisaeos adstantes prouocet, qualem hi sperabant, nimirum, vti constet, *corporis* siue *carnis.* In quo tamen illi nondum acquiescunt, hoc sibi relictum putantes, vt dicant ignorari plane, qualem Pharisaica schola *corporis* resurrectionem intellexerit, an huius ipsius quoad omnes partes essentiales, et *eiusdem* plane, qua nunc vtimur,

car-

carnis; neque se ipsos omnem corporis, si recte intelligatur, resurrectionem negare, de huius tantum futura reparatione dubitare hancque claris atque apertis verbis pronunciatam legere velle.

1 Cor. VI, 14. *Ο δε Θεος και τον Κυριον ηγειρε, και ημας εξεγερει δια της δυναμεως αυτȣ.* Volunt et hic legi: *Ο δε Θεος και το σωμα* s. *την σαρκα τȣ Κυριȣ ηγειρε, και τα σωματα*, s. *τας σαρκας ημων εξεγερει* &c. Sed vrgent contra reliqui, propositum Apostoli expressam eiusmodi mentionem in hoc loco non desiderasse ipsique vnice institutum fuisse vniuersae resurrectionis certitudinem ponere atque ex ante facta resurrectione I. C. demonstrare.

1 Cor. XV. *tot.* Conf. classem II. et III.

Phil. III, 11. *Ει πως καταντησω εις την εξαναστασιν των* ΝΕΚΡΩΝ.

Ebr. VI, 1. 2. *Διο αφεντες — — μη παλιν θεμελιον — — — βαπτισμων διδαχης — — αναστασεως τε* ΝΕΚΡΩΝ.

In hoc vtroque vtriusque partis controuersia recurrit, rationibus inuicem comparatis iisdem. Vt itaque hactenus disputationis euentus, nisi aut alia interpretationis ab alterutra parte argumenta afferantur, aut loci apertiores producantur, ambiguus valde relinquatur? Atque en! vterque grauiora causae suae robora promittit. Affert vterque! vt itaque succedat.

CLASSIS II.

Locorum, in quibus corporis *certe resurrectio non ita obscure poni videtur.*

Ante omnia in his numerandus est totus contextus narrationis de resurrectione D. N. I. C. Matth. XXVIII. Marc. XVI. Luc. XXIV. Quid enim? si ille in carne resurrexit, in eadem per plures dies viuus inter suos versatus est, cumque eadem in coelum receptus, num amplius de nostrae carnis resurrectione dubitari possit? Habes exemplar, quod vnum desiderabatur, vt fides nostra hoc firmior esset! Renatam vides carnem hominis, qui tibi per omnia similis factus est in imbecillitatibus corpusculi humani, et cui nunc tu in meliore vita similis ex verbo Apostoli euades! Quid nunc amplius postulas? Ita, non negandum est, magno cum pondere premunt defensores resurrectionis carnis contradicentes. Sed vt semel recepta opinio non ita facile eiicitur, ita etiam huic argumento contrarium existimantes pertinaciter resistunt. Negant primum, resurrectionem I. C. nostrae exemplum vndequaque esse posse, cum ea ipsi Apostoli tantum vtantur, resurrectionis in vniuersum demonstrandae causa, vnde neque nobis liceat omnium adiunctorum paritatem in nostram aliquando futuram transferre. Vrgent necesse fuisse, vt I. C. post resurrectionem carnis crassiorem molem adhuc paullisper retineret, quo apparitionis solatium firmum discipulis pararetur. Atque si nunc quaeras, vbi remanserit in adscensu caro, largiuntur quidem se hoc ignorare, sed hoc

tamen

tamen certum ſumere poſſe ſibi videntur, eam permutationem in glorioſum atque coeleſte corpus ſubiiſſe, ſimilem illi, quam Apoſtolus in ſermone ad Corinthios corporibus eorum tribuat, qui vſque ad mundi deſtructionem viui remanſuri ſint. Tandem plane non fieri potuiſſe dicunt, vt corpus locis beatorum aptatum in his terris a I. C. geſtaretur, adeoque mirum non eſſe debere, ſi hactenus carnem terreſtribus regionibus deſtinatam retinuerit. Sed procedendum eſt. Occurrit nobis legendo progredientibus egregius Apoſtoli ſermo

Rom. VIII, 11. *Ει το πνευμα τȣ εγειραντος Ιησȣν εκ νεκρων οικει εν υμιν, ο εγειρας τον χριϛον εκ νεκρων, ζωοποιησει και τα* ΘΝΗΤΑ ΣΩΜΑΤΑ *υμων δια τȣ ενοικȣντος αυτȣ πνευματος εν υμιν.* Patet in hoc loco, etſi non *αναϛασιν*, tamen *ζωοποιησιν θνητων σωματων* ab Apoſtolo affirmari, eam praeterea non vti factam, ſed futuram poni et tandem comparari cum reſurrectione ΑΝΑΣΤΑΣΕΙ I. C. *εκ νεκρων*, h. e. *σωματος*, cum conceſſum ſit, corpus I. C. ex ſepulchro prodiiſſe. Sed contra fatendum etiam, multos magnosque interpretes plane nullam futurae corporis reſurrectionis in hac oratione mentionem factam exiſtimare, potiuſque de ea, quae per figuram ſermonis animae tribuitur, locum intelligendum praecipere. Verbum *σωμα*, dicunt, ſaepius pro toto homine ponitur conferuntque ex hac ipſa epiſtola verba apoſtoli (c. XII, 1.) *Παρακαλω — — παραϛησαι τα σωματα υμων*, h. e. *vos ipſos*. Vrgent ſententiam mox antecedentis

verſus, in quo admodum clare reſpondens *νεκρον σωμα* ſit *homo peccatis obnoxius.* Pergunt ad *φρασεολογιαν* Paullinam capite ſexto huius epiſtolae prouocare, vbi, quod com. 6. appelletur *σωμα της αμαρτιας*, *homo peccator*, com. 12. eodem ſenſu dicatur *θνητον σωμα*, quae ſi conferamus cum commatibus 3. 4. inprimisque 5. eiusdem capitis, tota *φρασις* ſit *αναστασις τȣ σωματος της αμαρτιας* ſ. *τȣ θνητȣ σωματος*, et res indicata *hominis peccatoris in nouam vitam productio*, vt adeo dubium non ſit, quin in hoc loco ſermo *παραλληλος ζωοποιησις τȣ θνητȣ σωματος* eodem ſenſu ſumendus ſit. Vt tandem omnia dixiſſe videantur, addunt toties frequentari ab Apoſtolo hanc diſputandi rationem, vt a reſurrectione I. C. ex mortuis ad noſtram ſpiritualem concludat, illamque huius imaginem faciat, vti iam commemorato capite ſexto. Sic itaque magni interpretes verborum interpretationem fingunt, qui in doctrina ipſa de reſurrectione *carnis* communem declarationem ſequuntur, vt itaque per ſe intelligatur, reliquos verbum *carnis* ſ. *corporis* aegre ferentes in loco, in quo ipſa *τȣ σωματος* expreſſa commemoratione premuntur, eam plane etiam probaturos eſſe. Neque tamen vel ſic orationis Paullinae vis ad probandam futuram carnis reſurrectionem aliis plane periiſſe videtur, quin potius ex ipſo vtrinque conceſſo vſu verbi *σωμα* apud Paullum cogunt, vtramque tum animae in hac vita reparationem, tum corporis in altera reſtitutionem intelligendam eſſe, vt ſit ſenſus, *ſi ſpiritu illo ducimur, qui Ie-*

ſum

sum Christum ex mortuis resuscitauit, idem ille potentissimus tanti miraculi effector etiam nos nouae vitae restituet, purgando animam nostram in hac vita atque deinceps in altera corpus firmum atque stabile nobis reddendo, vt ita pedetentim toti in nouum hominem surgamus. Sequitur demonstratio Paullina

1 Cor. XV. Quae cum bipartita sit, vt primum vsque ad comma 35. resurrectionem mortuorum in vniuersum confirmet, atque deinceps ab hac periodo vsque ad extremum quaestioni, *an corporis huius speranda sit*, satisfaciat, vtemur inprimis hac posteriore parte, excerpendo primariam sententiam, qua vix audita, cogitatio resurrectionis facile animum cuiusuis inuadat.

— — — 53. 54. Δει γαρ το φθαρτον ΤΟΥΤΟ ενδυσασθαι αφθαρσιαν, και το θνητον ΤΟΥΤΟ ενδυσασθαι αθανασιαν· Οταν το φθαρτον ΤΟΥΤΟ ενδυσηται αφθαρσιαν, και το θνητον ΤΟΥΤΟ ενδυσηται αθανασιαν &c. Haec si quis audiat, quomodo non ipsi illud *quater* inculcatum ΤΟΥΤΟ ita aures tundat, vt se coactum sentiat huius corporis resurrectionem in futura resurrectione animo informare! Quis sibi facile a coniectura temperare possit, Apostolum hoc ipso φθαρτον τουτο, θνητον τουτο eos premere voluisse, qui suo tempore huius corporis, carnis eiusdem, quoad partes, a quibus corpus humanum caro humana dicitur, restitutionem negabant! Et quam apposite! Isti quaerebant, ποιῳ σωματι ερχονται (οι νεκροι) com. 35.? Apostolus reponit ΤΟΥΤΩ, sed αφθαρτῳ. Ita-

que quid ſibi aliud velle exiſtimandus eſt, quam nos, his oculis, hac manu, reſurrecturos eſſe vndequaque integris atque duraturis h. e. *αφθαρτοις*. Ita pondera apoſtolici verbi aduerſariis adnumerant eiusdem carnis reſurrecturae defenſores. Sed neque ſic quieſcere volunt, dicuntque, ſe intelligere poſſe ΤΟΥΤΟ *σωμα* reſurrecturum, etſi non ad eandem formam quaſi fabricatum, vrgenda haec eſſe aduerſus eos, qui omnem reſurrectionem negent, ad multitudinem locorum contrariorum hunc admodum ambiguum explicandum eſſe, qui ipſis in promtu ſint. — Itaque eos mox audiamus, reliquis huius ordinis ſecundi teſtimoniis prius allatis.

2 Cor. V, 10. Τȣς *γαρ παντας ημας φανερωθηναι δει εμπροσθεν τȣ βηματος τȣ Χριςȣ, ινα κομισηται εκαςος τα δια τȣ* ΣΩΜΑΤΟΣ, *προς α επραξεν, ειτε αγαθον, ειτε κακον*. Hic omnes vident, verba *τα δια τȣ σωματος* ita ambigue inter vtramque orationis partem collocata eſſe, vt ſenſus varius eſſe poſſit, duplex certe interpretatio, ſiue *vt quisque referat* IN CORPORE, quae fecit, ſiue, *vt quisque referat*, quae FECIT IN CORPORE, *per corpus*, membris corporis. Atque hic non negant plurimi doctiores et quoad controuerſam doctrinam libero animo iudicantes, hanc poſteriorem priori praeſtare, cum transpoſitio verborum neque dura, neque Apoſtolo infrequens ſit et praeterea conſtet, articulum *το* toties pro pronomine demonſtratiuo *τȣτο* poni. Conſtituunt itaque ordinem verborum ita, ac ſi vere legeretur — *κομισηται εκαςος*

τα

τα (ταυτα,) προς α επραξεν δια τȣ σωματος. Supereſt itaque ſermo Apoſtolicus

Phil. III, 21. Ος (Κυριος) μεταχηματισει το ΣΩΜΑ της ταπεινωσεως ημων εις το γενεσθαι αυτο συμμορφον ΤΩ ΣΩΜΑΤΙ της δοξης αυτȣ rell. Hic nihil attinet dicere, quod vel tironibus notum eſt, σωμα ταπεινωσεως dictum pro σωμα ταπεινον et alterum idem, quod σωμα δεδοξασμενον. Quaerimus potius, annon hic quoque locus in iis habendus ſit, in quibus huius noſtri corporis reſurrectio non ita obſcure ponatur? videmus ſane primum hoc, Paullum reſurgentibus in altera vita tribuere ΣΩΜΑ, *corpus;* patet deinde, eum huius corporis non alium μεταχηματισμον expectandum praecipere, quam qui ſit eorum, quae ad ταπεινωσιν, humilitatem, fragilitatem imbecillitatemque eius pertinent, abolitio et in ſummum robur transformatio. Nunc certe ipſe oculus, ipſa manus, ipſe pes et omnes corporis partes ita apte inter ſe connexae, tantum profecto abeſt, vt humile quid ſpirent, vt potius maxime ad δοξαν hominis, vti multo magis Dei pertineant: Vnde σχημα eorum ſi immutandum ſit, id ſolum tollendum cogitem, vnde nunc eorum interitus pendet. Sed quae ita recte concluſiſſe nobis videmur, mox ab aliis rurſus male connexa putantur. Vrgent verbum μετασχηματιζειν et ampliſſimo ſuo ſenſu ſumi volunt. Formam hominis dicunt *oculus*, *pes*, *manus* et ſic porro conſtituunt: Si alia forma in altera vita, non amplius oculus hic, aliae plane partes. Neque audiunt, ſi verbum ταπεινωσεως

 pre-

premator et pertinaciter contradicunt, ipſum hunc v. g. oculum ταπεινον aeſtimandum eſſe, cum vniuerſa eius machina talis ſit; quae aliquando eum interire cogat. Repetunt tandem ſuorum contrariorum locorum copiam atque importuno clamore poſtulant, vt etiam altera pars audiatur. Itaque concedamus, vt nunc cauſae ſuae momenta proferant.

CLASSIS III.

Locorum, qui cum reſurrectione corporis ſ. carnis pugnare videntur.

Rom. VIII, 23. — απεκδεχομενοι την ΑΠΟΛΥΤΡΩΣΙΝ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ημων.

Rom. VII, 24. Ταλαιπωρος εγω ανθρωπος, τις με ΡΥΣΕΤΑΙ εκ τȣ ΣΩΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΘΑΝΑΤΟΥ ΤΟΥΤΟΥ. Clarum mihi eſt, in vtroque loco de liberatione a corporis miſeriis et calamitatibus terreſtribus Apoſtolum loqui: Neque dubito vtriuſque ſententiam plurimis conſentientibus libero ſermone ita transferre:

Magno cum deſiderio expectamus tempus illud, quo deponendum erit nobis corpus hoc imbecillum, fragile, tot calamitatibus obnoxium atque tantarum animi perturbationum effectrix. — Et

O! me miſerum, vtinam mihi aliquis mox adeſſet, qui corporis huius, animum ita perturbantis, moleſtiis me liberaret.

Ita

Ita hactenus non video, quomodo in hac oratione Apostolica aliquid insit, ex quo argumentum probabile aduersus resurrectionem corporis duci possit. Sed docent alii dicuntque, si Apostolus ab *hoc corpore mortali* απο τȣ σωματος τȣ θανατȣ τȣτȣ h. e. θνητȣ ΤΟΥΤΟΥ liberari cupiat, consequens esse, vt hoc in aliena vita etiam non velit restitui adeoque vt vir diuinitus inspiratus neque credat. Et si quis contradicere velit, fallis! quare non additum θνητον aeque vrges? rident et audacter affirmant hoc nostrum ita θνητον esse, vt nunquam manentibus iisdem partibus αθανασιας capax sit. Magnum sibi solatium in eo paratum vident, et vt nemo dubitet, hoc alacriores ad reliquos locos afferendos se conferunt. Sequamur!

1 Cor. XV, 12. 13. 15. 16. 21. 29. 42. 52. Hic patet, semper siue αναϛασιν ΝΕΚΡΩΝ siue εγερσιν ΝΕΚΡΩΝ, nunquam αναϛασιν ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ, aut plane της σαρκος commemorari. Mirum tamen, Apostolum, nisi destinato consilio resurrectionis *carnis* eiusque cogitationi praecauere voluisset, toties repetito verbo αναϛασεως aut verbo finito, ne semel quidem, quod quaeritur, verbum adiunxisse. Ita, inquam, rationes quidam colligunt, quibus tamen per ea, quae saepius iam recitauimus, alii respondent: conf. inprimis dicta ad locum primum classis I.

— — 36. 37. Αφρον, συ ο σπειρεις, ȣ ζωοποιειται, εαν μη αποθανῃ· και ο σπειρεις, ΟΥ ΤΟ ΣΩΜΑ το γενησομενον σπειρεις, αλλα

γυμνον κοκκον, ει τυχοι, σιτȣ, η τινος των λοιπων.

1 Cor. XV, 38. Ο δε Θεος αυτω διδωσι ΣΩΜΑ ΚΑΘΩΣ ηθελησε, και εκαςω των σπερματων το ΙΔΙΟΝ ΣΩΜΑ.

— — 39. Ου πασα σαρξ, η αυτη σαρξ· αλλα ΑΛΛΗ μεν ΣΑΡΞ ανθρωπων, αλλη δε σαρξ κτηνων, αλλη δε ιχθυων, αλλη δε πτηνων.

— — 40. Και σωματα ΕΠΟΥΡΑΝΙΑ, και σωματα ΕΠΙΓΕΙΑ· αλλ᾽ ΕΤΕΡΑ μεν η των επȣρανιων δοξα, ΕΤΕΡΑ δε η των επιγειων.

— — 44. Σπειρεται ΣΩΜΑ ΨΥΧΙΚΟΝ, εγειρεται σωμα ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΝ; εςι ΣΩΜΑ ΨΥΧΙΚΟΝ και εςι ΣΩΜΑ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΝ coll. 46.

— — 47. 49. Ο πρωτος ανθρωπος εκ γης, ΧΟΙΚΟΣ· η δευτερος ανθρωπος, ο Κυριος ΕΞ ΟΥΡΑΝΟΥ. Και καθως εφορεσαμεν την εικονα τȣ ΧΟΙΚΟΥ, φορεσομεν και την εικονα τȣ ΕΠΟΥΡΑΝΙΟΥ.

Vniuerſa haec verborum Apoſtolicorum ſeries talis eſſe videtur, ex qua corpus doctrinae de reſurrectione hoc ſurgat: *hoc corpus in terram illatum* NON ILLVD EST, QVOD ALIQVANDO REVIVISCET (ȣ το σωμα γενησομενον) *eſt potius ſoli arbitrio diuino relinquendum, quale corpus ex primis quaſi ſtaminibus* (σπειρεται σωμα) *cuiuis reddere velit* (διδωσι σωμα καθως ηθελησε:) *Neque de eo facile aliquis dubitare poſſit, cum iam nobis ex ipſo noſtro ſenſu pateat, aliam eſſe carnem*

nem hominis, *aliam volucrium*, *aliam piſcium*, et ſic porro; *vt adeo etiam* ALIAM ισαγγελων (conſ. Luc. XX. 36.) *futuram eſſe credendum ſit*, *quod ſi aures nimis laedat* CARNEM (σαρκα) ισαγγελων *dicere*, *en!* ΣΩΜΑ *dicamus*, *ſed tamen* ΕΠΟΥΡΑΝΙΟΝ, ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΝ, *cuique nihil inhaereat ex terra*, *quodque plane* εξ ϐρανϐ *ſit*. Nunc nobis in hoc capite, vt ante monuimus, non propoſitum eſt, ediſſerere quid in vtramque partem ex hoc quaſi typo doctrinae Apoſtolicae in ſummam redacto conſequatur. Poſuimus tantum ex ſententia eorum, quibus pugnare videtur cum perpetua ſcripturarum N. T. doctrina reſurrectio *corporis* ſ. *carnis* et *huius* quidem; et ita poſuimus, vt, quod illi non faciunt, ſine ordine ſuper ſingulis periodis diſputantes, demonſtrationem eorum vniuerſam in ordinem redegerimus. Ea itaque premunt aduerſae ſententiae defenſores: vrgent illud ΟΥ ΤΟ ΣΩΜΑ, ΑΛΛΗ ΣΑΡΞ ipſamque Apoſtoli modeſtiam, qui cum ſententiam com. 39. peroraſſet, non tamen com. 40. pergat, quod quisque facile expectaſſet, ϐτω και αλλη σαρξ επϐρανιων, ſed, ΚΑΙ ΣΩΜΑΤΑ επϐρανια: Non amplius clamant, ille δευτερος ανθρωπος εκ γης erit, nihil χοικϐ ſed εκ ϐρανϐ, επϐρανιος, totus πνευματικος: Atque ſic ſe viciſſe exiſtimant. Sed non credunt alii! Concedunt σωμα τϐτο noſtrum in altera vita non ſecundum qualitates reſurrecturum eſſe, ϐσιαν tamen eandem habiturum, plane vti granum terrae iniectum idem maneat, quoad eſſentiam, etſi qualitates mutentur,

atque hactenus Apostolum nostrum corpus ϰ το σωμα γενησομενον appellasse: Vnde deinde cogunt, reliquas appellationes σωματος πνευματικϰ, επϰρανιϰ non esse ita crasse explicandas, vt plane aliud corpus aliunde quam de terra formatum cogitandum sit, sed vnice de istis nouis qualitatibus intelligendas, quas ipse Apostolus optimus verborum suorum interpres comm. 42. 43. 48. recenseat, vt αφθαρσια, δοξη, δυναμει, quibus etiam alii multo plures addunt. Sunt etiam, qui amplius existiment com. 47. δευτερος ανθρωπος non de futuro in altera vita homine, sed de I. C. intelligendum esse, orationemque cum proxime sequente coniunctam, ita liberiore sermone transferendam: *Primus homo Adam ex terra formatus etiam terrestris erat, ita vt posset peccare et cupiditatibus carnis succumbere, sed secundus Adam I. C. etsi verum corpus circumferebat, tamen Deo interueniente peculiari modo hoc corpus humanum accipiebat, vt quasi εξ ϰρανϰ attulisse visus sit. Qualis nunc ille primus Adam terrestris imbecillitatibus corporis quin etiam peccatis obnoxius, tales omnes reliqui, per procreationem communem, ab eo orti, eodem modo terrestres, et qualis I. C. erat sine peccatis, tales etiam omnes coelestes post eum erunt. Quemadmodum itaque primo Adamo in hac vita similes fuimus* (conf. Genes. V, 3.) *ita etiam aliquando I. C. similes euademus.* Ita etiam his enarrando, vt speramus, satisfecimus, qui probabilem conclusionem carni in resurrectione futurae aduersantium, interpretatione verborum ita infringunt, vt suae certe carni nihil

nihil amplius metuendum sit. Pergamus itaque ad huius ipsius capitis

— — 50. – ΣΑΡΞ ΚΑΙ ΑΙΜΑ *βασιλειαν Θεȣ* ΚΛΗΡΟΝΟΜΗΣΑΙ ΟΥ ΔΥΝΑΝΤΑΙ, *ȣδε η φθορα την αφθαρσιαν κληρονομει*, vbi ante omnia tironum causa monemus, *φθορα* hic poni pro *φθαρτον*, vt versio sit, *neque corruptibile capax futurae perpetuo duraturae vitae*. Si nunc haec conferamus cum verbis Seruatoris et Apostoli

Luc. XX, 35. 36. – – *Ουτε γαμȣσιν, ȣτε εκγαμισκονται* – – – *ισαγγελοι γαρ εισι.*

1 Cor. VI, 13. – – *Θεος και ταυτην* (*κοιλιαν*) *και ταυτα* (*βρωματα της κοιλιας*) *καταργησει* (destruet) si inquam haec inuicem conferamus (qua de causa etiam ordinem narrandi perturbando vtrumque posteriorem locum huc nobis seruauimus); si cogitemus in *φρασει caro* et *sanguis* ebraicam descriptionem *corporis* inesse, quemadmodum Paullus alibi verum I. C. corpus adstruens, et quidem in oratione ad Ebraeos (cap. II, 14.) eum quemadmodum omnes reliquos infantes carnem et sanguinem habuisse affirmat: sique nunc audiamus, hoc vtrumque futurae vitae incapax esse, etiam ventris machinam destruendam, neque tandem nuptiarum sollennitates futuras amplius, quomodo non dixisse videatur Apostolus aliis verbis, *essentiam huius corporis in altera vita destruendam*, cum caro, sanguis, venter, sint de essentia nostri corporis, *omnemque praeterea sexus diuersitatem tollendam!*

Ita

Ita nimirum disputant carnis resurrectionem abnegantes, quibus, non negamus, nouum argumentum εξηγητικον suppeditauimus; nam eadem liberalitate pro defensoribus sententiae contrariae mox vtemur. Hi enim primum argumentum hoc ita repellunt, vt dicant patere, Apostolum in oratione, ex qua primaria vis petitur huius demonstrationis, negasse tantum opera carnis, voluptates, imbecillitates aliquando superfutura, vnde etiam mox per φθαρτον explicet. Addunt deinde, orationem Seruatoris collatam plus suam sententiam adiuuare, cum non dicat, non amplius in futura vita erit αρσεν και θηλυ (conf. Gal. III, 28.) sed non γαμουσιν &c. vt tamen illud potius dicere debuisset, si verum sit, quod ab aduersariis sumatur: Concludunt itaque relinqui, vt non ipsius sexus discrimen, quemadmodum ex sermone Apostoli non ipsius ventris essentia aliquando abolenda sint, sed tantum sexus opera vsusque ventris. Sed possent etiam hi amplius dicere, vsurpari etiam modum loquendi σαρξ και αιμα in aliis locis, vt Matth. XVI, 17. Gal. I, 16. de *prauis consiliis hominum, cupiditatibus*, et sic porro, vt adeo potius sensus sit, *cupiditates carnales in altera vita omnes cessaturas*. Addimus postremo alium locum, qui nobis percurrendo libros N. T. cum resurrectione carnis pugnare visus est, quemque etiam ad extremum nobis seruauimus, cum neminem deprehenderimus, qui eum antea huius argumenti caussa vsurpauerit. Est vero

1 Cor.

1 Cor. V, 5. Παραδȣναι τον τοιȣτον — εις ΟΛΕΘΡΟΝ ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ, ινα το πνευμα σωθῃ εν τῃ ημερᾳ τȣ Κυριȣ Ιησȣ.

Miratus ſum, venerabilem nuper inter Theologos ſenem *Pontoppidanum* in libro infra indicato,*) hunc ſermonem Apoſtolicum non inprimis excitaſſe in eo loco, in quo argumenta Scripturarum pro ſtatu animae intermedio poſt mortem collegit. Sed hoc obiter, eritque forſitan cap. quinto commodior in hanc rem quaedam diſſerendi locus. Iam hoc quaeri poſſet, annon Paullus aperte in hoc loco ὀλεθρον της σαρκος affirmet, ſola πνευματος in altera vita beatitate relicta? Spatium itaque deliberandi lectoribus dabimus, nobisque ſimul vſque ad extremum caput ſumemus.

Iam nihil reſtat, quam vt conquiramus ſermones N. T. in quibus aut breuis formula fidei, quam συμβολον dicimus graeco nomine, proponitur, aut fundamenta eius ponuntur, aut denique profeſſio fidei expreſſe relata legitur, vt videamus, vtrum in his reſurrectionis mentio fiat et cum quibus adiunctis.

CLAS-

*) Schrift - und vernunftmäſſige Abhandlung von der Unſterblichkeit der Seelen &c. Coppenhagen 1764.

CLASSIS IV.

Symbolorum, professionum fidei &c. in libris Nou. Test.

Etsi non propositum fuerit Apostolis, specimen vniuersae fidei in breuem formulam coactae posteris traditum relinquere, quin potius ea quouis in loco atque tempore inculcare, quorum siue intelligentiam siue πραξιν accuratam suis adhuc deesse videbant; tamen primum non dubitandum est, eos primaria certe fidei capita explicasse tum, cum Auditoribus prima vice doctrinam christianam annunciarent, inprimis gentibus; vnde eiusmodi loci si in Actis Apostolorum, vbi maxime quaerendi sunt, aut alibi occurrant, certe in iis numerandi sunt, ex quibus compendiaria formula fidei componi possit: deinde non desunt loci, in quibus capita quaedam ita vrgent, vt in iisdem quasi fundamenta formulae eiusmodi, simplicis atque facile memoriae imprimendae, posuisse existimandi sint; tandem deprehenduntur etiam alii, in quibus summam fidei traditam esse facile omnes videant. Itaque ex primo genere erunt loci sequentes:

Actor. II. inprim. commata 22. 23. 24. 31. 32. 33. 36. 38. 39. *Ανδρες Ισραηλιται, ακουσατε τους λογους τουτους· Ιησουν τον Ναζωραιον, ανδρα απο του Θεου αποδεδειγμενον εις υμας δυναμεσι και τερασι και σημειοις, οις εποιησε δι᾽ αυτου ο Θεος εν μεσω υμων, καθως και αυτοι οιδατε, τουτον — — δια χειρων ανομων προσπηξαντες ανειλετε. Ον ο* ΘΕΟΣ ΑΝΕΣΤΗΣΕ, *λυσας τας ωδινας του θανα-*

θανατȣ, καθοτι ȣκ ην δυνατον κρατεισθαι αυτον υπ' αυτȣ· — — Προιδων ελαλησε περι της ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ τȣ χριϛȣ, οτι ȣ κατελειφθη η ψυχη αυτȣ εις αδȣ, ȣδε η σαρξ αυτȣ ειδε διαφθοραν. Τȣτον τον Ιησȣν ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ ο Θεος, ȣ παντες ημεις εσμεν μαρτυρες. Τη δεξια ȣν τȣ Θεȣ υψωθεις, την τε επαγγελιαν τȣ αγιȣ Πνευματος λαβων παρα τȣ πατρος, εξεχεε τȣτο ο νυν υμεις βλεπετε και ακȣετε — — Ασφαλως ȣν ΓΙΝΩΣΚΕΤΩ πας οικος Ισραηλ, οτι Κυριον και Χριϛον αυτον ο Θεος εποιησε, τȣτον τον Ιησȣν ον υμεις εϛαυρωσατε. — — Μετανοησατε και βαπτισθητω εκαϛος υμων επι τῳ ονοματι Ιησȣ Χριϛȣ εις αφεσιν αμαρτιων· και ληψεσθε την δωρεαν τȣ αγιȣ Πνευματος. Υμιν γαρ εϛιν η επαγγελια και τοις τεκνοις υμων, και πασι τοις εις μακραν, οσȣς αν προσκαλεσηται Κυριος ο Θεος ημων.

Ex hac maxime solenni oratione Petrina patet, Petrum decreta fidei inprimis haec Iudaeis nondum fidem Christianam professis inculcasse, 1) *I. C. promissum a Deo legatum fuisse* comm. 22. 2) *eundem passum et in carne resuscitatum fuisse* com. 24. 31. 3) *exaltatum et summae maiestatis diuinae participem factum* com. 33. 4) *misisse Spiritum sanctum* ibid. 5) *dari baptisma in professionem nominis I. C.* com. 38. 6) *ante omnia nouam vitam ineundam esse* ibid. 7) *dari remissionem peccatorum* ibid. 8) *dona spiritus sancti omnibus largienda esse* ibid. coll. 39. 9) *proposuisse Deum, ex omnibus populis ecclesiam I. C. colligere* com. 39. Foret itaque formula fidei inde

coacta

coacta haec: *Credo in I. C. verum Messiam, vere passum et crucifixum, resuscitatum a mortuis, in carne viuificatum exaltatumque; qui misit Spiritum sanctum: Credo necessitatem nouae vitae: baptisma in professionem I. C. remissionem peccatorum et ecclesiam catholicam.* Nunc in hoc loco non quaeremus, quare in eiusmodi solenni promulgatione doctrinae Christianae nullam nostrae resurrectionis, nedum carnis, mentionem fecerit Apostolus; pertinet enim hoc ad capitis quinti disputationem. Iam ponimus tantum ea, ex quibus deinceps doctrinam de resurrectione colligamus, de nostro vnice ea addentes, quae ad narrationis propositum fidemque requiruntur. Pergimus itaque ad

Actor. III, 12. 13. 15. 16. 19. 20. 21. 25. 26. Ιδων — Πετρος απεκρινατο προς τον λαον· Ανδρες Ισραηλιται τι θαυμαζετε — — Ο Θεος των πατερων ἡμων εδοξασε τον παιδα αυτου Ιησουν, ον υμεις παρεδωκατε — — Τον αρχηγον της ζωης απεκτεινατε, ον ο Θεος ΗΓΕΙΡΕΝ ΕΚ ΝΕΚΡΩΝ — — Και επι τη πιστει του ονοματος αυτου, τουτον, ον θεωρειτε και οιδατε, εστερεωσε το ονομα αυτου· και η πιστις η δι' αυτου εδωκεν αυτῳ την ολοκληριαν ταυτην απεναντι παντων υμων — — Μετανοησατε ουν και επιστρεψατε, εις το εξαλειφθηναι υμων τας αμαρτιας· οπως αν ελθωσι καιροι αναψυξεως απο προσωπου του Κυριου· Και αποστειλη τον προκεκηρυγμενον υμιν Ιησουν Χριστον· Ον δει ουρανον μεν δεξασθαι αχρι χρονων αποκαταστασεως παντων, ων ελαλησεν ο Θεος — — Υμεις εστε υιοι — της διαθηκης — — τῳ σπερματι σου ενευλογηθησονται

σονται πασαι αι πατριαι της γης. Υμιν πρωτον ο Θεος, αναστησας τον παιδα αυτου Ιησουν, απεστειλεν αυτον ευλογουντα υμας, εν τω αποστρεφειν εκαστον απο των πονηριων υμων.

Partes fidei per vniuersam hanc ρησιν tractatae denuo patet has esse: 1) *I. C. filium Dei missum esse a Deo patre* com. 13. 26. 2) *eundem passum, mortuum et resuscitatum esse* com. 13. 15. 3) *esse eum auctorem omnis nostrae felicitatis* (αρχηγον της ζωης) com. 15. 4) *fidem in eum Deo gratam atque acceptam esse* com. 16. 5) *eum rediturum ad restitutionem omnium parandam, quae restituenda sint, ex promissione diuina* com. 20. 21. 6) *omnibus esse resipiscendum et vitam nouam agendam* com. 19. 26. 7) *dari remissionem peccatorum* com. 19. extr. 8) *ad omnes populos ex consilio diuino beneficia I. C. pertinere* com. 25. extr. coll. initio 26. et animaduerso inprimis illo ΥΜΙΝ ΠΡΩΤΟΝ. Erit itaque formula fidei ex hac oratione effecta haec: *Credo in I. C. filium Dei nostrae salutis causa missum, qui passus, mortuus et resuscitatus est ex mortuis, cuius nomen vera fide profitendum est, quique aliquando redibit ad restitutionem omnium, quae restituenda sunt. Credo necessitatem nouae vitae; remissionem peccatorum; ecclesiam catholicam.*

Act. IV, 10. 12. Γνωστον εστω πασιν υμιν — οτι εν τω ονοματι Ιησου Χριστου του Ναζωραιου, ον υμεις εσταυρωσατε, ον ο Θεος ηγειρεν εκ νεκρων, εν τουτω ουτος παρεστηκεν ενωπιον υμων υγιης —— Και ουκ εστιν εν αλλω ουδενι η σωτηρια,

τηρια, ουτε γαρ ονομα εϛιν ετερον υπο τον ουρανον το δεδομενον εν ανθρωποις, εν ῳ δει σωθηναι ημας.

In his verbis aperta fidei decreta haec: 1) *esse Iesum Christum eundemque verum hominem* (Ναζωραιον). 2) *eum passum, crucifixum et ex mortuis resuscitatum esse.* 3) *eum salutis causa hominibus missum et praeter eum nullum hominum redemtorem esse.* Haec inquam aperta; nam etsi *quartam* positionem addere possemus, nempe *dari vitam aeternam*, tamen in hoc efficiendo iam ratiocinii subtilitate vtendum foret, cum verbum ΣΩΘΗΝΑΙ etiam de terrestri felicitate intelligi possit. Nobis itaque satis est fidei symbolum ex hac oratione tale conclusisse: *Credo in I. C. vere hominem natum, passum et ex mortuis resuscitatum: credo eum vnicum hominum redemtorem.*

Act. V, 30. 31. Ο Θεος των πατερων ημων ηγειρεν Ιησουν, ον ημεις διεχειρισασθε κρεμασαντες επι ξυλου. Τουτον ο Θεος αρχηγον και σωτερα υψωσε τη δεξια αυτου, δουναι μετανοιαν τῳ Ισραηλ, και αφεσιν αμαρτιων.

In hac breui oratione occurrunt mox religionis capita haec: 1) *esse Iesum*, 2) *eum passum, crucifixum, resuscitatum ex mortuis et in coelum exaltatum esse*, 3) *auctorem salutis et seruatorem*, 4) *resipiscentiam eum praedicasse*, 5) *idemque remissionem peccatorum* — vt nunc sit symbolum: *Credo in I. C. missum salutis nostrae causa, passum, crucifixum, resuscitatum ex mortuis, exaltatum*

in

in coelos: credo necessitatem conuersionis; remissionem peccatorum.

Actor. VIII, 37. Ειπε δε ο Φιλιππος· Ει πιστευεις εξ ολης της καρδιας, εξεστιν· Αποκριθεις δε ειπε· Πιστευω τον υιον του Θεου ειναι τον Ιησουν Χριστον. Esset itaque exemplum, professionis fidei in baptismo exhibitae, hoc: *Credo sincera fide* (εξ ολης της καρδιας) *in I. C. filium Dei.*

Actor. X, 36. 39. 40. 41. 42. 43. Τον λογον, ον απεστειλε τοις υιοις Ισραηλ, ευαγγελιζομενος ειρηνην δια Ιησου Χριστου· (ουτος εστι παντων Κυριος.) Υμεις οιδατε — — ον ανειλον κρεμασαντες επι ξυλου. Τουτον ο Θεος ηγειρε τη τριτη ημερα, και εδωκεν αυτον εμφανη γενεσθαι. Ου παντι τω λαω, αλλα μαρτυσι τοις προκεχειροτονημενοις υπο του Θεου, ημιν, οιτινες συνεφαγομεν και συνεπιομεν αυτω μετα το αναστηναι αυτον εκ νεκρων. Και παρηγγειλεν ημιν κηρυξαι τω λαω, και διαμαρτυρασθαι οτι αυτος εστιν ο ωρισμενος υπο του Θεου κριτης ζωντων και νεκρων. Τουτω παντες οι προφηται μαρτυρουσιν, αφεσιν αμαρτιων λαβειν δια του ονοματος αυτου παντα τον πιστευοντα εις αυτον. Si hic illa verba ουτος εστιν παντων Κυριος, γνησια sunt, et non potius nota quaedam marginalis in textum temere recepta, vti tenor orationis probabile reddit, doctrinae in hac oratione propositae partes hae erunt: 1) *Iesum Christum salutis et felicitatis omnis doctorem esse,* 2) *eundem Dominum omnium,* 3) *passum et*

vere resuscitatum (cum eo comedimus et bibimus), 4) *eum iudicem viuorum et mortuorum constitutum esse*, 5) *fiduciam in illum ponendam esse*, 6) *per eum remissionem peccatorum consequendam*. Quae in formam symboli redacta, eiusmodi foret: *Credo in I. C. Dominum omnium, qui vere et resuscitatus est ex mortuis*, IVDEX CONSTITVTVS VIVORVM ET MORTVORVM, *in quem omnis fiducia ponenda est et per quem consequimur remissionem peccatorum*.

Act. XIII, 23-39. Vt in hac longiore ῥήσει describendi labore supersedere possimus, primaria fidei capita in ea exposita mox dabimus, adnotatis ad singula commatibus, vnde derivantur a nobis. Sunt itaque 1) *Iesum Christum in tempore natum esse ex semine Dauidis* com. 23. 2) *eum Iudaeis Servatorem datum*, 3) *crucifixum sub Pilato, mortuum, sepultum et resuscitatum esse ex mortuis*, comm. 28. 29. 30. 34. 35. 36. 4) *eum annunciasse remissionem peccatorum*, com. 38. 5) *in eum credendum esse* com. 39. Erit itaque formula fidei ex his effecta haec: *Credo in I. C. natum in tempore, crucifixum sub Pilato, mortuum, sepultum, et resuscitatum ex mortuis, qui nobis annunciauit remissionem peccatorum et quem vera fide amplecti debemus*.

Act. XVII, 24-31. Eodem compendio narrationis vtentes, fidei in hac oratione propositae partes sequentes excerpemus, vno tamen verbo lectoribus in memoriam reuocantes, perorasse haec Paulum aduersus Philosophos gentium, inprimis

primis Epicureos et Stoicos. His itaque dicit 1) *esse Deum, qui omnia creauerit atque conseruet* com. 24. 26. 2) *eum colendum esse* com. 27. 28. 29. 3) *omnium conuersionem serio velle* com. 30. 4) *esse resurrectionem mortuorum futuram*; 5) *iudicium vniuersale* com. 31. Haec si denuo in formam symboli colligantur, dicendum erit: *Credo in vnum Deum creatorem coeli et terrae, qui ab omnibus sancte colendus est; Credo necessitatem verae poenitentiae; resurrectionem mortuorum, iudicium futurum.*

In altero genere locorum, in quibus quasi primae lineae corporis totius doctrinae Christianae ducuntur, sequentes ponendi nobis videntur.

Act. XXVI, 17. 18. *Εξαιρουμενος σε εκ του λαου — Ανοιξαι οφθαλμους αυτων, του επιϛρεψαι απο σκοτους εις φως, και της εξουσιας του Σατανα επι τον Θεον, του λαβειν αυτους αφεσιν αμαρτιων, και κληρον εν τοις ηγιασμενοις, πιϛει τη εις εμε.* In his verbis primum animaduertendum est *tenebrarum* verbum *ignorantiam veri Dei* et contra *lucis cognitionem eiusdem veram certamque* ~~Dei~~ *indicare*; quod vero ad verbum est *partem consequi inter sanctificatos*, apertius vertendum esse, *in veris Christianis numerari.* Ipsae nunc porro veritates, quarum praedicandarum causa missum se dicit Apostolus, sunt 1) *cognitio vnius veri Dei*, 2) *cultus eiusdem*, quae est *επιϛροφη επι τον Θεον*, 3) *remissio peccatorum*, 4) *fides in I. C.* 5) *societas eorum, qui Deum vere colunt et remissionem peccatorum*

consecuti sunt. Vnde fidei formula esset: *Credo in vnum Deum vnice colendum et in. I. C. Credo remissionem peccatorum et ecclesiam sanctam.*

Rom. X, 9. Εαν ΟΜΟΛΟΓΗΣΗΣ, εν τω σωματι σου ΚΥΡΙΟΝ ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ, και πισευσης εν τη καρδια σου, οτι ο Θεος αυτου ηγειρεν εκ νεκρων, σωθηση. Ex his si concludatur compendiaria fidei professio eiusmodi erit: *Credo in vnum Deum omnipotentem* (in quo vrgendum illud *suscitauit eum*, quod sine summa virtute fieri nequit) *et in I. C. Dominum, mortuum vere* (includitur enim mortis cogitatio in expressa resurrectionis mentione) ET RESVSCITATVM EX MORTVIS.

2 Tim. IV, 1. Διαμαρτυρομαι εγω ενωπιον του ΘΕΟΥ, και του ΚΥΡΙΟΥ Ιησου Χριστου του ΜΕΛΛΟΝΤΟΣ ΚΡΙΝΕΙΝ ΖΩΝΤΑΣ ΚΑΙ ΝΕΚΡΟΥΣ κατα την επιφανειαν αυτου και την βασιλειαν αυτου: coll. ep. I. c. VI, 13. Hic patet augeri professiones fidei hactenus propositas per dogma, *I. C.* FVTVRVS *iudex viuorum et mortuorum.* Succedat nunc tandem ex tertio genere perfecta formula, vt videri posset, fidei ex

Eph. IV, 4. 5. 6. Εν ΣΩΜΑ και εν ΠΝΕΥΜΑ, καθως και εκληθητε εν μια ΕΛΠΙΔΙ της κλησεως υμων· Εις ΚΥΡΙΟΣ, μια ΠΙΣΤΙΣ, εν ΒΑΠΤΙΣΜΑ· Εις ΘΕΟΣ και ΠΑΤΗΡ παντων, ο επι παντων, και δια παντων, και εν πασιν υμιν. Videamus primo de interpretatione verborum, vt deinde de ipsis fidei decretis per ea propositis, nulla dubitatio relin-

relinquatur. Ineſt itaque primo in verbis *εν σωμα και εν πνευμα* deſcriptio *vnius eccleſiae* per *vnum Spiritum* gubernatae. In quo quidem facile omnes conſentientes habebimus, cum conſtet admodum familiare eſſe Paulo Chriſtianorum ſocietatem cum *corpore humano* eiusque membris comparare, idem vero non ſoleat Chriſtum *πνευμα* corporis ſui dicere, ſed *κεφαλαιον*; contra aperte alibi dicere totum corpus *vno ſpiritu regi*: (1 Cor. XII, 3. 11.) Erit itaque verſio: *vna eccleſia per vnum Spiritum gubernata*. Quaeritur porro, quae ſit *μια ελπις*? Nimirum reſurrectio cum iudicio extremo et vita aeterna ſubſequentibus, nulla plane haeſitatione relicta. Sic enim clare Apoſtoli eam *ελπιδα* appellant, vt *Paulus* Act. XXIII, 6. XXVI, 6. et *Petrus* 1 ep. I, 3. in quo loco additum per *reſurrectionem I. C.* planum facit antecedente verbo *ελπις* fidem noſtrae reſurrectionis deſcribi; deinde probabile mihi eſt vſum hunc vocis in hebraiſmis ponendum eſſe ab Apoſtolis receptum, cum ſcirent Graecos Interpretes Pſ. XVI, 9. verbum לבטח *επ' ελπιδι* vertiſſe. Habebimus itaque etiam profeſſionem reſurrectionis in hoc loco, nuncque formulam fidei omnibus collectis hanc: *Credo in Deum Patrem, omnipotentem, Creatorem omnium* (haec enim ſimul comprehenduntur in verbis *ο επι παντων* rell.) *et in I. C. Dominum: Credo baptiſma ad ſalutem, ſanctam eccleſiam, reſurrectionem mortuorum et vitam aeternam.*

Itaque hactenus locos omnes Scripturarum N. T. percurrendo, in vnum locum, vario tamen

ordine dispositos, congessimus, in quibus resurrectionis nostrae indicia aperta deprehendebamus. Vidimus in nonnullis solius αναςασεως sine adiunctione verbi σωματος aut plane σαρκος mentionem fieri, in aliis verbum σωμα in eiusmodi orationis contextu poni, qui αναςασιν corporis et quidem huius probabilem reddat, mox vero in aliis de corpore futuro in resurrectione talia affirmari, ex quibus contrarium sequi videatur. Enarrauimus praeterea quae solent siue interpretes siue dogmatici in vtramque partem super iis disputare. Atque vt nihil tandem ad narrationis fidem deesset, adiunximus specimina plura formularum et professionum fidei Christianae ex vniuersa compage librorum N. T. excerptarum et in ordinem redactarum. Quod vero Symbolum Apostolicum in hoc loco non inprimis excitauimus, cum tamen *carnis* resurrectio aperte in eo commemoretur, nemo, puto, in nobis facile reprehenderit omnibus iis de causis, quibus iam dudum Viri docti *Ge. Io. Vossius* [1]), *Pe. Kingius* [2]), *Io. Pearsonus* [3]) vicerunt, illud ante extremum seculi p. C. N. quarti non ita perfectum, vti nunc habemus, extitisse. Itaque potius hoc nobis agendum erit in extremo nostrae enarrationis adeoque capite quinto, vt quaeramus, quo tempore Symbolo huic verbum *carnis*

1) in differtt. tribus de tribus Symbolis &c.
2) in historia Symboli Apostolici (ex interpretatione latina Ge. Olearii.)
3) Exposition of the Creed.

nis ante alterum *resurrectionis*, vel potius tota particula inserta fuerit? Nunc quidem ordo narrationis iubet, vt ad Viros Apostolicos eorumque de resurrectione carnis docendi rationem transeamus.

SECTIO II.

DOCTRINA HVIVS SECVLI VIRORVM APOSTOLICORVM DE RESVRRECTIONE CARNIS.

Quae ex huius seculi doctorum scriptis nobis supersunt, praeter Apostolorum libros, constat vel plane supposititia esse, vel admodum exigua, vel denique *παραινετικα* solum, vt adeo vix sperandum sit locum hunc peculiarem doctrinae Christianae, ab eorum disciplina illustrari posse. Experiemur tamen quatenus nobis liceat narrationem nostram ex hac quoque parte perficere. Cum itaque HERMAE, qui alias primus nobis esse deberet, *Pastor* de omnium consensu eius non sit, BARNABAE porro epistola *καθολικη*, nonsolum ambiguae auctoritatis sed etiam haec capita doctrinae nullo modo tangens, CLEMENTIS *Romani* et IGNATII testimoniis contenti erimus.

CLEMENTIS Romani in epistola I. ad Corinthios.

CLEMENTIS quidem *prima* ad Corinthios epistola, quam *Petrus Coustant* post *Iunium* et *Maderum* edidit, etsi nuperrime de eius auctori-

tate ſubdubitare incepit Cel. *Semlerus* [1]) eaque certe interpolationis ſuſpicionem hinc inde faciat, tamen cum conſtanter antiquiſſimorum Patrum, vt *Clementis Alexandrini* [2]), vſu trita ſit, non dubitamus ea narrationis noſtrae cauſa vti, et hoc quidem in loco, cum certum ſit, eam extremo ſeculo primo exaratam eſſe [3]). Ex hac itaque ſequentes dabimus periodos textu graeco infra adſcripto.

§. 24. [4]) *Cogitemus, dilectiſſimi, quomodo Dominus nobis demonſtret futuram reſurrectionem, cuius primitias fecit Dominum I. C. ſuſcitans ex mortuis. Intueamur, dilectiſſimi, reſurrectionem, quae continuo ſit. Dies et nox reſurrectionem nobis*

1) praef. ad Part. I. *Polemices Baumgartenianae*. p. 28.

2) libro IV. *Strom.*

3) cf. Grabium in *Spicil. Patrum* Tom. I. p. 254 ſq.

4) Κατανοησωμεν, αγαπητοι, πως ο δεσποτης επιδεικνυται ημιν, την μελλουσαν ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ εσεσθαι, ης απαρχην εποιησατο τον Κυριον Ιησουν Χριστον, εκ νεκρων αναστησας. Ιδωμεν, αγαπητοι, την κατα καιρον γινομενην αναστασιν· Ημερα και νυξ αναστασιν ημιν δηλουσιν, κοιμαται η νυξ, ανισταται ημερα, ημερα απεισιν, νυξ επερχεται. Ιδωμεν τους καρπους· ο σπορος (πασι δηλον) τινα τροπος γινεται. Εξηλθεν ο σπειρων και εβαλεν εις την γην, και βληθεντων σπερματων, ατινα πεπτωκεν εις την γην ξηρα και γυμνα, διαλυει χρονος· ειτ' εκ της διαλυσεως η μεγαλη δυναμις της προνοιας του δεσποτου ανιστησιν αυτα, και εκ του ενος πλειονα αυξει και εκφερει καρπον.

bis declarant: nox recumbit, surgit dies, dies abit, nox venit. Respiciamus fruges: Sementis quomodo fiat, omnibus manifestum est. Exiit seminator et iecit semen in terram, iactisque seminibus, quae arida et nuda ceciderunt in terram, dissoluit tempus; deinde ea dissoluta magna prouidentiae diuinae vis resuscitat atque ex vno fructum pluribus auctum profert.

§. 25. *Intueamur admirabile portentum in orientalibus regionibus, hoc est in Arabia contingens. Est enim auis nomine Phoenix. Haec vnigena existens viuit annos quingentos, cumque venerit ad dissolutionem mortis, loculum sibi conficit ex thure, myrrha et reliquis aromatibus, quem ad extremum vitae tempus ingreditur et obit: ex carne vero eius putrefacta vermis nascitur, qui animalis defuncti humore nutritus, plumescit; deinde robu-*

§. 25. Ιδωμεν το παραδοξον σημειον το γινομενον εν τοις ανατολικοις τοποις, τουτεστιν τοις περι την Αραβιαν· Ορνεον γαρ εστι, ο προσονομαζεται φοινιξ· τουτο μονογενες υπαρχον ζη ετη πεντακοσια· γενομενου τε ηδη προς απολυσιν του αποθανειν αυτο σηκον εαυτω ποιει εκ λιβανου και σμυρνης, και των λοιπων αρωματων, εις ον πληρωθεντος χρονου εισερχεται και τελευτα· σηπομενης δε της σαρκος σκωληξ τις γενναται, ο εκ της ικμαδος του τελευτηκοτος ζωου ανατρεφομενος, πτεροφυει· ειτα γενναιος γενομενος, αιρει τον σηκον εκεινον, οπου τα οστα του προγεγονοτος εστιν, και ταυτα βασταζων, διανευει απο της Αραβικης χωρας εως της Αιγυπτου, ης την λεγομενην Ηλιουπολιν· και ημερας βλεποντων παντων επιπτας, επι τον του Ηλιου βωμον τιθησιν αυτα — —

robuſtior factus loculum illum, in quo oſſa anteceſſoris recondita ſunt, tollit, eaque portans ex Arabica regione ad Egyptum in vrbem, quae Heliopolis dicitur, vergit, et interdiu ſpectantibus omnibus aduolans ſuper altare ſolis illa collocat — —

§. 26. *An magnum igitur et admirabile eſſe arbitramur, ſi omnium opifex reſurgere eos faciat, qui ſancte ipſi ſeruierunt in conſtantia bonae fidei, vti adeo per volucrem nobis oſtendit miraculum ſuae promiſſionis. Dicit enim alicubi* (ſcriptura) et ſuſcitabis me et confitebor tibi; *et rurſus:* dormiui et ſoporatus ſum, ſurrexi, quia tu mecum es; *et rurſus Iob dicit, et reſuſcitabis carnem meam* hanc, *quae haec omnia perpeſſa eſt.*

Si haec vere *Clementis* ſunt, de quo vix dubitandum, etiam ob iſtum citandi ſcripturas V. T. modum valde familiarem Paulo, cuius diſcipulus fuiſſe fertur, luculenter patet, eum quidem Φρασει, αναςασις της σαρκος ſ. του σωματος non expreſſe vſum fuiſſe, (την μελλουσαν αναςασιν ſimpliciter appellans) ſed tamen, cum vniuerſam rem cum viciſſitudinibus noctium et

§. 26. Μεγα και θαυμαςον ουν νομιζομεν ειναι, ει ο δημιουργος των παντων αναςασιν ποιησεται των οσιως αυτῳ δουλευσαντων εν πεποιθησει πιςεως αγαθης, οπου και δι' ορνεου δεικνυσιν ημιν το μεγαλειον της επαγγελιας αυτου; λεγει γαρ που· και εξαναςασεις με, και εξομολογησομαι σε· Και εκοιμηθην και υπνωσα, εξηγερθην, οτι συ μετ' εμου ει. Και παλιν Ιωβ λεγει· Και αναςησεις την σαρκα μου ταυτην, την αναντλησασαν ταυτα παντα.

et dierum comparet, auis Phoenicis ex mortuae puluere renatae ſimilitudine illuſtret et Iobi inprimis teſtimonio de *carne ſua* loquentis vtatur, his itaque de cauſis eam cogitaſſe. Vnde fortaſſe illa a verbo σαρξ in coniunctione cum altero αναςασις abſtinentia, modeſtiae Viri tribuenda eſt, qui, vt mos erat in illa veteri ſimplicitate doctrinae, Scripturis nihil addere audebat. Eſt praeterea alia periodus, in qua carnis ita mentionem facit, vt nihil dixiſſet, niſi eam aliquando reſuſcitandam eſſe perſuaſus fuiſſet. Ita enim in clauſula

§. 49. differit: [1]) *In caritate nos aſſumſit Dominus — — ſanguinem ſuum pro nobis tradidit, carnem pro* CARNE NOSTRA &c.

Ceterum ne quis indoctior ad §. 38. initium, *ſeruetur itaque vniuerſum corpus noſtrum in Chriſto Ieſu*, haereat, nosque putet per negligentiam hunc locum praeteriiſſe, vno verbo monendum eſt, hic per corpus ex φρασει Paulina *membra eccleſiae* intelligi, quod ex vniuerſo orationis contextu patet.

Ex epiſtola II. ad Corinthios.

Non ignoramus hanc poſteriorem *Clementis* epiſtolam ab antiquiſſimis temporibus dubiae originis fuiſſe et *Grabio* [2]) etiam multis de cauſis ſuſpe-

1) Εν αγαπη προσελαβετο ημας, ὁ δεσποτης — — το αιμα αυτου εδωκεν υπερ ημων, και την σαρκα υπερ της ΣΑΡΚΟΣ ΗΜΩΝ.
2) in *Spicileg. Patr.* tom. I. 265.

ſuſpectam eſſe. Sed vidimus etiam *Manſium* [1]) nuperrime eius tutelam in ſe ſuſcepiſſe, vnde impoſitam nobis exiſtimamus neceſſitatem, paullisper huic diſputationi inhaerere, cum locus in eadem occurrat, in quo aperte *carnis* reſurrectio affirmatur. Eum mox dabimus.

§. 9. [2]) *Et nemo veſtrum dicat, quod* HAEC CARO *non iudicetur, neque* RESVRGAT. *Agnoſcite in quo ſeruati eſtis, in quo viſum recepiſtis, niſi in hac carne conſtituti. Nos ergo carnem tanquam templum Dei cuſtodire debemus. Quemadmodum enim in hac carne vocati eſtis, ita in carne venietis. I. C. Dominus, qui ſeruauit nos, cum primum eſſet ſpiritus, caro factus eſt, et ſic* (in carne) *nos vocauit: ita etiam nos in hac carne mercedem accipiemus.* Nihil attinet in hoc loco dicere Auctorem huius epiſtolae, dum dicit, *cum primum eſſet Spiritus*, forte praeexiſtentiae animae I. C. fauiſſe, niſi potius reſpexiſſe putandus ſit ad orationem Petrinam ep. I. c. III, 18; vt itaque hoc mittamus, patet omnino, eum expreſſe carnis et quidem *huius* reſurrectionem affirmaſſe tribus

1) in *ſacrorum Conciliorum noua et ampliſſima collectione* tom. I. p. 215-222.

2) Και μη λεγετω τις υμων, οτι αυτη η ΣΑΡΞ ου κρινεται, ουδε ΑΝΙΣΤΑΤΑΙ. Γνωτε εν τινι σωθητε, εν τινι ανεβλεψατε, ει μη εν τη σαρκι ταυτη οντες· Δει ουν υμας, ως ναον Θεου φυλασσειν την σαρκα. Ον τροπον γαρ εν τη σαρκι εκληθητε, και εν τη σαρκι ελευσεσθε ο Ιησους Χριστος — — — εγενετο σαρξ, και ουτως ημας εκαλεσεν· ουτως και ημεις εν ταυτη τη σαρκι αναληψομεθα τον μισθον.

bus inprimis de caussis: vna desumta *ab evocatione* ad *salutem toti homini proposita* (in carne vocati estis, hanc enim vim argumenti esse iudico), secunda *ab ενσαρκωσει I. C.*, tertia *ab aequitate*, cuius sit, *eam partem etiam hominis ad alteram vitam transferre, in qua et per quam nobilior pars mercedis consequendae caussa se exercuit*, in quo ratiocinio vltimo clarum mihi est Auctorem ad 2 Cor. V, 10. respexisse, vnde, cuicunque etiam haec epistola tribuatur, ambiguitas eius interpretationis confirmari posset, ex qua, vti ante diximus, subdistinguitur oratio post verbum σωματος.

Nunc vero ad *Mansium* redeamus. Is itaque Grabii rationes omnes, quibus motus eam tanquam spuriam reiecerat, nimis infirmas esse putat, neque plus inde effici, quam eam apud veteres non ita cognitam fuisse, vti priorem, cumque in vltimo canone Apostolorum proxime post priorem recenseatur, in peruetusto codice Alexandrino eidem annexa sit, a stylo Clementis vniuersaque eius differendi ratione plane non abhorreat et quae *Photius* in ea reprehendat, vt excitationem locorum V. T. apocryphorum, haud minus in priorem cadant, cum *Cotelerio* concludit eam genuinum Clementis opusculum, etsi mutilum, esse. Atque hactenus non nego *Mansium* effecisse, vt vix vlla dubitatio relicta videatur. Est etiam inprimis certum, modum Scripturis vtendi, simplicitatem in differendo, scribendi rationem cum ingenio prioris mirum in modum conuenire. Ita quemadmodum solenne

est

est Clementi in priore suos αδελφους simpliciter appellare et mox hanc compellationem repetere, plane etiam in posteriore fecisse deprehenditur, cumque in illa terque quaterque Φρασει, μεγα και θαυμαςον vtatur, non minus in hac μεγαλην και θαυμαςην επαγγελιαν του Χριςου dicit (§. 5.) Sed tamen desunt argumenta historica atque antiquissimi, vt constat, scriptores repugnant. Eusebius [1]) quidem eam nonsolum veteribus minus cognitam dicit, verum etiam ab ipsis plane non frequentatam [2]). *Clemens* Alexandrinus priorem aliquoties excitans de posteriore plane silet, illam adeo simpliciter [3]) την προς Κορινθιους appellans. Hieronymus [4]) porro spuriam esse audacter pronunciat, quem Photius [5]) sequitur. Vt itaque mihi quidem certum maneat eam alius cuiusdam esse, exscriptoris per maximam partem prioris genuinae Clementis, vnde deinde sensuum atque dictionis tantus consensus.

Pergamus itaque ad

IGNATII
in epistolis

de resurrectione disserendi rationem. Sed hic nimirum nunquam hunc locum de instituto tractauit. Itaque excerpemus tantum eos locos omnes,

1) lib. III. *hist. ecclesiasticae* c. 38.
2) *ου — ομοιως τη προτερα γνοριμον — ουδε τους αρχαιους αυτη κεχρημενους ισμεν.*
3) *Stromatum* lib. IV.
4) in *catalogo scriptorum ecclesiast.*
5) Cod. 113.

omnes, in quibus obiter eius mentionem fecit, quos quidem accurata diligentia omnes conquisiuimus. Ita vero

in *epistola* ad *Trallianos:* [1]) *Vere condemnatus et crucifixus est, non opinione, non phantasia, non fraude; vere mortuus et sepultus et resurrexit ex mortuis, sicut quodam loco orat, dicens*, tu autem Domine resuscita me, et retribuam illis. *Et qui semper exaudit eum Pater, respondens inquit:* Exsurge Deus, iudica terram, quoniam tu haereditaberis in omnibus gentibus. *Pater itaque, qui illum suscitauit et nos per ipsum suscitabit, sine quo nemo consequatur vitam veram.* Ait enim: ego sum vita; qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: et omnis, qui viuit et credit in me, etsi mortuus fuerit, viuet in aeternum.

In *eadem:* [2]) *cum pudeat illos crucis, passionem negant, nec* RESVRRECTIONEM *credunt;* vbi tamen ob antecedentem passionis I. C. mentionem probabile est, alterum, *nec resurrectionem credunt*, etiam de D. N. resurrectione intelligendum esse.

In

1) p. 19. (ex edit. *Vedelii*) Εσταυρωθη αληθως, ου δοκησει, ου φαντασια, ου απατη· απεθανεν αληθως και εταφη, και ηγερθη εκ των νεκρων, καθως που προσευχεται λεγων — — Και ο παντοτε επακουων αυτῳ πατηρ αποκριθεις λεγει — — — Ο τοινυν αναστησας αυτον πατηρ, και ημας δι᾽ αυτου εγερει; ου χωρις το αληθινως ζην ουκ εξει τις.

2) p. 8. Επαισχυνομενοι τον σταυρον, το παθος αρνουνται και την ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ ου πιστευουσι.

In *epistola ad Magnesios:* 1) *Vnum verum Deum Patrem suum annunciauit* (I. C. de quo ante); *et sub Pontio Pilato praeside, et rege Herode crucem sustinuit; mortuus est et resurrexit; ascendit in coelos ad eum, a quo missus erat, sedetque ad dextram patris;* QVI VENTVRVS EST IN FINE SECVLORVM CVM PATERNA GLORIA, VT IVDICET VIVOS ET MORTVOS, REDDATQVE VNICVIQVE SECVNDVM OPERA SVA. En! iustam fidei formulam, cuius inprimis deinceps nobis vsus erit capite quinto.

In *epistola* ad *Smyrnenses:* 2) *Cum ipsa carne venturus iterum cum gloria et potestate.*

In *epistola* ad *Ephesios:* 3) *Hic enim* (I. C.) *mea spes, mea gloriatio — — — in quo haec vincula*

1) p. 60. Τον ενα μονον αληθινον Θεον καταγγειλοντα τον εαυτου πατερα· και του παθος υποσαντα — — επι Ποντιου Πιλατου ηγεμονος, και Ηρωδου βασιλεως, και σαυρον υπομεινοντα και αποθανοντα και ανασαντα, και απελθοντα εις τους ουρανους προς τον αποσειλοντα, και καθεσθεντα εν δεξια αυτου, και ερχομενον επι συντελεια των αιωνων, μετα δοξης πατρικης κρινα ζωντας και νεκρους, και αποδουναι εκασω κατα τα εργα αυτου.

2) Συν αυτη (τη σαρκι) παλιν ερχομενος μετα δοξης και δυναμεως.

3) Ουτος γαρ μου η ελπις, ουτος το καυχημα — — εν ω τα δεσμα — — περιφερω — — εν οις γενοιτο μοι — — ΜΕΤΟΧΟΝ των παθηματων Χρισου, και κοινωνον του θανατου αυτου γενεσθαι, και της ΕΚ ΝΕΚΡΩΝ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ.

vincula circumfero — — — *in quibus contingat mihi* — — — *participem fieri passionis Christi et mortis ipsius et eius* EX MORTVIS RESVRRECTIONIS *et vitae aeternae.* Planum est ex hoc specimine, neque *Ignatium* resurrectionis verbum aut coniugatum resurgendi cum *carnis* mentione expressa vsurpare, dum non dicit *την σαρκα ημων*, sed simpliciter *ημας εγερει*, absolute *αναστασιν* commemorat, et in symbolo eius cogitationem includit in formula — *vt iudicet viuos et mortuos, reddatque* &c. Contra tamen Christum *rediturum* IN CARNE dicit, vt adeo ipsi nullum dubium esse potuerit, *carnem* capacem esse coelestis felicitatis; [1]) optat praeterea particeps fieri *resurrectionis I. C.* non quidem *in carne*, sed quae tamen *carnis erat.* Ceterum non necesse est in hoc loco a nobis dici, primo in loco haereticos, quos Docetas siue Phantasiastas veteres appellabant, inprimisque *Saturninianos* et *Basilidianos* tangi. Hoc potius fatendum, in epistola ad *Tarsenses* eum reprehendere quosdam, qui dicant, CARNEM *hanc non resurgere* [2]). Sed enim praeter septem epistolas genuinas, reliquas omnes, in quibus haec

1) Possent etiam inter haec fidei Ignatianae de resurrectione indicia referri verba illius tot disputationibus Virorum doctorum frequentata, *εγω και μετα την αναστασιν* ΕΝ ΣΑΡΚΙ *αυτον* (*Κυριον*) *οιδα*, et vt Eusebius explicationis caussa addit, (eccles. hist. l. III. c. XXXVI.) *και πιστευω οντα.*

2) *οτι η σαρξ ουκ εγειρεται.*

quoque numeratur, ſpurias eſſe, ne *Pearſonus* quidem acerrimus earum, tanquam Epiſcopus, aduerſus Dallaeum vindex negare auſus eſt.

Niſi nunc omnes ſciremus, *Conſtitutionum Apoſtolicarum* libros ex recenſione *Clementis* poſteriorum ſeculorum συςημα eſſe, plura ex iisdem hoc in loco adnotanda forent. Sed ita ſeruabimus nobis ea ad initium ſeculi *quarti* et mox pergemus ad eorum, qui aduerſus reſurrectionem ſiue omnem ſiue carnis, hoc ſeculo aperte pugnarunt, diſputationem.

SECTIO III.

DOCTRINA ADVERSARIORVM DE RESVRRECTIONE CARNIS.

Etſi non deſunt in ipſis diuinis libris indicia ſatis clara eorum, qui reſurrectionis fidem oppugnarunt et praeterea pleni doctorum eccleſiae libri barbaris nominibus horum hominum aeuum Apoſtolicum iam perturbantium, tamen duo inprimis hiſtoricam de iis enarrationem moleſtam reddunt. Nam primo vt plurimum nimis vage loquuntur, de omnibus in vniuerſum affirmantes, eos negaſſe reſurrectionem, vt tamen non pateat, quibus potiſſimum argumentis ſibi propriis quisque vſus ſit, quae errori ſuperiorum ſiue addiderint ſiue detraxerint, quae quaſi genealogia erroris fuerit, quaenam augmenta aut etiam diminutiones: Deinde omnes fere, qui etiam de inſtituto αιρεσεως hiſtoriam enarrarunt, *Irenaeo*

non

non excepto, eam cautionem in hoc capite haereticae vanitatis neglexerunt, vt in ſingulis diſtincte notarent, vtrum reſurrectionem omnem, aut *carnis* tantum *corporisque* huius negauerint. Vnde libenter fatemur, vtraque de cauſa hanc partem narrationis nobis magnas difficultates peperiſſe, inprimis cum per eam nobis propoſueramus, diſſerendi rationem de *carnis* reſurrectione inde a primo ſeculo repetere atque vsque ad extremum quartum in eius varietates inquirere. Experiemur tamen, quatenus nobis liceat, inſtitutum non ſine omni tyronum certe vſu et doctiorum approbatione quoad hoc ſeculum perficere. Faciemus vero initium narrandi cum Philoſophis gentilium, ab his ad Iudaeos pergentes, tandem in reliquis Chriſtianum nomen profeſſis ſubſiſtentes.

Philoſophorum apud gentes de reſurrectione placita.

EPICVREORVM.

Epicureos patriarchas quaſi eorum fuiſſe, qui *omnem* reſurrectionem negarent, ex vniuerſo eorum ſyſtemate ita clarum eſt, vt nullis amplius teſtimoniis ad perſuadendum aliis opus ſit. Et conſtat etiam, Apoſtolum in Actis (XVII, 18.) hunc locum primariae doctrinae Chriſtianae grauiter aduerſus eos tractaſſe. Itaque eos vnice in hoc loco commemorauimus, quoniam per expreſſum teſtimonium librorum

N. T. intelligitur, eos professoribus fidei Christianae primo iam seculo huius rei causa se opposuisse.

STOICORVM.

His proxime adponimus *Stoicos* loco Actorum excitato cum iisdem coniunctos. Sed de his nimirum intricatior quaestio, si dicendum est, quid de resurrectione futura disputauerint. Si in iis, quae ad exterorum Philosophorum decreta, pertinent, Patribus ita magna fides haberi possit, conclamatum foret, eos fauisse μετεμψυχωσει seu μετενσωματωσει Pythagoricae. Ita *Lactantius* [1]) *Epiphanius* [2]) clare affirmant, eos existimasse, *animam de aliis corporibus in alia migrare.* Et *Damascenus* in libro de haeresibus a *Cotelerio* in Monum. Ecclesiae graecae tom. I. repetito p. 282. expresse dicit: την δε σαρκα απολλυσθαι και τας ψυχας παντων μεταγγιζεσθαι απο σωματος εις σωματα. Sed enim haec male intellecta ab iis esse satis manifestum reddidit vterque *Lipsius* [3]) et *Gatakerus* [4]). Et quomodocunque celebrata eorum de exustione mundi sententia inter-

1) *instit.* lib. III. c. XVIII.

2) lib. I. *haer.* 5. §. 1.

3) de Physiologia Stoicorum lib. III. diss. XII.

4) in not. ad Marcum Antoninum de rebus suis lib. VI. §. XXIV. Verba haec sunt: *Habent tamen aliquid Stoici dogmati Pythagorico affine, quod ex animarum materia, quasi conflata et recocta, nouas procudi et produci statuunt.*

terpretanda ſit, hoc certum eſt, de corporis ſ. carnis reſtitutione eos ne cogitaſſe quidem. Animas poſt mortem in aſtra ponebant, vt mihi videtur, et poſt varias migrationes ſine corporibus ſuis abſolutas in *ignem, animam communem*, λογον σπεgματικον tandem redire. In quo tamen, vt ſit in ſomniis humanis, ſibi non ſemper conſtabant, quod vel vnus Antoninus ſuo exemplo demonſtrat, qui non ſine aperta haeſitatione dicit [1]: *tanquam pars vniuerſi huius extitiſti, in id quod produxit te* EVANESCES: *vel potius mutatione quadam interueniente in rationem ſeminantem recipieris*. Sed adeſt, inquies, *Nemeſius*. Quid putas, quando eum diſſerentem audis [2]: *Stoici autem aiunt, ſtellas errantes cum ad idem et in longitudine et in latitudine ſignum referuntur, in quo initio erant, cum primum mundus eſt conditus, certo temporum ambitu conflagrationem et interitum rerum efficere, et de integro mundum eodem reſtitui. Et quoniam ſidera ſimiliter rurſus ferantur, omnia, quae in priori ambitu fuerint, immutabiliter effici* — Atque en! nunc demum audies — *futurum enim rurſus* SOCRATEM *et* PLATONEM *et quemque hominem* CVM IISDEM ET AMICIS ET CIVIBVS, ET EADEM CVIQVE EVENTVRA — — — *omnesque ciuitates et pagos et agros ſimiliter reſtitui.* Enimuero neque ipſe nego, mihi hanc Nemeſii orationem, cum Stoico-

1) lib. IV. §. XIV.

2) de natura hominis cap. XXXVIII.

rum placitis euictis plane incomparabilem visam esse, cum eam primum apud *Irhouium* [1]) recitatam legerem, atque hoc magis perturbatio, in qua Irhouium deprehendebam, meam augebat. Sed si coniecturae probabilitati locus est, tota oratio mihi videtur symbolica esse, et sub imagine illam ipsam, quam ante commemorauimus, resolutionem omnium in caussam primam adumbrari. Nam si omnia in animam COMMVNEM iterum redeunt et cuiuis materiei haec finis destinata est, omnino Socrates et Plato et omnes eorum amici in vno extremo iterum conueniunt, neque pagis et agris exclusis. Sed haec aliorum iudicio relinquimus. Hoc certum est, resurrectionem mortuorum Stoicos ignorasse.

PYTHAGOREORVM
et
PLATONICORVM.

Vtriusque sectae in hoc argumento rationes iterum coniuncta narratione proponemus, cum ex *Laertio* [2]) multisque aliis constet, *Platonem* in iis, quae sola cogitatione et ratiocinatione comprehenduntur, *Pythagoram* secutum esse. Erat itaque Philosophia vtriusque de statu post mortem in vnum συστημα coacta, eaque ob *Valentinianorum* et in vniuersum Gnosticorum omnium sententias, capite proximo explicandas, hoc

1) de *palingenesia veterum* p. 363.

2) Lib. III. τα δε νοητα κατα Πυθαγοραν εφιλοσοφει.

hoc accuratius cognoſcenda haec: *Animam deſcendiſſe in hoc corpus craſſius et terreſtre cum corpere aereo ſ. aethereo* [1]) *eo quaſi vehiculo ad recipiendum illud vtentem, et quod animam deprimat in terreſtrium rerum cogitationem. Illo autem corpore craſſiore per mortem depoſito, hanc in excellentem, purum atque inuiſibilem nobis locum ad Deum migrare, ſi pura diſceſſerit, ibidemque reliquam vitam cum diis agere* [2]) *et quidem ſine omni corpore* (cum ſcilicet illo aereo non amplius opus ſit tanquam vehiculo alterius) [3]). *Contra vero animas impurorum in Tartarum, cuſtodiam et inferiora loca detrudi, perpetuis ſuppliciis affligendas, et ſubtilioribus terreſtribus corporibus veſtitas, vt ſenſuum doloris capaces fiant* — Haec (cogimur enim in tanto apparatu rerum nobis relicto breuiores eſſe) ſummatim propoſita et per ea amplius confirmanda, quae in vtraque ſchola de purificatione animae, abſtractione eius a corpore, huius vinculis, catenis, pondere nimis moleſto, et ſic porro, confirmanda, ſatis aperte docent, reſurrectionis nullam apud Pythagoricos Platonicosque perſuaſionem fuiſſe, et carnis quidem ſeu corporis ne quidem ſuſpicionem iis oriri potuiſſe. Quae nunc argumenta ab his aliisque Philoſophis in diſputationibus cum Chriſtianis ſuper reſurrectione explicata fuerint, quae rationes propoſi-

 tae,

1) de legibus dial. X.

2) in Phaedone p. 60. edit. Francofurt. 1602.

3) l. c. ἄνευ τε σωμάτων ζῶσι.

tae, patebit mox, cum *Iustinum*, *Athenagoram* aliosque aduersus eos pugnantes sistemus.

Placita Iudaeorum *de* carnis *resurrectione.*

PHARISAEORVM.

Pharisaeos in vniuersum resurrectionis spem habuisse, ex ipsa Pauli narratione Act. XXIII, 6. 7. 8. certum fit. Nam primo Apostolus affirmat, se vt hominem Pharisaicae scholae addictum futuram resurrectionem credere; oritur deinde super Pauli de resurrectione disputatione seditio grauis inter Sadducaeos et Pharisaeos, et expresse tandem hi dicuntur profiteri vtrumque, *resurrectionem* nimirum cum angelis et spiritibus. Patet praeterea ex altero Actorum loco (XXIV, 15. ην και αυτοι ουτοι προσδεχονται) eos resurrectionem proborum et improborum affirmasse. Sed non ita clare patet, vtrum *huius* corporis atque carnis restitutionem docuerint aut contra *alius*, estque profecto res vtrinque disputabilis. Si enim *Iosephum* [1]) atque *Drusium* [2]) audias, vterque tibi narrabit, eos μετεμψυχωσιν Pythagoricam statuisse. *Iosephus* quidem, ex quo Drusii deinde fides pendet, *animam* inquit, *incorruptam esse dicunt, transire autem in alia corpora solas bonorum, improborum vero interminabili supplicio cruciari,*

1) *de bello Iud.* lib. II. c. VII. *antiquit.* l. XVIII. c. I. f. II.
2) *de tribus sectis Iudaeorum* lib. II. c. XIV.

cruciari, vultque adeo Drusius ex ipso contextu locorum *Matth*. XVI, 14. Ioh. IX, 2. probabile reddi, hanc opinionem inter Iudaeos regnasse. Si contra acta martyrum 2 Maccab. VII, 10 et 11. inspicias, hicque audias dicentem [1]) *ex coelo* HAEC *possedi atque* HAEC *despicio propter eius leges, vt qui* HAEC *ab ipso spero me* DE INTEGRO *reportaturum esse;* si porro vim totius σοφισματος Sadducaeorum Marc. XII, 23. cogites, planum est, eos primum ex υποθεσει Pharisaica argumentum ducere voluisse, tanquam cui addictum esse Seruatorem existimabant atque nunc eos nihil dicturos fuisse, nisi Pharisaeorum persuasio fuisset, *eadem numero corpora* restituenda esse in resurrectione. Quin vero, etsi id hactenus non satis animaduersum video, cum Apostolus expressis verbis affirmet se eam credere resurrectionem, *quam et illi* (Pharisaei) *doceant*, omnis sensus apostolicae fidei ab recte intellecta Pharisaeorum opinione pendeat. Atque nunc ego non ignoro *Irhouium* [2]), vt Pharisaeos a μετεμψυχωσεως somnio liberet, *Iosephum*, vti decet, ex Iosepho interpretari, cumque is alibi [3]) narret, Pharisaeos corporibus tribuisse ρᾳςωνην του

1) εξ ουρανου ΤΑΥΤΑ κεκτημαι· και δια τους αυτου (ουρανου) νομους υπερορω ΤΑΥΤΑ, και περι αυτου ΤΑΥΤΑ παλιν ελπιζω κομισασθαι, in quo tyrones obiter notent hebraismum s. Rabbinismum in vsu verbi ουρανου pro nomine Dei.

2) l. c. p. 388.

3) antiquit. lib. VIII, c. I.

του αναβιουν facultatem reuiuiſcendi, inde cogere, vt in altero loco *Φρασις tranſire in alia corpora*, non aliter intelligenda ſit, quam de aſſumtione corporum coeleſtium, elapſis poſt mortem longioribus quibusdam temporis periodis. Video praeterea, eum alium Ioſephi locum excitaſſe, infra adſcribendum [1]) ex quo patere exiſtimat, Phariſaeos docuiſſe, *animam aliquando corpus denuo recepturum ſed αγνον purum.* Sed quod ad poſtremum hunc locum attinet, non quidem dixerim obſcurum eſſe, vtrum haec ex Eſſenorum diſciplina, quam ipſe ſequebatur, aut ex Phariſaeorum mente dixerit; eſt enim hoc omnino magis probabile in oratione ad totum exercitum Iudaeorum habita, in quo certe multitudinem Phariſaeos fuiſſe credibile eſt; hoc tamen mihi intelligere videor, his verbis effectum quidem eſſe, vt conſtet, quomodo alibi de Phariſaeis dixerit, eos animas aliquando in *alia* corpora tranſituras eſſe praecipere, minime vero vt pateat eos reditum in HOC CORPVS in HANC CARNEM ſtatuiſſe; adeoque ſemper remanet pugna cum iis, quae ex Maccabaeorum loco et Sad-

1) *de bello Iud.* lib. III. c. VIII. ſ. XIV: *Αρα ουκ ιϛε, οτι των μεν εξιοντων του βιου κατα τον της Φυσεως νομον, και το ληφθεν παρα του Θεου χρεος εκτινοντων οταν ο δους κομισασθαι θελη κλεος μεν αιωνιον, οικοι δε και γενεαι βεβαιοι, καθαραι δε και επηκοοι μενουσιν αι ψυχαι χωρον ουρανου λαχουσαι τον αγιωτατον, ευθεν εκ περιτροπης αιονων* ΑΓΝΟΙΣ *παλιν αντενοικιζονται* ΣΩΜΑΣΙΝ.

Sadducaeorum disputatione quoad hanc Pharisaicae scholae disciplinam consequi dixeramus. Qui enim simpliciter dicit, *corpus post aliquot tempus praeterlapsum incolent*, nondum dicit, *hoc corpus, hanc carnem resurrectura!* In priore porro loco clarum quidem est de corporis *αναβιωσει*, quod in terram illatum est, sermonem esse, neque tamen certum, vtrum ex prima tantum materie *aliud* forma et partibus renascendum cogitauerint, aut hoc ipsum eadem forma, iisdemque partibus constans. Itaque haec vtrinque non aliter inuicem conciliari posse mihi videntur, quam eo modo, vt dicamus eos reditum in hoc corpus statuisse dixisseque ΤΟΥΤΟ *reportabo*, sed tamen ALIIS qualitatibus praeditum atque hactenus in ALIA CORPORA animas transituras dixisse, plane vti Apostolus in loco ad Corinthios ΑΛΛΟ quidem *σωμα επουρανιον* dicit (com. 40.) sed tamen ΤΟΥΤΟ, *αφθαρτον*, *αθανατον* &c. (com. 53.) Cogemus itaque totum *συστημα* Pharisaeorum de statu post mortem in summam orationis hanc, verbis Auctorum, quibus nitimur, infra adscriptis: *Animae immortales sunt* [1]), *vitaque transacta proemia et poenas pro meritis vitae anteactae obtinebunt. Piorum quidem*

1) Iosephus *antiquit.* l. XVIII. c. 2. *Animas credunt immortales esse;* de *bello Iud.* l. II. c. VII. *animam autem omnem quidem incorruptam esse.* Drusius de tribus sectis l. I. c. XIV. *confitentur animam immortalem esse, ac proinde non interire vna cum corpore.*

quidem in Paradisum receptae atque sub throno gloriae constitutae ibique in sinu Abrahami [1] *repositae a momento mortis beatae erunt; Impiorum vero in infernum atque densissimas tenebras* [2] *detrudentur. Cumque vtraeque plures periodos transegerunt, cum corporibus suis* [3] *rursus vnientur, piorum quidem cum purissimis* [4], *impiorum vero cum crassis atque tormentorum calamitates mirifice augentibus* [5].

ESSENORVM.

Etsi fuerunt, qui *Essenos* non tam Iudaeos quam philosophos gentiles fuisse existimarent, tamen cum Iosephus ipse eos ex Iudaeorum natione oriundos fuisse affirmet, neque etiam haec quaestio ad caput causae nostrae adeo pertineat, non dubitamus in hoc loco breui sermone eorum de

1) Certum est Iudaeis *Paradisum*, *inferiora throni gloriae* et *sinum Abrahami* (גן ערן : תחת כסא הכבוד : חיק אברהם) variis nominibus idem significasse: Ita *Ligtfootus* tom. II. *horarum hebraicarum* p. 546. *sub triplici*, inquit, *Phraseologia disponunt scholae Iudaicae animas post mortem, sed vix dixeris sub* TRIPLICI STATV. cf. *Luc.* XVI, 22. XXIII, 43. Iosephus itaque eandem regionem intellexit, quando de *bello Iud.* l. III. c. XIV. *χωρον ουρανου αγιωτατον* nominat.

2) cf. *Luc.* l. c. Matth. XXII, 13.

3) 2 Maccab. VII, 9.

4) Iosephus ll. cc. *transeunt in* alia *corpora* — casta *corpora iubentur incolere.*

5) Idem: *transire in* alia *corpora* solas *bonorum, improborum vero perpetuo supplicio cruciari.*

de resurrectione silentium adnotare. Omnes nimirum in eo consentiunt, eos Pythagorae et Platonis placita inprimis secutos esse, vt vel hoc satis foret ad iudicium de eorum in hoc argumento philosophia faciendum. Sed Iosephus etiam loco commemorato [1]) ita copiose hanc partem philosophiae eorum enarrat, vt plane nulla dubitatio relinquatur, eos resurrectionem omnem ignorasse. Recitabimus mox verba [2]): *nam et ista apud eos obtinuit opinio, corpora quidem interitui esse obnoxia materiamque eorum non esse perpetuam,* ANIMAS *vero* IMMORTALES *perpetuo durare, et ex aethere subtilissimo prodeuntes in corporibus quasi carcere includi, naturali aliqua illecebra illuc attractas. Postquam vero* CARNIS *vinculis solutae fuerint, quasi de longa seruitute liberatos illico eas laetari et in sublime euolare: Et quidem*

1) lib. II. de bello Iud. c. III.

2) l. c. Και γαρ ερρωται παρ' αυτοις ηδε η δοξα, φθαρτα μεν ειναι τα σωματα, και την υλην ου μονιμον αυτων, τας δε ψυχας αθανατους αει διαμενειν· και συμπλεκεσθαι μεν εκ του λεπτοτατου φοιτωσας αιθερος, ωσπερ ειρκταις τοις σωμασιν ιυγγι τινι φυσικη κατασπωμενας, επειδαν δ' ανεθωσι των κατα σαρκα δεσμων, οια δη μακρας δουλειας απηλλαγμενας τοτε χαιρειν και μετεωρους φερεσθαι· και ταις μεν αγαθαις, ομοδοξουντες παισιν Ελληνων, αποφαινονται τον υπερ Ωκεανον διαιταν αποκεισθαι και χωρον ουτε ομβροις, ουτε νιφετοις, ουτε καυμασι βαρυνομενον, αλλ' ον εξ ωκεανου πραυς αει ζεφυρος επιπνεων αναψυχει· ταις δε φαυλαις ζοφωδη και χειμεριον αφοριζονται μυχον, γεμοντα τιμωριων αδιαλειπτων.

quidem bonas, in hoc cum Graecis consentientes, vltra Oceanum vitam agere esseque illum locum neque niue, neque imbribus, neque aestu aggrauatum, sed quem placidus semper ab oceano spirans Zephyrus amoenum reddat; impias vero sub terram in obscurum et gelidum antrum relegant, aeternorum cruciatuum gemitibus plenum. Haec ille, quocum plane consentit *Abraham Zachuth* in narratione a Drusio libro excitato [1]) repetita. Quibus omnibus si quis addat, Essenos libros solum Mosis religionis suae testes admisisse, hoc magis credibile fit, resurrectionem plane ab iis ignoratam fuisse.

SADDVCAEORVM.

Quid nunc Sadducaei super hoc argumento statuerint, operosa inquisitione amplius non eget, cum Scripturae testimonium admodum perspicuum sit atque non minus aperte Iosephus idem de iis tradat. Dicebant nimirum *animam cum corpore interire tollebantque eius durationem, negabant resurrectionem*, quodque consequens erat, *omnem vitiorum virtutumque mercedem tollebant.* Ita Iosephus: [2]) *animae autem permanentiam tollunt;* et alibi: [3]) *Sadducaeorum opinio cum corpore animas*

animas

1) Cap. XXII.

2) de *bello Iud.* lib. II. c. VII. Ψυχης δε την διαμονην αναιρουσι.

3) *antiq.* lib. XVIII. c. II. Σαδδουκαιοις δε τας ψυχας ολιγος συναφανιζει τοις σωμασι.

animas simul extinguit; et rursus [1]): *omnes post mortem poenas et proemia tollunt omnia* [2]).

SAMARITANORVM.

Placet in hoc loco Samaritanos velint nolint Iudaeis adnumerare ob originis certe affinitatem. Est vero de iisdem non minus constans veterum scriptorum affirmatio, quod resurrectionem omnem negauerint. *Philastrius* [3]) etiam absolute dicit: *resurrectionem negant*, *Damascenus* vero [4]) *resurrectionem mortuorum* in eadem narratione bis ponit. Neque de vtriusque fide, etsi saepe ambigua, in hoc argumento dubitandum esse mihi videtur, cum iidem omnes V. T. libros, praeter

1) τας κατ' Αδου τιμωριας και τιμας αναιρουσι.

2) cf. Act. XXIII, 6. 8. Neque probabilitate caret interpretum quorundam coniectura ad Ioh. VI, 66. discipulos Christum deserentes s. ex Essenorum s. ex Sadducaeorum schola fuisse atque in tanto carnis contemtu talia de carne sua loquentem non ferre potuisse.

3) in *catalogo haeresium* tit. *Samaritani*.

4) lib. cit. apud Cotelerium haer. IX. Και πλην αρνεισθαι νεκρων αναστασιν; et haer. XIII. αλλοι πιστευουσι νεκρων αναστασιν, οπερ ξενον εστι Σαμαρειταις. Loquitur vero in hoc vltimo loco de *Dosithaeanis*, quos Δοσιθενους appellat. Atque his quidem a *Dositheo* Samaritano homine oriundis, *Philastrius* cum aliis etiam tribuit resurrectionis vniuersae abnegationem, (cf. Ittigius de *haeresiarchis aeui Apostolici* &c. p. 34.) etsi *Damascenus* quosdam tantum in ea αιρεσει fuisse commemoret, αλλους non item.

ter Mosaicos reiicerent, nuncque in his nihil eiusmodi ponatur, vnde nisi reliquorum testimonia accedant, firma resurrectionis fides nasci ipsis potuisset.

Reliquorum, Christianam professionem hoc seculo mentientium, de resurrectione δοξαι.

HYMENAEVS ET PHILETVS.

Etsi nobis non propositum est singulos commemorare, quos forte constet resurrectionis fidem impugnasse, vt Cleobulum, Theodotum illum incertum &c. atque propterea illi vnice nobis recensendi veniant, qui peculiari sectae nomen dederunt; sitque etiam nobis ex ipsa Apostoli narratione probabile, vtrumque *Hymenaeum* et *Philetum* ad partes s. *Simonis* s. *Menandri* transiisse, tamen cum expressa eorum in N. T. mentio facta legatur, vt qui resurrectionis dogma negauerint, dissentiantque interpretes, cum dicendum est, quo sensu *resurrectionem iam factam esse* affirmauerint, hac vtraque de causa hanc particulam narrationis cum iis ordiemur.

Itaque Paulus [1]) aperte vtrique tribuit resurrectionis iam factae professionem, vnde cogitur, eos simul omnem aliam amplius expectandam negasse. Iam hoc per se patet, Hymenaeum cum Phileto professioni religionis Christianae addictos fuisse, dum *a vera doctrina aberrasse* [2]) dicuntur, et

1) 2 Tim. II, 18.
2) ηϛοχησαν περι την αληθειαν.

et Paulus alibi Hymenaeum *Satanae tradidiſſe* legatur [1]), quae erat execrandi formula cum relegatione ex ſocietate Chriſtianorum coniuncta et ex noſtro loquendi vſu ſignificabat, *alterum ſuae perniciei relinquere*, vt adeo mirum ſit, interpretes tam anxie in reperiendo ſenſu eius verſatos eſſe. Eſt porro aeque apertum, vtrumque a magiſtro ſe deduci paſſum fuiſſe, cuius doctrina illo tempore in magna exiſtimatione erat, ſi cogitemus, Apoſtolum nonſolum de pluribus loqui, adeoque ſecta peculiari *doctrina eorum late ſerpit* [2]), verum etiam nomen tanquam ſatis per ſe cognitum ſupprimat. Vnde, cum Simon Magus apoſtolorum aeuo maximas turbas excitauerit et in hac etiam doctrinae parte Chriſtianam fidem impugnauerit, probabilitate non caret, Hymenaeum et Philetum eius acceſſiſſe αἱρεσιν. Sed, vtcunque haec ſint, illud potius quaerendum eſt, quo ſenſu dixerint *reſurrectionem iam factam* eſſe. Atque hic conſtat, tum veteres tum recentiores pro inconſtantia coniecturae etiam vario modo eorum ſententiam explicaſſe, quorum nomina qui noſſe cupit, adeat *Ittigium* [3]) et *Heumannum* [4]): Nos opinionum varietates enarrabimus. Itaque quibusdam videntur continuam familiarum reno-

1) 1 Tim. I, 20.

2) Καὶ ὁ λογος αὐτῶν ὡς γαγγραινα νομὴν ἑξει· ὧν ἐϛιν Ὑμεναιος.

3) de *haereſiarchis aeu. Apoſt.* &c. p. 86.

4) in *commentario* ad loc. cit. p. 544. ſqq.

renouationem per liberorum procreationem; aliis liberationem Iſraelitarum ex captiuitate, abutendo Ezechielis αλληγοϱια [1]); rurſus aliis animi regenerationem, tandem amplius aliis reſurrectionem corporum reſurrectionem Chriſti proxime ſequutam intellexiſſe. Magna diſſenſio, vt patet, neque facilis inter tot opiniones electio. Id quidem plane certum mihi eſt, eos per hanc, quam fingebant, reſurrectionem non procreationem liberorum intellexiſſe: Amat, non nego, ingenium optimorum Scriptorum vſum verbi reuiuiſcere et reſurgere figuratum in iſto argumento, vt adeo imaginationis vi captus Hymenaeus cum ſocio ſuo etiam proprie defendere potuerit! Sed, ſi hoc voluiſſent, credo, Apoſtolum dicturum fuiſſe, reſurrectionem κατ' ωϱαν, κατ' ημεϱαν, *ſingulis horis*, *quotidie* fieri, cum nunc clare de re plane praeterita loquatur, eam ηδη iam factam eſſe. Atque hoc idem impedit, quominus ea, quam tertiam poſuimus, interpretatio vera eſſe poſſit, cum hic ſenſus poſtulaſſet, vt ipſi dicerent, *reſurrectionem quotidie in omnibus fieri debere*, aut ſimile quid, et Apoſtolum ob fidem narrationis dogma eorum hac aut ſimili verborum comprehenſione recenſeret. Quod porro ad ciuilem Iudaeorum reſurrectionem attinet, a *Vitringa* [2]) poſt *Pelagium* [3]) explicationis cauſa quaeſitam, a docto atque exercitato interprete

V. T.

1) c. XVII.

2) *obſeruat. ſacr.* lib. IV. c. 9. p. 955.

3) in *commentario ad Epiſtolas Pauli.*

V. T., vt erat Vitringa, magis expectanda est, quam ab hominibus istius seculi, quibus potius datum erat, omnia in imagines rerum sublimiorum conuertere, quam figuratam orationem ad proprium suum sensum reducere. Augetur haec dubitatio, si cum *Heumanno* aliisque sumamus, eos ex Sadducaeorum schola ad ecclesiam accessisse suamque *κυριον δοξαν*, *nullam esse αναστασιν*, cum decretis religionis Christianae reliquis copulare voluisse. Nam si hoc semel tanquam certum ponatur, quid tunc Sadducaeo cum Ezechiele commercii, cuius erat omnes prophetarum libros reiicére. Itaque ego quidem libenter in eorum coniectura acquiesco, qui Hymenaeum putant ad Christi et corporum Sanctorum quasi auctariorum resurrectionem respexisse. Cum etiam Apostolus verbo *αστοχειν* vtatur iisque *aberrationem* tantum, non vero perfectam *abnegationem* tribuat, nescio sane, an non hinc quoque aliquid roboris huic interpretationi accedat. Etenim qui dicit I. C. quidem resurrexisse cum primariis sanctis V. T. minime vero eandem spem reliquis hominibus relictam esse, is circa veritatem resurrectionis vehementer quidem errat, sed tamen non totam plane deserit: Falsa interpretatione nititur, resurrectionem mortuorum in paucorum tantum corpora conferens, non plane omnem denegat. Vnde etiam videmus Paulum alibi [1]) hoc ipsum verbum graecum de erroribus *εξηγητικοις* adhibere. Sed multo maior probabilitas per ea ac-

 cedet,

1) 1 Tim. I, 6.

cedet, quae ex oratione Apostoli ad Thessalonicenses [1]), *si firma nostra fides est de resurrectione I. C. plane non dubitare possumus, quin idem Deus, qui eum resuscitauit, etiam nos resuscitaturus sit,* concludemus. Hic enim latenter ponitur, nulla amplius probatione indigens, fuisse inter Thessalonicenses, qui etsi resurrectionis I. C. fidem tenerent, tamen de sua dubitarent, h. e. omnia quae de resurrectione mortuorum proponebantur, de resurrectione iam facta intelligere vellent. Nunc ad hos confirmandos Timotheus, cui haec de Hymenaeo scribit, missus fuerat a Paulo [2]) *Demam* praeterea aequalem Hymenaei et Phileti narrat [3]) ad Thessalonicenses abiisse, ex quo vtroque cum illa commemorata Pauli oratione comparato, nascitur omnino maxima suspicio, Hymenaeum cum socio erroris factam resurrectionem dixisse tempore Christi, atque vim argumenti pro nostra omnium inde ducti, inprimis negasse. Liceat itaque nobis in tanta coniecturae probabilitate ad extremum Hymenaei atque Phileti rationes allatas aduersus communis resurrectionis fidem in hanc orationis summam coactas proponere: *Non potest negari, Iesum Christum auctorem nostrae religionis vere ex mortuis resurrexisse cumque eo primariae, dum olim in vita essent, sanctitatis viros simul in vitam reuocatos fuisse: Sed enim, qui nunc ad nostram omnium resurrectionem inde*

1) 1 Thess. IV, 14.
2) 1 Thess. III, 2.
3) 2 Tim. IV, 10.

inde concludere vellet, egregie falleretur. Quod enim I. C. resuscitaretur, necessitatis erat, quo hoc maior auctoritas diuinae eius missioni conciliaretur, et quod plures porro cum eo resurgebant, pertinebat hoc ad splendorem atque sollennitates resurrectionis tanti magistri. Sed in nobis plane alia res est. Satis splendoris! neque talis necessitas amplius existens. Quare etiam satis nobis sit, credere in eum, qui resurrexit e mortuis, atque per hanc fidem ad eam felicitatem adspirare, quae clare nobis promissa est. Sed tamen hanc clausulam admodum haesitanter addo, cum plane incertum maneat, vtrum, vt Sadducaei, omnem animae etiam post mortem salutem negauerint, an corporis tantum. Hoc tamen semper probabile, eos hoc, quo dixi, sensu resurrectionem iam factam dixisse adeoque omnem nobis futuram corporum negasse. Pergamus nunc enarrando ad

SIMONIANORVM
et
MENANDRIANORVM

super hoc argumento in opinando licentiam, et vtriusque tanquam magistri et discipuli vna narratione absoluemus. Est vero errorum circa resurrectionem genealogia a Simone ordienda, cum ab omnibus fere αιρεσεων enarratoribus non solum primus ponatur, verum etiam reliqui affirmentur suarum opinionum commenta ab eo, etsi paullisper immutata, deriuasse, quod princeps veterum Scriptorum in hoc argumento *Irenaeus*

ipſe ſaepius ſubmonuit [1]). Simonem itaque negaſſe reſurrectionem et quidem *carnis Auguſtinus* [2]) narrat; *Damaſcenus* [3]) ſimpliciter dicit: *reſurrectionem reiicit; Irenaeus* vero plane ſilet de eius in hoc religionis argumento fide, hoc magis aperta narratione *Menandri* ſententiam ita declarans, *reſurrectionem in hac vita per baptiſma in nomen ſuum contingere* [4]). Quod ſi nunc *Philaſtrii*, hominis neque docti neque diligentis ſatis, teſtimonio firmiter inniti poſſemus, dum dicit Menandrum in omnibus ſecutum eſſe Simonem [5]), haberemus etiam, quo ad declarandas Simonis in fide reſurrectionis neganda concluſiones vti liceret. Sed ita Irenaei maior auctoritas efficit, vt potius credamus Menandrum ad fidem magiſtri ſui in hoc genere aliquid de ſuo addidiſſe, augetque hanc probabilitatem Damaſcenus, qui con-

1) prooem. lib. II. *et quoniam omnes a Simone haeretici initia ducentes, impia et irreligioſa dogmata induxerunt* &c. et rurſus in prooem. lib. III. *arguemus eos* (Valentinianos) *a Simone Patre omnium haereticorum et doctrinas et ſucceſſiones manifeſtare.*

2) de haereſ. c. I.

3) lib. cit. ap. *Coteleriun:* αποβαλλεται δε την αναστασιν.

4) lib. I. c. XX.

5) de haereſ. haer. 30. *poſt hunc* (Simonem) *Menandrus quidam nomine, qui diſcipulus factus ipſius, impietatem eius ſecutus eſt* IN OMNIBVS.

contraria plane narratione dicit: *Menandrianos non per omnia cum Simonianis consensisse* [1]). Vterque itaque *resurrectionem in extremo mundi* negauit: Hoc certum! cum porro uterque mundum hunc crassiorem a malis potestatibus [2]) productum fuisse somniauerit, vero simile est eos propter hoc primum sumtum carnem s. corpus tanquam malorum geniorum opificium non dignum existimasse, quod ab ipsis, quorum vterque Seruator [3]) hominum videri cupiebat, ad futuram reparationem seruaretur. His tandem addidit forte suam imaginariam resurrectionem Menander, vt iis aliquo modo satisfieret, qui ex Christianorum scholis ad suam accedentes resurrectionis doctrinae adsueti erant, quos etiam hoc facilius fallere poterat, cum iidem antea praeter futuram resurrectionem ad vitam aeternam animi renouationem cum αναστασει comparari audiuissent. Fuisse vero apud plurimos huius de carnis perpetuo interitu opinionis


E 5 quasi

1) l. c. διαφερομενοι δε προς τους Σιμωνιακους κατα τι.

2) Ita *Gregor. Nazianz.* in laud. Heronis Simonem in primis numerat, qui bellum pro bono Deo aduersus Creatorem susceperint: Et Irenaeus l. I. c. 28. Cerdonem dicit a Simone dogma suum de duplici Deo sumsisse; conf. Ittigius lib. cit. p. 43.

3) cf. Irenaeum ll. cc.

quaſi genitricem, miram de ortu carnis huius fabulam, ex mox ſequentibus planum fiet. Erit enim nunc transferenda oratio ad ſeculum ſecundum, cum omnibus conſtet, *Cerinthianos*, *Ebionitas*, ſiquidem hi peculiarem haereſin conſtituerunt, quorum certe origo ad primi ſeculi extremum pertinet, tantum abſuiſſe, vt reſurrectionis, *carnis* adeo, fidem tollerent, vt potius craſſiſſima corporis gaudia in ficto ſuo millenario expectarent.



CAPVT

CAPVT SECVNDVM

SECTIO I.

DOCTRINA VIRORVM APOSTOLICORVM ET RELIQVORVM ECCLESIAE DOCTORVM SECVLI II. DE RESVRRECTIONE CARNIS.

Decet, vt ad hoc seculum delati, ab iis narrationis nostrae exordium fiat, qui vti proximi erant Apostolis tempore, ita etiam proximi fidei morumque integritate. Ab his deinde deducemus orationem ad Symbolorum siue priuatorum siue publicorum in hoc genere doctrinae professionem, inde porro progrediemur ad Conciliorum decreta, si quae huius argumenti testes deprehendere licet, atque tandem in aduersariorum huius doctrinae opinionibus subsistemus.

Dum vero doctorum huius seculi ecclesiasticorum de resurrectione disciplinam enarrare proponimus, ante omnia iacturam tot librorum Apologeticorum, vt *Quadrati*, *Aristidis* [1]) inprimisque *Sexti* cuiusdam, quem *Eusebius* expresse orthodoxis adnumerat, de *resurrectione* libri [2]) dolendam

1) Eusebius lib. IV. hist. eccles. c. III.
2) Idem lib. V. c. XXVII.

lendam esse censemus, quae tamen multo grauior accidisset, nisi *Iustini*, *Theophili*, *Athenagorae*, *Irenaei*, *Clementis Alexandrini* atque *Tertulliani* doctrina nobis superesset. Vtemur itaque his nostrae narrationis causa, ea, quae probabile sit *Polycarpum* et *Papiam* de resurrectione statuisse, paucis expedientes.

PAPIAE.

Papiam quinque exarasse libros, quibus indicem fecerat λογιων κυριακων εξηγησις, *Irenaeus* et post eum *Eusebius* atque *Hieronymus* [1]) constanti testimonio affirmant, quos tamen deperditos esse paucissimis fragmentis in Irenaeo, Eusebio atque Oecumenio relictis, hoc minus aegre ferendum est, cum *Eusebius*, non indoctus ingeniorum arbiter, magnam imbecillitatem ingenii [2]) in eo reprehendat, et specimen vnum mox adscribendum clamet, eum vanissimum Scripturarum interpretem fuisse. Ille itaque resurrectionem *carnis* non solum docuit, sed cum omnibus etiam appendicibus quasi, externae felicitatis. Testis est *Maximus* [3]): *Papias libro quarto*

1) cf. Grabium lib. c. T. II. p. 26. sqq.

2) lib. III. hist. eccles. c. 39. σφοδρα μικρος ων τον νουν.

3) in comment. ad Dionysii cap. VII. de ecclesiast. Hierarchia: Παπιας εν τῳ τεταρτῳ αυτου βιβλιῳ των κυριακων εξηγησεων, τας δια βρωματων ειπεν εν τῃ ΑΝΑΣΤΑΣΕΙ απολαυσεις — — — Και Ειρηναιος δε ο λουγδουνου εν τῳ κατα αιρεσεων πεμπτῳ λογῳ το ΑΥΤΟ φησι, και παραγει μαρτυρα των υπ᾽ αυτου ειρημενων τον λεχθεντα Παπιαν.

quarto explicationum verborum Domini scripsit, fore in RESVRRECTIONE VOLVPTATES *quae percipiuntur* EX CIBIS — — et *Irenaeus Lugdunensis Episcopus* lib. V. *aduersus haereses idem tradit dictumque Papiam testem suae orationis facit.* Neque fefellit Maximus lectores, cum excitatus ab eo locus adhuc apud Irenaeum superfit, quem itaque totum adscribemus, vt vniuersa Papiae sententia hoc rectius intelligatur — *Presbyteri meminerunt, qui Ioannem discipulum Domini viderunt, audisse se ab eo, quemadmodum de temporibus illis docebat Dominus et dicebat: Venient dies, in quibus vineae nascentur, singulae decem millia palmitum habentes, et in vno palmite dena millia brachiorum, et in vno palmite* [1]) *dena millia flagellorum, et in vnoquoque flagello dena millia botruum, et in vnoquoque botro dena millia acinorum, et vnumquodque acinum dabit viginti quinque metretas vini. Et cum eorum aliquis apprehenderit sanctorum botrum, alius clamabit: Botrus ego melior sum, me sume, per me Dominum benedic. Similiter et granum tritici decem millia spicarum generaturum, et vnamquamque spicam habituram decem millia granorum, et vnumquodque granum quinque bilibres similae clarae mundae: et reliqua autem poma, et semina et herbam, secundum congruentiam iis consequentem. Et omnia animalia iis cibis vtentia, quae a terra acci-*

1) Grabius forte legendum putat *brachio:* Atqui nihil certius, cum gradatio plane flagitet.

accipiuntur pacifica et consentanea inuicem fieri, subiecta hominibus cum omni subiectione. Haec autem Papias, Ioannis auditor [1]), *Polycarpi autem contubernalis, vetus homo, per Scripturarum testimonium perhibet in quarto librorum suorum; scripsit enim libros quinque. Et adiecit dicens: haec autem credibilia sunt credentibus,* (h. e. qui semel credit credit — quam indocte! etsi nostri fanatici homines toties post Papiam repetant): *Et Iuda, inquit, proditore non credente et interrogante: Quomodo ergo tales geniturae a Domino persicientur? dixisse Dominum: Videbunt qui in illa (tempora) veniunt.* Patet itaque eum resurrectionem carnis crasso admodum sensu statuisse, male intellectis locis Scripturarum abusum, vt *Eusebius* docte monet [2]).

POLYCARPI.

De *Polycarpo*, cuius epistola ad Philippenses nobis superest, vix dubitandum est, quin resurrectionem

1) Sed hic non fuit. cf. Euseb. l. III. c. 29.

2) l. III. c. 39. Καὶ ἀλλα — — ως εκ παραδοσεως αγραφου εις αυτον ηκοντα παρατεθειται, ΞΕΝΑΣ τε τινας παραβολας του Σωτηρος (en! quomodo etiam ad illam ab Irenaeo seruatam alludat) — — εν οις και χιλιαδα τινα φησιν (Παπιας) ετων εσεσθαι, μετα την εκ νεκρων αναστασιν, ΣΩΜΑΤΙΚΩΣ της του Χριστου βασιλειας επι της γης — — υποστησομενης· α και ηγουμαι τας αποστολικας παρεκδεξαμενον διηγησεις, υπολαβειν, τα εν ΥΠΟΔΕΙΓΜΑΣΙ — — ΜΥΣΤΙΚΩΣ ειρημενα μη συνεωρακοτα.

rectionem corporis firma fide crediderit, si actis Martyrii eius ab *Eusebio* in epistola quadam ad Smyrnenses seruatis, tanta tribuenda est auctoritas. Quin adeo verba obiter perlegenti videri posset, ipsius etiam animae statuisse resurrectionem. Adscribemus locum totum, vt lectores ipsi cognoscere possint [1]). *Pater*, inquit, *vnigeniti et gloriosi filii tui Iesu Christi, per quem tui cognitionem consequuti sumus! Deus angelorum et potestatum et omnium creaturarum omniumque iustorum, qui viuunt in conspectu tuo! gratias tibi ago, qui me dignum iudicasti hoc die hacque hora* (sc. martyrii mei) *vt in societatem martyrum venirem et particeps fierem calicis* (h. e. passionis, alludendo ad verba I. C. Matth. XXVI, 39. 42.) *I. C. in resurrectionem vitae aeternae animae non minus quam corporis, per integritatem Spiritus Sancti* rell. Quas iam explicationis causa vncinis inclusimus nulla amplius confirmatione egent. Sed maior quaestio surgit, quis primo sensus sit vltimorum verborum εν αφθαρσια πνευματος αγιου, *in incorruptione Spiritus sancti*, ex latina ver-

1) lib. IV. c. XV. p. 133. Ο του αγαπητου και ευλογητου παιδος σου Ιησου Χριστου πατηρ, δι᾽ ου την περι σε επιγνωσιν ειληφαμεν. Ο Θεος αγγελων και δυναμεων, και πασης της κτισεως, παντος τε του γενους των δικαιων, οι ζωσιν ενωπιον σου, ευλογω σε, οτι ηξιωσας με της ημερας και ωρας ταυτης του λαβειν μερος εν αριθμω των μαρτυρων, εν τω ποτηριω του Χριστου· εις ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ ζωης αιωνιου ΨΥΧΗΣ ΤΕ ΚΑΙ ΣΩΜΑΤΟΣ, εν αφθαρσια πνευματος αγιου.

versione editioni Moguntinae adposita, et quomodo porro verba *resurrectio vitae aeternae animae et corporis* intelligenda sint. Itaque quod ad primam attinet, diuus Martyr per πνευμα αγιον, in loco, in quo etiam της ψυχης et του σωματος, coniunctam mentionem facit, respexisse videtur ad Pauli orationem votiuam 1 Thess. V, 23. adeoque neque personam tertiam diuinitatis, neque multo minus *animam* rationalem hominis, sed *nouas in regeneratione collatas vires* intellexisse dicereque voluisse, se gloriari socium I. C. patiendo fieri, adeoque spem certissimam habere vitae aeternae, ad quam quasi iter paret integritas animi renouati. Posteriori vero quaestioni facillime satisfieri posse iudico, si dicamus verba *animae et corporis* non ad remotius antecedens resurrectionis, sed proximum *vitae aeternae* pertinere, vt ita cum hoc coniuncta libere vertenda sint, *ad resurrectionem in vitam aeternam, quae vita non minus corpori quam animae in mercedem proposita est.* Ex quo tamen semper hoc patet, *Polycarpum*, dum vitam aeternam corporis sui sperat, resurrectionem eius aeque certo sperasse, vt per quam ad illam aditus nobis aperitur. Polycarpus itaque credidit non quidem *carnis*, sed tamen *corporis sui resurrectionem ad vitam aeternam.*

Specimen doctrinae IVSTINI *de resurrectione carnis.*

Primus nobis *Iustinus* erit, cuius fidei de carnis resurrectione perfectam imaginem lectoribus adumbrare possumus. Nam et in huius testimoniis vsurpandis *Calixtus* nimis tenuiter versatus est, vnum tantum ex Apologia I. locum exscribendo, et *Gerhardus* nimis etiam negligenter se gessit (in quo tamen fortassis plus sui temporis vitium agnoscendum est) dum maxime argumenta doctrinae eius in hoc genere ex scriptis ipsi suppositis, vt *expositione fidei* et altero *quaestionum responsionumque ad orthodoxos* petiit. Itaque nos vtemur vnice, quemadmodum fides narrationis postulat, iis Iustini sermonibus, qui de omnium consensu eum auctorem habent, inprimisque fragmentis λογου *de resurrectione carnis* ab *Halloixio* primum editis et a *Grabio* [1]) repetitis. Atque ita vtemur, vt mox summam disputationis eius super hac parte doctrinae Christianae nostris verbis proponamus, fidem iis conciliando per ipsa verba Iustini in inferiore ora descripta. Totum vero fragmentum commemoratum cum noua versione notisque historicis et criticis tempore locoque in praefatione notatis edidimus. Sed ad rem!

Dominus

1) lib. cit. T. II. p. 177. sqq. cf. etiam nuperam editionem operum Iustini, ex recensione Monachorum Benedictinorum Parisiensium p. 588-599.

Dominus noſter I. C. in vltimo ſuo aduentu reſuſcitabit CORPORA *omnium, quicunque exſtiterunt, hominum; ac dignorum quidem corpora corruptionis expertia reddet et integra ſine omni labe reſtituet* [1]); *impiorum vero ad perpetuum ignis ſenſum cum malis daemonibus condemnabit* [2]), *vt adeo in* IISDEM *corporibus exiſtentes poena aeterna afficiantur, non mille annorum, vt ille dixit, ſpatio circumſcripta* [3]). *Neque nos mouere debet, quod multi aperte negent eſſe* CARNIS *reſurrectionem expectandam* [4]). *Nam ſiue vrgeant ſilentium Scripturarum aut non expreſſam* CARNIS *in tradenda reſurrectione mentionem* [5]), *ſiue exiſtiment,*

1) in Dial. cum Tryph. §. 69. p. ed. Bened. 168. Αυτος δε ταυτα εποιει (int. *miracula in ſanandis corporibus hominum coecorum* &c. de quibus ante) πειθων — — — οτι καν τις εν λωβῃ τινι σωματος υπαρχων — — ΟΛΟΚΛΗΡΟΝ αυτον εν τῃ δευτερᾳ αυτου παρουσιᾳ, μετα του και αθανατον, και αφθαρτον, και αλυπητον ποιησαι, αναστησει.

2) Apol. I. §. 52. p. 74. — οτε και τα ΣΩΜΑΤΑ ανεγερει παντων των γενομενων ανθρωπων και των μεν αξιων, ενδυσῃ αφθαρσιαν· των δε αδικων εν αισθησει αιωνιᾳ μετα των φαυλων δαιμονων εις το αιωνιον πυρ πεμψει. Ezech. XXXVII, 7. 8.

3) Apol. cit. §. 8. p. 48. Και ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΣΩΜΑΣΙ μετα των ψυχων — —

4) de reſurrectione carnis §. 2. φασιν, οι τα χειρονα λεγοντες, μη ειναι της ΣΑΡΚΟΣ αναστασιν.

5) de reſurrectione carnis §. 5. των λεγοντων μη αναστηναι την σαρκα — οι δε (ſc. λεγουσιν) οτι την αρχην ουδε επαγγελιαν εχειν. et §. 10. οτι — ουκ την επαγγελιαν της αναστασεως εχει — quae verba ita intelligenda

ſtiment, hoc tale Deo impoſſibile eſſe [1]), *ſiue non dignam carnem hoc tanto beneficio* [2]), *ſiue tandem inutilem* [3]) *carnem in altera vita, aut ſi opera eius remanſerint,* PERNICIOSAM [4]), *tamen fide noſtra opinio ſtabilitur et operibus conſpicitur* [5]): *Quod enim vrgent ſilentium Scripturarum, quid hoc ſilentii, ſi totus homo, non anima ſolum, ad ſalutem vocatus eſt* [6]), *nonne etiam vtraque pars hominis in hac vita agit* [7]); *et cum anima per ſe im-*

genda eſſe puto, vt ad ſilentium Scripturae prouocauerint, quemadmodum ſupra eorum ſenſum reddidi.

1) ibid. §. 2. αδυνατον γαρ ειναι την φθειρομενην και δια λεπτων λουμενην ταυτην συναχθηναι εις ΤΟ ΑΥΤΟ. §. 5. οι μεν ως αδυνατον αναςηναι λεγουσιν.

2) ibid. §. 2. Κακιζουσιν αυτην, τα ελαττωματα προφεροντες, και αυτην μονην των αμαρτηματων αιτιαν αποφαινονται. et §. 9. φασκοντες μη αξιον ειναι της αναςασεως.

3) — — §. 2. ασυμφορον φασιν υπαρχειν την ταυτης σωτηριαν — —

4) ibid. ωςε ει μελλει, φασι, σαρξ ανιςασθαι, και τα ελαττωματα συναναςησεται. Quae duo argumenta, alterum ab *inutilitate*, alterum a *pernicie* deſumta, non ſatis in reſpondendo ſeparauit Iuſtinus.

5) — — §. 12. extr. βεβαιουμενη μεν πιςει, θεωρουμενη δε εργοις.

6) — — §. 10. αλλα μεν και κεκληκεν αυτην επι την αναςασιν και ΕΠΑΓΓΕΛΛΕΤΑΙ (repetit verbum ipſum, quo in contrarium vtebantur) την αιωνιαν ζωην — ſupra Pſeudo-Clemens in 2 ep. ad Corinthios eodem argumento vtebatur — *in hac carne vocati eſtis.*

7) — — §. 11. αμφοτερα την δικαιοσυνην ειργασαντο.

immortalis sit, quid hoc beneficii esset resurrectionem promittere [1]) *et quid opus carnem expresse nominare, cum per se intelligatur, id solum resurgere posse quod cecidit* [2]) h. e. carnem? *Impossibile vero quomodo Deo sit nostrorum corporum resuscitatio, qui ex nihilo ea produxit* [3])? *Quidni non aeque impossibilis videri deberet nostra generatio in vtero materno, nisi quotidie eius documenta haberemus* [4])? Et si *Plato*, *Stoici* atque *Epicurei* materiem *ipsam in prima principia dissolutam tamen omnino incorruptibilem dicunt, quare non hoc facilius, nostrae carnis restitutio, diuinae potestati tribuenda sit* [5]). *Num porro serio dicere possunt, indignam esse Deo huius carnis resuscitationem, quae tota*

1) §. ead. την μεν ψυχην σωζων, ου μεγα ποιει· το γαρ σωζεσθαι παρεστιν (inhaeret cf. edit. nostram) αυτη (sc. animae) — — αλλ' ουδε χαρις αυτῳ το ιδιον σωζοντι, τουτον γαρ εστιν εαυτον σωζειν. Vult nimirum dicere, *cum anima spiraculum Dei sit, Deum potius se, quam animam seruare, si hanc seruet*, quod quidem argumentum Philosophiae Iustini Platonicae ignoscendum.

2) — — §. 13. Αναστασις εστι του πεπτωκοτος σαρκιου, πνευμα γαρ ου πιπτει.

3) — — §. 5. εχοντες τεκμηρια· πρωτον μεν την του πρωτοπλαστου γενεσιν, οτι εκ γης υπο Θεου γεγονεν.

4) — — §. ead. επειτα δε — την — εξ αλληλων γενεσιν κατανοουσιν εστιν ιδειν και θαυμασαι μειζονως, οτι εκ ελαχιστης ρανιδος υγρου τηλικουτον πλασσεται ζωον: Atque hoc argumentum latius explicat Apol. I. §. 19. p. 55.

5) — — §. 6. 7. 8.

tota Dei opificium est [1]) *et ad imaginem eius creata* [2]) *neque etiam, si peccatricem dicant solam, per se peccat, nisi anima iubente et seducente* [3]). *Neque tandem vnquam vincent, inutilem aut plane perniciosam esse carnis resurrectionem, cum per se intelligatur, carnis opera cessatura esse, neque tunc inutile membrum futurum sit, tale opus non amplius perficiens, cum v. g. etiam I. C. membra ad procreandum habuerit et tamen ab vsu eorum abstinuerit* [4]). *Et quicquid sit, constat hoc, Dominum nostrum I. C. mortuos quoad corpus, vt Lazarum, resuscitasse, vt hoc minus exempla nostrae futurae omnium quoad corpus resurrectionis desiderare possemus! Maneat itaque nobis certum, carnem resuscitandam esse et animam adeo non prius absoluta beatitate fruituram, quam rursus cum carne copulata fuerit* [5]) : *neminemque vere Christianum, qui hoc vtrumque non crediderit.*

1) — — §. 9. Εοικασι δε ουτοι την υλην του Θεου πραγματειαν αγνοειν — —

2) — — §. ead. Πως ουκ ατοπον την απο Θεου σαρκα πλασθεισαν κατ' εικονα την Εαυτου — ατιμον ειναι: Sed cf. notas nostras l. c.

3) — — §. ead. που γαρ καθ' εαυτην η σαρξ αμαρτησαι δυνησεται; εαν μη την ψυχην εχει προηγουμενην και προκαλουμενην.

4) — — §. 3. το μεν, τα μορια ενεργουντα ταυτα ενεργειν, ουκ αναγκαιον — και ο Κυριος ημων — — πολιτειαν — την δια συνουσιας μονον ουκ ειργασατο — —

5) in Dial. c. Triph. §. 80. extr. p. 178. ει γαρ και συνεβαλετε υμεις τισι λεγομενοις χριστιανοις, και τουτο

Compendiaria
THEOPHILI *Antiocheni*
de resurrectione carnis fides.

A Iustino ad aequalem eius *Theophilum* progrediamur, cuius in libris ad *Autolycum* inter alia propositum erat, huic resurrectionem et quidem *carnis* persuadere. Neque tamen vt in superiore iustum specimen excerpere nobis licebit, ob eorum, quae in hanc rem dixit, paucitatem; tantum tribus illis aut quatuor locis, quos ex vniuersa disputatione colligere potuimus, vtentibus, vt tamen pateat, eum docuisse carnis, quin adeo *animae* vt videri posset, futuram resuscitationem. Itaque primum haec habet: *Ανεγειρει σου την* ΣΑΡΚΑ *αθανατον συν τῃ ψυχῃ ο Θεος και τοτε οψει γενομενος αθανατος τον αθανατον, εαν νυν πιστευσεις αυτῳ* [1]). Hic clarum est eum dicere, *resuscitabit carnem tuam immortalem cum anima*, vnde *Sykesius* [2]) sine haesitatione pronunciat, eum existimasse animam cum corpore morte

τουτο μη ομολογουσιν, — — — — — *λεγουσι μη ειναι* ΝΕΚΡΩΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ, *αλλα αμα τῳ αποθνησκειν,* ΤΑΣ ΨΥΧΑΣ ΑΥΤΩΝ ΑΝΑΛΑΜΒΑΝΕΣΘΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΟΥΡΑΝΟΝ, ΜΗ ΑΠΟΛΑΒΗΤΕ *αυτους Χριστιανους* — — — — — Εγω δε — — — *και* ΣΑΡΚΟΣ *αναστασιν γενησεσθαι επισταμεθα* &c.

1) lib. I. §. 7. p. ex edit. Bened. 342.

2) lib. in praef. cit.

morte ſimul extingui. Mihi tamen haeſitandum videtur. Eſt quidem locus a Viro doctiſſimo non obſeruatus [1]), qui ſuſpicionem augere poſſet, quando explicationi narrationis de creatione hominis, *inſpirauit ipſi animam viuentem*, addit, *vnde et immortalis anima* A PLVRIBVS *dicitur* [2]). Nam ponendo *a pluribus*, et non *a nobis*, patere videtur, eum noluiſſe in iis numerari. Sed forte demonſtrationem ſolum immortalitatis animae ex iſto loco ſibi diſplicere innuere voluit, non quaſi ipſam rem *aliunde* probandam negaret: Vt fingere liceat, eum dicere voluiſſe, *quo loco etiam plurimi vtuntur ad demonſtrandam immortalitatem animae, nos non item, cum clariora et apertiora non deſint*. Quod nunc ad propoſitum inprimis locum pertinet, ambiguum omnino eſt, vt ante in loco quodam Polycarpi, vtrum verba συν ψυχῃ ad αθανατον ſolum aut etiam ad verbum ανεγειρει referenda ſint, adeoque ſenſus, aut, *reſuſcitabit animam cum corpore morti non amplius obnoxia*; aut, *reſuſcitabit corpus, vt eadem immortalitate fruatur, quae animae propria eſt*. Atque nunc alii iudicent!

Sequitur locus alius, in quo reſurrectionis corporis poſſibilitatem aduerſus Autolycum, ex noctis et diei morte et reſurrectione analogica, item ſeminum fructuumque, tandem lunae de-

1) lib. II. §. 19. p. 363.

2) οθεν και αθανατος η ψυχη ωνομασται παρα τοις ΠΛΕΙΟΣΙ.

crescentis αναςασει demonstrat. Totum adscribemus latine versum, graeco textu infra adscripto [1]): *Quod vero etiam mortuos suscitari negas (dicis enim, ostende mihi vel unum ex mortuis excita-*

1) lib. I. §. 13. p. 345 sq. Αλλα και το αρνεισθαι σε νεκρους εγειρεσθαι· Φης γαρ, δειξον μοι καν ενα εγερθεντα εκ νεκρων, ινα ιδων πιςευσω· πρωτον μεν, τι μεγα, ει θεασαμενος το γεγονος πιςευσεις; — — — ισως και επιδειξω σοι νεκρον εγερθεντα και ζωντα, και τουτο απιςησεις. Ο μεν ουν Θεος σοι πολλα τεκμηρια επιδεικνυσιν εις το πιςευειν αυτῳ. Ει γαρ βουλει, κατανοησον την των καιρων και ημερων και νυκτων τελευτην, πως και αυτα τελευτα και ανιςαται· τι δε και ουχι η των σπερματων και καρπων γινομενη εξαναςασις και τουτο εις την χρησιν των ανθρωπων; ει γαρ τυχοι ειπειν κοκκος σιτου η των λοιπων σπερματων επαν βληθη εις την γην, πρωτον αποθνησκει και λυεται, ειτα εγειρεται και γινεται ςαχυς — — — — ταυτα δε παντα ενεργει (cognosce φρασιν plane Apostolicam ex 1 Cor. XII, 11.) η του Θεου σοφια, εις το επιδειξαι και δια τουτων, οτι δυνατος εςιν ο Θεος ποιησαι την ΚΑΘΟΛΙΚΗΝ αναςασιν απαντων ανθρωπων· ει δε και θαυμασιωτερον θεαμα θελεις θεασασθαι γινομενον προς αποδειξιν αναςασεως, ου μονον των επιγειων πραγματων, αλλα και των εν ουρανῳ, κατανοησον την αναςασιν της σεληνης την κατα μηνα γενομενην πως φθινει και ανιςαται παλιν. Ετι ακουσον και εν σοι αυτῳ εργον αναςασεως γινομενον, καν αγνοης, ω ανθρωπε· ισως γαρ ποτε νοσῳ περιπεσων — — — παλιν απελαβες σου το σωμα και το ειδος, και την ισχυν — — — ουκ επιςασαι ουδε ποθεν εγενοντο· αλλα ερεις· εκ τροφων και χυμων εξαιματουμενων· καλως· αλλα και τουτο εργον θεου του ουτω δημιουργησαντος, και ουκ αλλου τινος.

citatum, vt ipſo meo ſenſu edoctus credam) primum quidem, quid hoc adeo magnum, ſi tunc credas, cum rem factam videris! — — — Fortaſſe oſtendam tibi, mortuum ad vitam reuocatum, et viuentem, nec id credes. Sed tamen multa tibi Deus exhibet documenta, vt ipſi credas! Etenim ſi placet obſerua tantum temporum et dierum et noctium interitum, quomodo haec etiam intereant et renaſcantur. Quid praeterea? An non ſeminum et fructuum reſurrectio ſit, eaque in vſus hominum? Si enim exemplo vti liceat, granum tritici aut aliorum ſeminum cum terrae iniectum fuerit, primo perit et ſoluitur, deinde excitatur et in ſpicam aſſurgit — — — — — Haec autem omnia operatur diuina ſapientia, vt vel ex his demonſtret, poſſe Deum GENERALEM *omnium hominum reſurrectionem perficere. Quodſi mirabilius ad reſurrectionem demonſtrandam ſpectaculum videre cupis, non ſolum in terreſtribus rebus, ſed etiam in coelo, obſerua menſtruam lunae reſurrectionem, quemadmodum intereat et renaſcatur. Accipe praeterea reſurrectionem in te ipſo, etſi ignorante, perfectam. Forte aliquando in morbum incidiſti, o homo — recuperaſti corpus tuum et ſpeciem et vires — — — nec perſpectum habes vnde extiterint — Dices ex cibis et ſuccis in ſanguinem conuerſis: Atqui hoc recte! Sed hoc opus Dei eſt, ita rem conficientis, non cuiusdam alterius.* In hac vniuerſa oratione primum mirari aliquis poſſet, quare Autolyco exemplum hominis *vel* vnius iam reſuſcitati poſtulanti, non dederit ex reſurrectione Chriſti? Sed nimirum,

mirum, etsi ipse apud se firmo animo eam credebat, indicio facto in verbis, *fortasse ostendam tibi mortuum resuscitatum et* VIVENTEM, tamen aduersus Philosophum extraneum hoc exemplo aperte vti nihil omnino profuisset, mox ipsi parata responsione, ita principium peti; vnde deinceps plane alia disputatio instituenda fuisset. Iuuabit deinde animaduertisse, quomodo in tempore atque loco, eum, *o homo!* alloquatur, cum in eo est, vt *hominis resurrectionem* ex *hominis restitutione ad sanitatem* ipsi persuadeat. Tandem denuo ambiguum est, an illud *generalis* καθολικη ad *totum hominis*, aut, *ad totam corporum humanorum in resurrectione collectionem*, pertineat. Addimus nunc locum ordine quidem priorem, sed tamen a nobis post antecedentem disputationem seruatum, vti decet, maxime ponderosum argumentum ad extremum retinere, cuiusmodi est, quod a creatione et generatione humana in eodem petit, hunc in modum [1]):

Sed

1) lib. I. §. 8. Αλλα απιστεις νεκρους εγειρεσθαι — — — προς τι δε και απιστεις· η ουκ οιδας οτι απαντων πραγματων η πιστις προηγειται· — — — — συ ου βουλει σεαυτον πιστευσαι τῳ Θεῳ, τοσουτους αρραβωνας εχων παρ᾽ αυτου. Πρωτον μεν γαρ, οτι εποιησε σε εξ ουκ οντος εις το ειναι — — και επλασε σε εξ υγρας ουσιας και ελαχιστης ρανιδος, η τις ουδε αυτη ην ποτε. — — Πιστευεις τα υπο ανθρωπων γινομενα αγαλματα θεους ειναι — — τῳ δε ποιησαντι σε θεῳ απιστεις δυνασθαι σε και μεταξυ ποιησαι.

Sed mortuos excitari non credis! — — Sed cur non credis? — — Tu non vis credere te Deo, tot ac tantis ab eo pignoribus acceptis! Primo quod te creauit, cum antea non esses — — ac te ex humida materia et minutissima guttula, quae et ipsa aliquando non erat, formauit, et in hanc vitam perduxit. Credis efficta ab hominibus simulacra Deos esse, Deo autem creatori tuo non credis te ad vitam reficere posse. Tandem alibi[1]), demonstrationi omnium rerum a Deo perfectae creationis, hanc clausulam addit: *Vide, quomodo per haec resurrectio quaedam indicetur, in exemplum futurae omnium hominum resurrectionis.*

Specimen doctrinae ATHENAGORAE *de resurrectione carnis.*

Athenagorae, Iustinum doctrinae atque ingenii laude longe superantis, de resurrectione disserendi rationem denuo breui narratione comprehendemus, et quasi typum libri eiusdem περι αναστασεως νεκρων, aduersus Philosophos scripti, exhibebimus, in contextum huius narrationis ea simul cogendo, quae in extremo *Apologiae pro Christianis* de eodem argumento disseruit.

Necesse

1) lib. II. §. 14. σκοπει — — οτι δι' αυτων δεικνυται η αναστασις, εις δειγμα της μελλουσης εσεσθαι αναστασεως απαντων ανθρωπων.

Necesse prorsus est mortuorum aut omnino dissolutorum corporum resurrectionem futuram esse ac EOSDEM *homines aliquando rursus extituros esse* [1]. *Neque nos solum corpora resurrectura esse censemus, sed multi etiam ex summis Philosophis, qui, vt Pythagoras et Plato, nihil dicunt, impedire, quominus facta corporum dissolutione, ex quibus primo coaluerunt,* EX IISDEM EADEM *rursus coagmententur* [2]. *Neque ii sumus, qui ignoremus, alios, qui non minus philosophi videri volunt, hoc de corporis resurrectione dogma plane in repugnantibus ponere. Sed ita etiam coactos se sentiant, aut* potentiam *diuinam, aut* voluntatem *eius* [3]) *negare. Si prius velint, consequens erit, vt*

1) l. *de resurrectione* §. 25. p. edit. Bened. in operibus Iustini 336. δει παντως γενεσθαι των νεκρωθεντων η και παντη διαλυθεντων σωματων αναστασιν, και ΤΟΥΣ ΑΥΤΟΥΣ ανθρωπους συστηναι παλιν.

2) legat. pro Christ. §. 36. ου καθ' ημας μονον αναστησεται τα σωματα, αλλα και κατα πολλους των Φιλοσοφων — — ου γαρ κωλυει κατα τον Πυθαγοραν και τον Πλατωνα γενομενης της διαλυσεως των σωματων, εξ ων την αρχην συνεστη; απο των αυτων ΑΥΤΑ και παλιν συστηναι.

3) de *resurrectione* §. 2. p. 316. χρη — τους περι της αναστασεως απιστουντας, η διαπορουντας — — τω θεω την των οντων ανατιθεντας αιτιαν, εις την του δε του δογματος αποβλεπειν υποθεσιν, και δια ταυτης δεικνυναι την αναστασιν ουδαμοθεν εχουσαν το πιστον — — — τουτο ποιησουσιν εαν δειξαι δυνηθωσιν, η ΑΔΥΝΑΤΟΝ τω θεω η ΑΒΟΥΛΗΤΟΝ τα — σωματα — — παλιν ενωσαι προς την ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ανθρωπων συστασιν —

vt Deo siue scientia *siue* facultas *desit* [1]. *Sed quomodo illi scientia corporum nostrorum post mortem deesse possit, cui non defuit eorum in prima generatione scientia* [2]*? Et quomodo facultate careat ea denuo refingendi, qui primae eorum generationi par fuit* [3]. *Itaque posterius relinquetur, vt existimetur* nolle *corpora nostra ad vitam reuocare; Atqui vero neque hanc voluntatem ipsi deesse, suadet profecto vt credamus ea cogitatio, nihil in corporum resuscitatione siue* iniustum, *siue* indignum Deo *esse* [4], *quorum alterutrum si adsit, tunc demum intelligitur, eum nolle. Sed si iniustum esset corpus resuscitari, peccaretur sane aut in corpus ipsum resuscitatum, aut in aliam rem extra illud,*

1) ibid. *το αδυνατον τινι γιγνωσκεται — — η εκ του μη γιγνωσκειν το γενησομενον, η εκ του δυναμιν αρκουσαν μη εχειν προς το ποιησαι καλως το εγνωσμενον.*

2) ibid. *αλλ᾽ ουτε* ΑΓΝΟΕΙΝ *τον θεον δυνατον των αναστησομενων σωματων την φυσιν κατα τε μερος ολον και μοριον, ουτε μην οποι χωρει των λυομενων εκαστον, και ποιον των στοιχειων μερος δεδεκται το λυθεν κ. τ. λ.*

3) — §. 3. *και μην και την* ΔΥΝΑΜΙΝ, *ως εστιν αρκουσα προς την των σωματων αναστασιν, δεικνυσιν η* ΤΟΥΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΓΕΝΗΣΙΣ· *ει γαρ μη οντα κατα την πρωτην συστασιν εποιησε τα των ανθρωπων σωματα, και τας τουτων αρχας· και διαλυθεντα, καθ᾽ ον αν τυχη τροπον αναστησει μετα της αυτης ευμαρειας· επισης γαρ αυτῳ και τουτο* ΔΥΝΑΤΟΝ.

4) — — §. 9. extr. 10. *αλλα μεν ουδ᾽* ΑΒΟΥΛΗΤΟΝ· *το γαρ αβουλητον, η ως* ΑΔΙΚΟΝ, *αυτῳ εστιν αβουλητον, η ως* ΑΝΑΞΙΟΝ.

lud [1]), *quorum neutrum apparet; si vero Deo indignum esset, indignum multo magis ipso fuisset corpus fragile, caducum creare, quod cum nemo dicere audeat, quare non potius praestantius in resurrectione sistere, illo dignum iudicemus* [2])? *Quemadmodum vero facile est, hoc modo omnem de resurrectione corporis humanam dubitationem repellere, ita etiam non difficile, eius necessitatem, tum ex* fine, *cuius causa homo creatus est, tum ex* natura *communi omnium hominum, tum denique ex futuro* iudicio *ad totum hominem pertinente demonstrare* [3]). *Vt adeo fides nostra vndequaque firma maneat; membra corporis nostri dissoluta aliquando iterum colligenda esse, ad aptam* EIVSDEM CORPORIS *compositionem et constitutionem, et illius, quod mortuum aut etiam omnino dissolutum erat, resurrectionem et vitam:*

1) ibid. και παλιν, το αδικον η περι αυτον θεωρειται τον ανασησομενον, η περι αλλον τινα παρ' αυτου.

2) — — §. 10. extr. ου μην ουδ' εκεινο φαιη τις αν, ως αναξιον εργον πως θεου, το διαλυθεν ανασησαι σωμα και συναγαγειν· ει γαρ το χειρον ουκ αναξιον, τουτ' εςι το φθαρτον ποιησαι σωμα και παθητον· πολυ μαλλον, το κρειττον ουκ αναξιον, οπερ εςιν αφθαρτον και απαθες.

3) — — §. 11. extr. δεικτεον αληθη τον περι της αναςασεως λογον, απο τε της ΑΙΤΙΑΣ αυτης ΚΑΘ' ΗΝ και ΔΙ' ΗΝ ο πρωτος γεγονεν ανθρωπος, — — απο τε της κοινης παντων ανθρωπων, ως ανθρωπων, ΦΥΣΕΩΣ· ετι δε απο της του ποιησαντος επι τουτοις ΚΡΙΣΕΩΣ κ. τ. λ. cf. §§. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

tam [1]) : *haecque fides hoc magis tenenda, cum is profecto omnia sibi licere putauerit, qui non crediderit futuram resurrectionem* [2]).

Hic itaque typus doctrinae Athenagorae, in quo quidem verbum *carnis* in coniunctione cum altero resurrectionis desideratur, quemadmodum ipse etiam per totam disputationem ab eodem in hoc contextu abstinuit; patet tamen hoc, eum *resurrectionem corporis* et quidem *huius* perpetuo testimonio confirmasse. Quando nunc vnice argumentis vtitur, ex solis humani ingenii ratiunculis effectis, nullo diuinarum scripturarum testimonio vsurpato, in eo cedere, vt opinor, coactus fuit necessitati, quam ex adversariorum subtilitate eorumque contemtu sacrarum literarum sibi impositam esse sentiebat.

Ducit nunc ordo narrationis ad *Irenaeum!*

Specimen doctrinae IRENAEI *de resurrectione carnis.*

Iam per se intelligitur, nobis in hoc argumento fidei Christianorum non deesse posse admodum multa testimonia *Irenaei*, cuius in libris aduersus

1) — — §. 8. ενωθεντα δε παλιν αλληλοις, την αυτην ισχει χωραν προς την ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ αρμονιαν τε και συστασιν, και την του νεκρωθεντος η και παντη διαλυθεντος αναστασιν και ζωην.

2) leg. pro Christ. §. 36. μητε αναστασιν ειναι οιομενους — — μηδενος αν αποσχεσθαι τολμηματος.

aduerſus haereſes conſilium erat, Simonianorum, Valentinianorum et ſic porro opiniones non tam ſimplici oratione enarrare, quam magno cum apparatu refellere. Itaque, vt incepimus, etiam huius rationes in tractando hoc dogmate ſummatim proponemus. In quo autem tyrones monendi ſunt, *Irenaei* graecum textum tantum ex verſione latina nobis ſupereſſe, pauciſſimis originum fragmentis in contextu graecorum ex ſequentibus ſeculis Patrum nobis ſeruatis, quae *Grabius* et poſt eum *Maſſuetus* in editionibus Oxonienſi et Pariſienſi exhibuerunt — —"

Etſi multi reperiuntur, qui carnis futuram reſtitutionem negant [1]), *tamen certum nobis eſt, nos in carne reſurrecturos* [2]), *cum ipſe aliquando Dominus*

1) l. III. c. XXXII. Errant igitur, qui dicunt eum nihil ex virgine accepiſſe, *vt abiiciant carnis haereditatem*: rurſus l. V. c. I. vani igitur, qui et a Valentino ſunt, hoc dogmatizantes, *vti excludant ſalutem carnis et reprobent plaſmationem Dei* (vbi obiter notent tyrones, verbum plaſma et plaſmatio, toties apud Irenaeum recurrens, cum mere graecum ſit prius, poſterius item, ad latinum tantum ſermonem flexum, magis latine vertendum eſſe *fabricam, fabricatio*, et ad corpus ſolum pertinere, quod ſcilicet fabriculum eſt ex terra, quo ſenſu etiam a *Iuſtino*, *Clemente Alexandrino* toties vſurpatur); et mox: Vani autem omnino, qui vniuerſam diſpoſitionem Dei contemnunt et *carnis ſalutem negant et regenerationem eius* (παλιγγενεσιαν ſc. futuram) ſpernunt &c.

2) l. I. c. XIX — qui quidem reſurgent *in carne*, licet nolint, vt agnoſcant virtutem ſuſcitantis eos

nus noster in carne *veniet* eadem, *in qua perpessiones humanas sustinuit* [1]). *Atque tot huius rei nobis fidem faciunt argumenta, vt non satis mirari possit, vnde haec tanta aduersariorum pugna. Etenim primum, cum* creationem *huius corporis ex nihilo Deus perfecerit, cur non potius eius reparationem ex puluere ab eo expectemus* [2])? *Aut num porro anima tantum hominis ad imaginem Dei efformata est et non potius totus homo cum carne simul cogitatus* [3])? *Negabuntne etiam Lazarum* cor-

eos a mortuis &c. rursus l. V. c. I. *et nostra corpora* ex ea nutrita et reposita in terram et resoluta in ea, *resurgent in suo tempore*, verbo Dei (λογῳ του Θεου h. e. Christo, vt ego intelligo ob sequens additamentum) *resurrectionem* eis donante, *in gloriam* Dei Patris.

1) l. III. c. XIX. *In eadem carne*, in qua passus est, veniet, gloriam reuelans patris &c. vbi clarum est respici ad Act. I, 11. et illud ον τροπον hoc modo explicari ab *Irenaeo*.

2) lib. V. c. I. Quoniam sumsit Deus limum de terra et formauit hominem: *et quidem multo difficilius et incredibilius ex non existentibus* ossibus et neruis, et venis, et reliqua dispositione, quae est secundum hominem, facere ad hoc vt sit, et quidem animalem et rationabilem facere hominem, *quam quod factum est, et deinde solutum est in terram — — rursus reintegrare* &c.

3) lib. V. c. I. Ignorantes virtutem Dei et promissionem, contradicunt suae saluti (h. e. carnis) impossibile existimantes — — Glorificabitur autem Deus in suo plasmate conforme illud et consequens suo puero adaptans. Per manus enim Patris, i. e. per filium et Spiritum S. fit *homo* secundum

corpore *resurrexisse* [1]), *Enochum et Eliam* corpore *in coelum euocatos fuisse* [2]), *ipsum Dominum nostrum in carne resurrexisse* [3])? *Nonne rursus* corpus *nostrum sacro lauacro tinctum est* [4]), *corpus et sanguinem Christi in Eucharistia accepit* [5])? *Nonne Christus* totum corpus *sanctificauit quasi*, *cum pedes*

cundum *similitudinem Dei*, (cf. supra Iustinum, corpus etiam ad imaginem Dei creatum affirmans) sed non *pars* hominis.

1) l. V. c. I. (nam locus ex l. II. c. LXIII. huc non pertinet, vt conferenti patebit.) Dicant enim nobis hi, qui contraria dicunt, i. e. qui *contradicunt suae saluti*, *summi sacerdotis filia mortua*, *et viduae filius — — et Lazarus — — in quibus resurrexerint corporibus? In iisdem ipsis scilicet*, *in quibus et mortui fuerint. Si enim non in iisdem ipsis*, *videlicet nec iidem ipsi*, *qui mortui erant*, *resurrexerunt.*

2) ibid. paulo ante. *Quoniam quidem Henoch placens Deo*, in quo placuit corpore, *translatus est*, *translationem iustorum praemonstrans: Et Helias sicut* erat in plasmati *substantia assumtus est.*

3) ibid. *Quomodo igitur Christus in carnis substantia surrexit et ostendit discipulis* figuram clauorum — — (haec autem sunt indicia carnis eius, quae a mortuis resurrexit) *sic et nos* &c.

4) lib. III. c. XIX. *Corpora nostra* per lauacrum *illud*, *quod est* ad incorruptionem, *vnitatem acceperunt*: Ita puto distinguendam esse orationem.

5) lib. V. c. I. *Quando ergo et mixtus calix et factus panis percipit verbum Dei*, *et Eucharistia corporis et sanguinis Christi*, *ex quibus augetur et consistit carnis nostrae substantia:* quomodo *carnem* negant capacem esse donationis Dei, quae est vita aeterna?

pedes discipulorum suorum lauaret [1])? *Nonne corpori nostro in Scripturis is honor habetur; vt membra eius membra Christi appellentur* [2])? *Quid tandem sonantius verbis Apostolicis*; vt integer vester spiritus et anima et corpus seruentur [3]) —— caduca nostra corpora ad robur perpetuum sui corporis atque splendorem efformabit [4]) —— *et rursus*: qui I. C. ex mortuis resuscitauit, etiam nostra mortalia corpora viuificabit [5]). Vt

1) l. IV. c. XIX. *Qui enim pedes lauit discipulorum, totum sanctificauit corpus.*

2) l. V. c. I. *Templum igitur Dei, in quo spiritus inhabitat patris* et *membra Christi*, non participare salutem, sed in perditionem redigere, quomodo non maxime est blasphemiae?

3) ibid. Et propter hoc Apostolus expleuit *perfectum* et spiritualem *salutis hominem* in prima ad Thessalonicenses dicens: *Vt integer vester spiritus* —— Et quam vtique causam habebat, his tribus, i. e. animae, et corpori, et spiritui integram et perfectam perseuerationem precari in aduentu Domini, nisi *reintegrationem et redunitionem trium* vnam et eandem ipsorum sciebat salutem?

4) ibid. — Saluatorem expectamus Dominum Iesum, qui transfigurabit — — — — — Quid igitur est *humilitatis corpus* — — — Manifestum est, *quoniam* (h. e. ex meliori latinitate *quod*, gr. ὅτι) *corpus, quod est caro, quod et humiliatur cadens in terram.*

5) ibid. Et iterum ad Romanos ait: *Si autem Spiritus eius, qui suscitauit I. C. a mortuis* — — — Quae sunt ergo *mortalia corpora?* numquid nam animae? — — — Quid igitur superest, dicere mortale corpus *nisi plasma, i. e. caro, de qua et sermo est ei — Haec enim est, quae moritur* &c.

taceamus tot argumenta in disputatione ad Corinthios pro resurrectione carnis ab Apostolo proposita [1]) et *factam per Iesaiam et Ezechielem promissionem* de aridis ossibus iterum carne et sanguine induendis [2]). *Quemadmodum itaque caput nostrum suo corpore vestitum resurrexit ex mortuis, ita necessaria fide concludimus, nostra quoque corpora resurrectura esse* [3]), *et omnes quicunque sunt descripti in vitam* SVA CORPORA *habituros, in quibus in hac vita Deum coluerunt* [4]).

Haec itaque satis erunt ad intelligendum, quo modo et quibus potissimum argumentis *Irenaeus* resurrectionem carnis confirmauerit. Transibimus mox ad *Clementem Alexandrinum*.

Ex-

1) ibid. longius tractat hoc caput, tandem addens: *Apostolus manifeste et clare resurrectionem et incorruptelam carnis praedicat.*

2) ibid. *Esaias quidem sic ait:* resurgent mortui et surgent qui sunt in monumentis — — — Et *ossa vestra* quasi herba oriuntur — — — — Et facta est super me manus Domini, — — — et posuit me in medio campi, et hic erat plenus *ossibus*, — — — —

3) lib. III. c. XXI. Quemadmodum caput resurrexit a mortuis, sic et reliquum corpus omnis hominis, qui inuenitur in vita, impleto tempore commendationis eius, quae erat propter inobedientiam, resurgat &c.

4) l. II. c. LXIII. Ideo adimpleto numero, quem ipse apud se ante definit, omnes quicunque sunt descripti in vitam, resurgent, *sua corpora* et *suas* habentes *animas* et *suos spiritus*, *in quibus* placuerunt Deo.

Excerpta doctrinae CLEMENTIS *Alexandrini de resurrectione carnis.*

Huius si nobis superesset liber *de resurrectione*, ad quem ipse aliquando [1]) prouocat, etsi *Photius* eum non expresse in aliis illis recensuerit, quae eum scripsisse narrat [2]), haberemus sine dubio, vnde etiam huius eruditissimi viri in hoc genere doctrinam iusto specimine comprehendere possemus: Sed cum nunc ille deperditus sit, ea sigillatim proponemus, quae per frequentem vsum *Stromatum*, *Paedagogi*, reliquorum denique, variis in locis de resurrectione eum disseruisse deprehendimus — Diuidemus vero hos locos in tres classes, vnam constituentes eorum, in quibus simpliciter resurrectionem commemorat; sine vlla corporis aut carnis adiectione; secundam eorum, in quibus s. latenter s. apertius resurrectionem *carnis* posuisse videtur; tertiam tandem eorum, in quibus talia affirmat, quae cum eadem plane pugnent.

Classis *prima*.

Paedag. loco iam citato, librum suum ipse excitat sub indice περι αναςασεως sine addito της σαρ-

1) *Paedagogi* lib. I. c. VI. ex edit. *Potteri* T. I. p. 125. Αλλα γαρ αυθις ημιν ΣΑΦΕΣΤΕΡΟΝ τουτο εν τῳ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ δηλωθησεται.

2) In Bibl. ex edit. *Hoeschelii* p. 155. επαγγελλεται δε και αλλα πεποιησθαι αυτῳ συγγραμματα ουκ ολιγα κ. τ. λ.

σαρκος aut etiam του σωματος verbo. In libro *quis diues saluetur* [1]: *Magno verae poenitentiae exemplo exhibito, grandique iteratae generationis documento, et* resurrectionis *sperandae trophaeo* &c. cf. classis II. loc. IV. VI.

Classis *secunda.*

Paedag. lib. II. cap. 10. [2] *Ecce enim hoc corruptibile induit incorruptionem, quando cupiditas insatiabilis, in libidinem ruens, temperantia moderata et a corruptionis amore retracta, in aeternam temperantiam hominem transformauerit:* In hoc enim seculo vxores ducunt et nubunt: *destructis autem* carnis operibus, *ipsa* pura carne *induti, incorruptionem Angelicae conformem consequimur.*

in

1) T. II. p. 960. διδους μεγα παραδειγμα μετανοιας αληθινης, και μεγα γνωρισμα παλιγγενεσιας, τροπαιον ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ελπιζομενης.

2) T. I. p. 230. ιδου γαρ το φθαρτον τουτο επενδυεται αφθαρσιαν, οπηνικα αν το ακορεστον της επιθυμιας, το εις ασελγειαν ρεον, εγκρατεια παιδαγωγουμενον, ανεραστον γενομενον της φθορας αιδιῳ σωφροσυνη παραχωρηση τον ανθρωπον (animaduerte obiter annominationem in verbis ακορεστον — ανεραστον)· εν γαρ τω αιωνι τουτω γαμουσι και γαμισκονται· καταργησαντες δε τα ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ εργα, αυτη ΚΑΘΑΡΑι τη σαρκι επενδυσαμενοι την αφθαρσιαν, το προς μετρον των αγγελων διωκομεν.

in eod. ibid. [1]) *Qui in aula coelesti regis summi famulantur, secundum incorruptibilem animae vestem*, nempe carnem, *sanctificantur et hoc modo induunt incorruptionem.*

— — lib. III. c. 1. [2]) *Misericors vero Deus ipse carnem liberauit, cumque ab interitu et seruitute letifera atque acerba eam liberasset*, incorruptionem *ei adiunxit, sanctum hoc et aeternitatis ornamentum*, immortalitatem *videlicet*, carni *apponens.* Et mox: *carnis immortalitatem.*

Stromatum lib. III. §. XII. [3]) *Similiter autem afferunt illud dictum de resurrectione mortuorum:* filii illius seculi nec nubunt nec nubuntur. *Sed hanc quaestionem, et eos qui interrogant, si quis considerauerit, inueniet Dominum non reprobare ma-*

1) p. 236. Οι την ουρανιον θεραπευοντες αυλην, περι τον παντων βασιλεα, την ακηρατον της ψυχης εσθητα, την σαρκα, αγιαζονται, και ταυτη επειδυνονται αφθαρσιαν.

2) T. I. p. 251. sq. ο δε συμπαθης Θεος αυτος ελευθερωσεν ΤΗΝ ΣΑΡΚΑ· της φθορας και δουλειας της θανατηφορου και πικρας απαλλαξας, την αφθαρσιαν περιεθηκεν αυτη, αγιον τουτο ΤΗι ΣΑΡΚΙ και αιδιοτητος καλλωπισμα περιθεις, την αθανασιαν — — το δε ΑΘΑΝΑΤΟΝ ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ.

3) p. 551. Ομοιως δε κακεινο κομιζουσι, το ρητον, το περι νεκρων αναστασεως· οι υιοι του εκεινου αιωνος, ουτε γαμουσι, ουτε γαμιζονται. αλλα το ερωτημα τουτο και τους πυνθανομενους αυτους εαν αναπεμπασηται τις, ουκ αποδοκιμαζοντα τον γαμον ευρησει τον Κυριον, θεραπευοντα δε την κατα την αναστασιν της σαρκικης επιθυμιας προσδοκιαν.

matrimonium, sed expectationem carnalis cupiditatis in resurrectione *salubri monito tollere.*

— — — — §. XVII. [1]) *Quid vero? Nonne Seruator, sicut animam ita et* corpus *curauit ab affectionibus? Neque vero si esset* caro *inimica animae, inimicam animae per restitutionem aduersus animam armasset.*

Paedag. l. I. c. II. extr. [2]) *Mortuo, Lazare, inquit, egredere! Ille vero mortuus ex sepulchro exiit,* qualis erat ante, quam moreretur, *meditatus resurrectionem.*

Classis *tertia.*

Stromatum l. I. §. XIX. [3]) Videmus enim nunc tanquam per speculum — — — CARNE AVTEM DEPOSITA, facie ad faciem, *tunc scilicet definite et plena comprehensione, quando cor purum fuerit:* cui mox extra ordinem librorum alium parallelum addimus, in quo etiam apertiore oratione declarauit, quid per illud definite

1) p. 559. Τι δε; ουχι ο Σωτηρ, ωσπερ την ψυχην, ουτω δε και το σωμα ιατο των παθων; ουκ αν δε ει εχθρα η σαρξ ην της ψυχης, επετειχιζεν αυτη την εχθραν δι' υγιειας επισκιαζων (επισκευαζων.)

2) p. 101. και τῳ τεθνεωτι, Λαζαρε, ειπεν, εξιθι· ο δε εξηλθε της σορου ο νεκρος, ΟΙΟΣ ην, πριν η παθειν· μελετησας την αναστασιν.

3) T. I. p. 374. μετα δε την της ΣΑΡΚΟΣ ΑΠΟΘΕΣΙΝ, προσωπον προς προσωπον· τοτε ηδη οριστικως και καταληπτικως οτ' αν καθαρα η καρδια γενηται.

finite (οϱιϛικως) et plena comprehensione (καταληπτικως) intelligat.

Stromatum lib. V. §. XI: [1]) *Hinc Apostolus, videmus nunc*, inquit, — — — *tunc autem a facie ad faciem*, secundum SOLAS illas puras et incorporeas MENTIS applicationes.

— — — lib. III. §. VIII. [2]): *Non intelligunt ergo, vt videtur, omnes* nos oportere manifestari ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque δια του σωματος πϱος α επϱαξεν, siue bonum siue malum, *vt* QVAE PER CORPVS *fecit aliquis, recipiat.*

— — — lib. V. §. XIII. [3]) *exurgit anima et tollitur supra ea quae interiacent: quicquid graue est deponens et reddens ei, quod est cognatum*, (puta, terrae carnem)

1) T. II. p. 690. εντευθεν ο Αποϛολος, βλεπομεν — — — — πϱοσωπον πϱος πϱοσωπον· κατα ΜΟΝΑΣ εκεινας τας ακϱαιφνεις και ασωματους της ΔΙΑΝΟΙΑΣ επιβολας.

2) T. I. p. 539. ου συνιεισιν ουν, ως εοικεν, οτι τους παντας ημας φανεϱωθηναι δει εμπϱοσθεν του βηματος του Χϱιϛου, ινα κομισηται εκαϛος δια του σωματος πϱος α επϱαξεν, ειτε αγαθον, ειτε κακον· ΙΝΑ Α ΔΙΑ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΕΠΡΑΞΕΝ ΤΙΣ, ΑΠΟΛΑΒΗι.

3) T. II. p. 696. πτεϱουται τε και ανιϛαται και ανω των υπεϱκειμενων αιϱεται η ψυχη, παν το βϱιθον αποτιθεμενη, και αποδιδουσα τῳ συγγενει.

— — — lib. VI. §. VI. [1]) *Cum possint animae purius perspicere, quae sunt* liberae a corporibus, *eo quod non amplius impediat* caruncula: Huic ob propinquitatem argumenti denuo extra ordinem addimus sequentem

— — — lib. IV. §. III. [2]) *Corporis ergo ab anima separatio, quam per totam vitam cogitat, Philosopho* (non, quemadmodum est in latina *Potteri* versione, *cogitat Philosophus,*) gnosticam quandam parit animi alacritatem, *vt possit facile ferre mortem naturae,* quae est solutio vinculorum animae a corpore: *Mihi enim crucifixus est mundus et ego mundo, inquit*: *viuo autem iam*, cum sim in carne, *vt si in coelo versarer.* Haec fere ad verbum descripta ex *Platone*, qui in *Phaedone*, *purificatio*, inquit, *nonne in hoc consistit, quod iam dudum dicebamus, videlicet, vt quam maxime possumus* SEIVNGAMVS A CORPORE ANIMVM? *hoc est et in* PRAESENTI *tempore et in* FVTVRO *a corpore tanquam*

a

1) eod. p. 764. καθαρωτερον διοραν δυναμενων ΤΩΝ ΣΩΜΑΤΩΝ απηλλαγμενων ψυχων, και παθεσιν επισκοτωνται, δια το μηκετι επιπροσθεσθαι ΣΑΡΚΙΩι (amat vero hoc vltimum verbum *Clemens.*)

2) T. I p. 569. Ο τοινυν ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ απο της ψυχης χωρισμος, ο παρ' ολον τον βιον μελετωμενος, τῳ φιλοσοφῳ προθυμιαν κατασκευαζει γνωστικην, ευκολως δυνασθαι φερειν τον της φυσεως θανατον, διαλυσιν οντα των προς το σωμα της ψυχης ΔΕΣΜΩΝ. Εμοι γαρ κοσμος εσταυρωται καγω τῳ κοσμῳ λεγει; βιω δε ηδη, ΕΝ ΣΑΡΚΙ ΩΝ, ως εν ουρανῳ πολιτευομενος.

a VINCVLIS *resolutum.* *Maxime quidem inquit.* *Nonne igitur hoc mors appellatur,* SOLVTIO ANIMAE *και χωρισμος απο σωματος?*

— — — lib. VI. §. XII. [1]) *Vxor autem ei* (sc. Gnostico) *fit soror, post liberorum susceptionem* — — — — vt quae sit reuera futura soror post carnis depositionem, *quae diuidit et distinguit cognitionem spiritualium*, proprietate sexuum (vult dicere, quae caro diuersitatem sexuum efficit et per hanc discrimen, quod est inter γνωσιν maris et foeminae, etsi ambo iam in hac vita altiorem sapientiam consequuti sint) — — — Ipsae enim per se pares sunt animae — — — neque vxores ducunt, neque nubunt. Huic amplioris explicationis caussa mox addimus hunc;

Paedag. l. I. c. IV. [2]) *In hoc enim, inquit, seculo vxores ducunt et nubunt*, in quo solo foemininum a masculino discernitur, *in illo autem non amplius.*

— lib.

1) T. II. p. 790. αδελφη δε τουτῳ η γυνη μετα την παιδοποιιαν — — — — — — ως αν αδελφη τῳ οντι εσομενη και μετα την ΑΠΟΘΕΣΙΝ ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ, ΤΗΣ ΔΙΑΧΩΡΙΖΟΥΣΗΣ ΚΑΙ ΔΙΑΡΡΙΖΟΥΣΗΣ την γνωσιν των πνευματικων, ΤΗι ΙΔΙΟΤΗΤΙ ΤΩΝ ΣΧΗΜΑΤΩΝ· αυται γαρ καθ᾽ αυτας επ᾽ ισης εισι ψυχαι — — — — επαν μητε γαμωσι, μητε γαμισκονται.

2) T. I. p. 103. εν γαρ τῳ αιωνι τουτῳ, φησι, γαμουσι και γαμισκονται, ΕΝ Ωι ΔΗ ΜΟΝΩι το ΘΥΛΗ ΤΟΥ ΑΡΡΕΝΟΣ ΔΙΑΚΡΙΝΕΤΑΙ, εν εκεινῳ δε ουκετι.

— — lib. VII. §. VII. [1]) *Et vna cum sermone* (precibus, intellige) corpus *a terra abducere conantes, erigentes animam desiderio meliorum aetatum cogimus in sancta progredi magno animo spernentes* carnis vinculum.

— — eod. §. X. [2]) *At fortassis eiusmodi iam per anticipationem quandam adsequutus est*, vt sit angelis similis: *Post summam igitur, quae* (concessa) est in carne *excellentiam, semper, vt decet, in melius mutatus ad paternam aulam* — — — *contendit.*

— — — §. XII. [3]) *Quin etiam petit, vt viuat vitam* in carne destinatam, *tanquam Gnosticus*, tanquam sine carne —

— §. XIII.

1) T. II. p. 854. Και συναφιςανειν τῳ λογῳ ΤΟ ΣΩΜΑ της γης πειρωμενοι μεταρσιον ποιησαμενοι την ψυχην επτερωμενην τῳ ποθῳ των κρειττομενων, επι τα αγια χωρειν βιαζομεθα, ΤΟΥ ΔΕΣΜΟΥ καταμεγαλοφρονουντες ΤΟΥ ΣΑΡΚΙΚΟΥ: cf. cit. *Platonis* locum.

2) — — p. 866. και ταχα ο τοιουτος ενθενδε ηδη προλαβων εχει το ισαγγελος ειναι· μετα γαρ ουν την εν σαρκι τελευταιαν υπεροχην, αει κατα το προσηκον επι το κρειττον μεταβαλλων, εις την πατρωαν αυλην — — — επειγεται κ. τ. λ.

3) — — p. 880. Και δη και αιτειται ουτως ζησαι τον ωρισμενον ΕΝ ΤΗι ΣΑΡΚΙ βιον, ως γνωςικος, ως ασαρκος κ. τ. λ.

— — — §. XIII. [1]) *Iam vero relictis omnibus, quae ipsi impedimento sunt*, et spreta tota, quae eum abstrahit, materia, *coelum secat* (aperiendo perrumpit) *per scientiam* &c.

Hi nunc isti loci omnes sunt, in quibus talia dixisse videtur *Clemens*, ex quibus etsi non ita facilis, tamen neque adeo vana coniectura de eius in hoc argumento sententia duci possit. Eam vero antequam faciamus, primum nobis quaedam sumemus tanquam in concessis ab omnibus; deinde locos quosdam ex ante commemoratis curiosius inspiciemus, atque tum demum ex his omnibus statuemus Clementis de resurrectione opinionem.

Postulamus itaque primum hoc nobis dari, admodum probabile esse, vt, cum Clementis discipulus *Origenes* fuerit, huncque constet resurrectionem carnis, si non plane negasse, tamen aliter, quam nos solemus, explicasse, nunc praeceptor eius aut idem statuerit, aut etiam crassiorem adhuc opinionem tenuerit, quam deinceps discipulus, vt fit, leniorem effecerit. Atque auget omnino hanc probabilitatem ea cogitatio, vtrumque libros de resurrectione (cf. deinceps dicenda de Origene) scripsisse, mox iterum suppressos atque deletos. Fingimus porro facile Viros doctos nobiscum consentientes, si dicamus, Clemen-

1) — — p. 882. *αυτικα παντα τα εμποδων καταλιπων, και* ΠΑΣΑΝ ΤΗΝ ΠΕΡΙΣΠΩΣΑΝ ΑΥΤΟΝ ΥΛΗΝ ΥΠΕΡΗΦΑΝΗΣΑΣ *κ.τ.λ.*

Clementem Platonicae Philoſophiae deditiſſimum fuiſſe. Nam etſi in aliquo loco [1]) videri velit eclecticus fuiſſe et ſapienter praecipiat, *Philoſophum autem non dico Stoicum; nec Platonicum, aut Epicureum et Ariſtotelicum, ſed quaecunque ab his ſingulis ſectis recte dicta ſunt docentque iuſtitiam cum pia ſcientia coniunctam, hunc totum ſelectum Philoſophiam dico;* tamen cum tota ſua γνώσει, purificatione animae, et ſic porro, ita πλατωνίζει, vt in iis certe, quae ſolo ratiocinio comprehend~~ple~~untur, eum in vniuerſum ſequutus fuiſſe videatur. Rurſus certum eſt *Paedagogi* et *Stromatum*, ſiue ex ipſa eius interpretatione [2]), *Miſcellaneorum*, *Commentariorum* plane diuerſum conſilium fuiſſe, et ſi quis recte de Clementis opinionibus iudicare velit, ei Stromatum libros adeundos eſſe. Nam, vt ipſe hanc diuerſitatem proponit [3]), *paedagogus in tres libros diuiſus, exhibet nutritionem, inſtitutionem puerilem,* h. e. *vitae rationem cum fide per catecheſin promotam, et eorum,* qui in numerum virorum adſcribuntur; *animum praeparantem ad ſcientiae Gnoſticae vſum*, quae ſcilicet, vt porro affirmat, in Stromatum libris tractatur; adeo vt alibi [4]) profiteatur, ſe in his ſummatim tantum et ſparſim locos

niora-

1) Strom. lib. I. §. VII. p. 338.

2) — — lib. I. §. I. p. 326. lib. II. §. vlt. p. 507. cf. locum proxime notatum et lib. IV. p. 565.

3) — — lib. VI. §. I. p. 736.

4) — — lib. VII. §. vlt. p. 901.

morales attingere et potius ea edisserere, *quae non facile possint reperire, qui mysteriis nondum sint initiati.* Tandem aeque constat, in deperditis *hypotyposeon* libris eum inprimis suis opinionibus indulsisse, et vt *Photius* [1]) inquit, *sexcenta impie disputasse*; qui idem [2]) in hoc, Paedagogum et Stromata ab Hypotyposibus differre, dicit, vt ille plane nihil commune habeat cum his, haec aliquatenus tantum differant. Itaque ex his non solum intelligitur, vnde euenerit, vt loci, in *secundo* ordine a nobis numerati, omnes ex Paedagogi libris sint, praeter duos, quos mox etiam ostendemus, plane non ad rem pertinere; verum etiam certum sit, Clementis de resurrectione opinionem vnice ex Stromatibus hauriendam esse.

Sed ipsos nunc locos sigillatim sub examen vocemus.

Primum ex Stromatibus, in Classe *secunda* excitatum, patet ita comparatum esse, vt non pateat, quid de carnis ipsius resurrectione quasi in mente habuerit. Nam obiter tantum aduersus matrimonii vituperatores, hac oratione Seruatoris abutentes, vincit, I. C. de cessantibus in altera vita carnis cupiditatibus loquutum esse, vt nunc

1) l. c. *καὶ ἀλλα δε μυρία βλασφημεῖ καὶ φλυαρεῖ.*

2) *ουδὲν δε ομόιον εχουσι προς τας ὑποτυπώσεις ουτοι όι λογοι — — τῶν ςρωματεων βιβλος ενιαχου ουχ υγιως διαλαμβανει, ου μεντοιγε ωσπερ αἱ ὑποτυπωσεις κ. τ. λ.*

nunc nemo dicere possit, an non existimauerit etiam ipsam carnem cessaturam. Hoc enim plane mittit, tanquam extra locum. Alterum vnice commemorauimus, ne quis leuiter eum inspiciens negligentiam nobis exprobrare posset. Nam si accuratius inspicies, patebit, eum aduersus Gnosticos denuo demonstrare voluisse, *corporis carnisque vsum, dum adhuc in terra superstites sumus, per doctrinam Christi ita moderatum esse, vt animae virtutibus caro non obesse possit.* Itaque quid hoc ad alteram vitam? In locis porro Classis *tertiae*, primum ter de *carnis depositione* (αποθεσει) in altera vita loquitur (cf. I. IV. et VI.) deinde aeque aperte loco III. orationem Paullinam ex 2 Cor. V, 10. ita interpretatur, vt faciunt omnes, qui resurrectionem carnis negant, vt quis ea accipiat, *quae per corpus fecit;* haec enim de eius interpretatione sunt: Rursus VI. VII. non minus clare discrimen sexus non solum in altera vita tollit, verum etiam *latenter*, vt verbis eius vtar [1]), ex ingenio Stromatum, *inserit dogma* in fine V, verba Seruatoris, *non nubunt, neque vxores ducunt*, testimonio esse, *hominem in altera vita totum animam fore:* Ipse cognosce. — *Ipsae animae sunt pares, neque vxores ducunt neque nubunt* — et compara cum loco IX, vbi summam, quam quis *in carne* assequi possit, excellentiam, in eo ponit, vt ισαγγελος fiat, vnde sequitur omnino, eum iustam ισαγγελιαν *extra carnem* posuisse. Tandem omnia, quae in V. VIII.

1) Strom. lib. VII. extr. p. 902.

VIII. XI. dicit, in summum contemtum carnis dicta esse quisquis per se videat. Haec omnia, si nunc inuicem comparemus cogitemusque eum nunquam vna verborum comprehensione resurrectionem *carnis* s. *corporis* commemorasse, vix locus relinquitur dubitationi, eum carnis futuram resurrectionem negasse. Sed qualem nunc resurrectionem finxerit, aliis iudicandum relinquo. Platonem audiuimus existimasse, beatorum animas in altera vita omne corpus etiam aethereum, quod crassi recipiendi causa secum de coelo attulerint, deposituras esse! Quid si hic Clemens, tanquam eclecticus, optima tantum Platonis ex sua professione secutus, etiam hic selectum instituit, et corpus aethereum in futura vita iis reliquit, tanquam ex prima materie in resurrectione formandum? Sed, vt dixi, suspicor tantum!

Specimen doctrinae TERTVLLIANI *de resurrectione carnis.*

Ad Tertullianum enarrando delati, iusta nobis negligentiae accusatio parari posset, nisi huius inprimis de resurrectione modum differendi lectoribus proponeremus, cuius magnus commentarius super hoc argumento extat [1]) et toties in aliis libris facta legitur eiusdem inculcatio. Itaque mox eius nomine, tanquam interpretes, ex

1) de *resurrectione carnis* in edit. Rigaltii p. 325. sqq.

H

ex ſemel inſtituta ratione, ſententiam perorabimus, quae extra librum commemorandum in aliis ſparſim diſputauit, ſuis in locis narrationi noſtrae inſerendo.

Fiducia Chriſtianorum reſurrectio mortuorum [1]). *Sed nulla etiam cogitari poteſt reſurrectio, niſi quae ſit carnis ſ. corporis* [2]), *quo vtroque verbo libere vtemur* [3]). *Et quomodocunque etiam humano ingenio carnis reſurrectio ad fidem inſolens videatur* [4]), *cogunt tot Scripturarum teſtimonia cum exemplis in rerum natura obuiis comparata, vt firmiter credamus, carnem hanc ipſam et omnem et integram reſurrecturam eſſe* [5]). *Nam etſi non negamus, reſurrectionem non cum additamento carnis, in ipſis Scripturis diuinis affirmatam legi* [6]), *tamen*

1) ipſa eius verba, quibus vniuerſam diſputationem incipit.

2) cf. locos ſequentes.

3) promiſcue nimirum vſurpat φρασιν reſurrectio *corporis*, et alterum, reſurrectio *carnis*, cf. capp. XVIII. XIX. XXXI.

4) cap. II. in med. *durius creditur reſurrectio carnis, quam vna diuinitas.*

5) Cap. vlt. ab initio: *reſurget igitur caro, et quidem omnis, et quidem integra.*

6) c. 29. ab initio: *igitur ſi allegoricae ſcripturae, et argumenta rerum, et ſimplices voces,* quanquam ſine nominatione ipſius ſubſtantiae *reſurrectionem carnis ſubradiant* (ſubindicant), *quanto magis,* quae hanc ſpeciem in ipſas ſubſtantias corporales ſpeciali mentione determinant, non erunt deducendae in quaeſtionem.

tamen neque necesse erat [1]), *dum talia ponuntur, ex quibus per se eam intelligendam esse cernitur* [2]), *et inprimis in sermonibus Apostolorum cum Iudaeis, resurrectionem carnis sponte concedentibus, plane superuacaneum fuisset* [3]). *Exempla vero futurae*

1) c. XVIII. *Etsi praedicatum id a Deo non fuisset, vltro praesumi debuisset, vt propterea non praedicatum, quia tot auctoritatibus praeiudicatum*; in quo patet eum ludere verbis *praedicare* et *praeiudicare*, et sensum esse, si vel maxime non expressa mentio *carnis* in commemoratione resurrectionis facta sit, tamen tantum abesse, vt propterea negari debeat, vt potius existimandum sit, hoc ideo factum, quoniam omnia alia per se eam intelligere cogant.

2) *ibid.* ab initio: *Igitur cum tot, auctoritates iustorum patrociniorum procurent, honores dico substantiae ipsius, tum vires Dei, tum exempla earum, tum rationes iudicii et necessitatis ipsius, vtique secundum praeiudicia auctoritatum scripturas intelligi oportebit.* Hic distinctionem paruam fecimus post *tot*, ob expediendam constructionem ex Tertulliani scribendi modo implicatiorem: Vult dicere; cum tot (sc. ea omnia, de quibus ante egerat, et quae pro more suo breuiter repetit per illud *tum - tum*) nobis firmissima argumenta suppeditent, quibus carnis in futura resurrectione honor stabiliatur &c.

3) c. 39. — *Apostolis nullum aliud negotium fuit, duntaxat* (pro *nimirum*, ex latinitate patristica) *apud Israelem, quam Veteris Test. resignandi et noui consignandi — — Ita et de resurrectione nihil noui intulerunt — —* de cetero, simplici et nota iam fide receptam, sine vlla qualitatis quaestione — — adeo facilius fuit negari in totum resurrectionem mortuorum, quam aliter intelligi. *Habes*

resurrectionis ex natura quando dicimus, intelligimus v. g. euigilationem a somno [1]), noctium et dierum vicissitudines, fructuum ex paruis seminibus nouam procreationem, lunae incrementa, Phoenicis, tanquam auis, quam longe nobilitate superamus, reditum ad pristinam vitam, et sic porro [2]). *Scripturarum vero testimonia, factis, ima-*

Habes Paulum, apud summos sacerdotes — — — — Viri, inquit, — — ego Pharisaeus sum — — de spe nunc et de resurrectione iudicor apud vos; vtique communi, *ne quia iam transgressor legis videbatur, de praecipuo fidei totius articulo, i. e. de resurrectione, ad Sadducaeos* (h. e. *secundum* Sadducaeos) *sapere existimaretur. Itaque quam nolebat rescindere videri fidem resurrectionis*, (ita enim comma ponendum) *vtique confirmabat* secundum *Pharisaeos* &c.

1) libro de *anima* c. XLIII. extr. *Ita cum euigilauerit corpus resurrectionem mortuorum tibi affirmat.*

2) lib. de *resurrect.* c. XII. *Aspice nunc ad ipsa quoque exempla diuinae potestatis. Dies moritur in noctem et tenebris vsquequaque sepelitur: funestatur mundi honor — — et tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole — — — — reuiuiscit — — redornatur et specula lunae — — — Quippe etiam terrae de coelo disciplina est, arbores vestire per spolia* &c. rursus in *Apologetico* c. XLVIII: *Lux quotidie interfecta resplendet, et tenebrae pari vice decedendo succedunt: sidera defuncta reuiuiscunt — — fructus consumuntur et redeunt* &c. et c. XIII: *Multis posteribus nos praestare Deus dixit, si non et phoenicibus nihil magnum — Sed homines semel interibunt, auibus Arabiae de resurrectione securis?* cf. supra *Clementem*

imaginibus, rationibus et verbis expressa quot et quanta! Habemus resurrectionem Christi in carne [1]), *tanquam et pignus et praeludium nostrae in eadem; adsunt mortui resuscitati* [2])! *Exhibent nobis eius* imagines *Mosis manus mortua et rursus viuificata; Ionae reditus ex ventre piscis* [3]): Rationes *suppeditat vniuersa fides, de creatione ex*

 nihilo,

mentem Rom. §§. 24. 25. quem hic forte imitatus est *Tertullianus*, obseruante etiam *Mansio* T. I. concil. p. 246.

1) c. II. *Certi sunt* (aduersarii resurrectionis carnis) *illam* (carnem) summo praeiudicio resurrectionis instructam, si iam in Christo resurrexit caro; c. XXXVII: *Merito carnem resuscitaturus*, quod factus est ipse; *ex morte*, quam passus est ipse; et *ex sepulcro*, quo illatus est ipse.

2) c. XXXVIII. *Post dicta Domini, facta etiam eius quid sapere credamus, de capulis, de sepulcris mortuos resuscitantis? Cui rei istud? Si ad simplicem ostentationem potestatis — — Enimuero si ad fidem potius sequestrandam* (in tuto collocandam) *futurae resurrectionis, ergo et illa* corporalis *praescribitur* de documenti sui forma (h. e. ex latinitate forensi *Tertulliani*, prouti figura resurgentium eius certitudinem demonstrabat.)

3) c. XXVIII. *Quum Moses manum in sinum condit et emortuam profert, et rursus insinuat et viuidam explicat — — nonne hoc de toto homine portendit:* et c. XXXII. *puto autem huius quoque diuinae potestatis documentum idoneum Ionam, cum incorruptus vtramque substantiam, carnem et animam, de aluo piscis euoluitur.*

nihilo [1]), *de Deo auctore et effectore carnis* [2]), *de communione corporis cum anima* [3]), *de aequali vtriusque imperio in creaturas et reliquis praerogatiuis* [4]), *de necessitate extremi iudicii in totum*

1) c. XI. — — *numquid etiam Dei ipsius potentiam, et potestatem et licentiam recensere debemus, an tantus sit qui valeat dilapsum — — — tabernaculum carnis reaedificare — — — — — — — Vtique idoneus est reficere, qui fecit, quanto plus est fecisse, quam refecisse — — — Ita restitutionem carnis faciliorem credas institutione,* (Animaduertent lectores nouam nimis quaesitam annominationem in verbis *restitutionem — institutione*): cf. etiam *Apologet.* c. XLVII.

2) c. VII. *Sed dilutior videatur auctoritas carnis, quia non et ipsam proprie manus Dei tractauit, sicuti limum* (proponit nimirum obiectionem aduersariorum nimis puerilem, cui deinde sequentia opponit). *Quando in hoc tractauit limum, vt postmodum caro fieret ex limo, carnis vtique negotium gessit — — — — Haec cum ita sint, habes et limum de manu Dei gloriosum, et carnem de afflatu Dei gloriosiorem* &c.

3) c. eodem extr. *Collocauit autem, an potius inseruit et immiscuit carni* (animam) *tanta quidem concretione, vt incertum haberi possit, vtrumne caro animam, an carnem anima circumferat — — — ita caro, dum ministra et famula animae deputatur, consors et coheres inuenitur.*

4) c. IX. *Igitur, vt retexam, quam Deus manibus suis ad imaginem Dei struxit, quam de suo adflatu, ad similitudinem suae viuacitatis animauit, quam incolatui, fructui, dominatui suae operationis praeposuit, quam sacramentis suis disciplinisque vestiuit* (vbi obiter animaduertisse iuuabit, quando *adu. Marcionem* lib. I. c. 38. de hac

tum hominem exequendi [1]), *atque promissa tandem toti homini salute* [2]). *Abundamus tandem Scripturae veteris atque N. T.* dictis *in hanc rem clarissimis. Ezechiel* [3]) *primum, quicquid dicant,*

hac singulari carnis per baptisma adspersione dicit, in hoc totum salutis sacramentum carnem mergit (sc. Marcion) *exortem* salutis (nimirum ex eius opinione forte legendum esse *expertem* salutis) *cuius munditias amat, cuius castigationes probat, cuius passiones sibi adpreciat* (h. e. cuius passionibus hoc precium tribuit, vt tanquam suas consideret) *haeccine non resurget?*

1) c. XIV. *Haec erit tota causa imo necessitas resurrectionis, congruentissima sc. Deo destinatio iudicii* — — — *Quod enim congruet iudicari, hoc competat etiam resuscitari* — — *vita enim est causa iudicii, per tot substantias dispungenda* (vult credo *examinanda* dicere sc. vita) *per quot et functa est* — *Age iam* — — — *negent operarum* (animae et carnis) *societatem, vt merito possint etiam mercedem negare, et sic porro.* Ita quoque in *Apologetico* cap. cit. *Certe quia ratio restitutionis destinatio iudicii est, necessario* IDEM IPSE, *qui fuerat, exhibebitur, vt boni seu contrarii meriti iudicium a Deo referat. Ideoque repraesentabuntur et corpora* &c.

2) adv. Marcion. l. I. c. XXIV. *Scilicet anima tenus saluos, carne deperditos, quae apud illum non resurgit: Vnde haec dimidiatio salutis* &c.

3) c. XXIX. XXX. et XXXI. — *Hanc praedicationem scio, qualiter concutiant in allegoriae argumentationem* — — — — — — — *Hoc ipso quod recidiuatus Iudaici status de recorporatione et redanimatione ossium figuratur, id quoque euenturum ossibus probatur. Non posset de ossibus figura*

eum terrestrem restitutionem Israelitarum *intellexisse, nostram futuram resurrectionem clare demonstrat. Nam imago si inest in eius oratione, cogitur tamen, vt res ipsa prius existat, vnde ea sumitur, et vt plane silere cogantur, nonne vident idem Esaiam* (c. XXVI.) *de omnibus dicere? Seruator deinde quando dicit, se venisse, vt hominem saluum faciat, nonne de toto homine dicit* [1]? *quando affirmat* [2]), *se venisse, vt ex voluntate Patris, nihil perdat quod acceperat, sed resuscitet in extremo mundo, quid, quaeso, acceperat a Patre, interitus capax, quam totam humanam naturam ex carne quemadmodum anima constantem? quando*

figura componi, si non id ipsum et ossibus euenturum esset — — — — — — — In summa, si proprie in Israelis statum resurgentium ossium imago contenditur, cur etiam non Israeli tantummodo, verum et omnibus gentibus ea spes annunciatur — — — de omnibus enim dictum est, viuent mortui et exurgent de sepulcris &c.

1) c. XXXIV. *Inprimis cum ad hoc venisse se dicit, vt quod periit, saluum faciat, quid dicas periisse? Hominem sine dubio. Totumne an ex parte? Vtique totum — — Totus itaque saluus fiet, qui perit totus delinquendo — — —*

2) c. eod. extr. *Ego, dicens, veni, vt non meum,* sed vt Patris, *qui misit me, voluntatem faciam. Quam oro te! Vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam, sed resuscitem illud in nouissima die — Quid a patre Christus acceperat? hominem sine dubio, carnis animaeque texturam* (cf. ante dicentem: *ita immiscuit carni animam — tanta concretione*) *Neutram ergo eorum, quae accepit, perire patietur.* &c.

do porro praecipit [1]), *Deum vnum esse timendum, qui corpus cum anima in geennam relegare possit, nonne ponit, corpus ante resuscitandum esse, quam geennae tradi possit? rursus* [2]) *si stridorem dentium in inferno nobis annunciat, vnde hic nisi ex corpore resuscitato? Et* [3]) *aduersus Sadducaeos disputans, dum resurrectionem simpliciter confirmat, illique tum corporis tum animae negabant, nonne vtramque etiam intellexisse cogitur? Mortui, tandem dicens* [4]), *audient vocem filii Dei et qui audierint viuent; et alibi: prodibunt ex monumentis,* mor-

1) c. XXXV. *Sed et praecipit:* Eum potius timendum, qui corpus et animam occidat in geennam — — *Adeoque hic* — — — *recognoscitur* — — — *resurrectionem quoque mortuorum carnis esse, quae in geennam, nisi resuscitata, non poterit occidi.*

2) c. XXXVI. *Ceterum vnde erit fletus et dentium frendor in geenna, nisi ex oculis et dentibus? detruso scilicet corpore in tenebras* &c.

3) *Videamus nunc, an et Sadducaeorum versutiam elidens, nostram magis sententiam erexerit? — — Seruetur sensus tam quaestionis quam responsionis — — — Si enim Sadducaei quidem respuebant resurrectionem, Dominus autem eam confirmabat — — talem quoque confirmabat esse, qualis negabatur, vtriusque scilicet substantiae humanae* &c.

4) c. XXXVII. *Veniet hora,* inquit, *cum mortui audient vocem filii Dei — — — quid mortuum, nisi caro?* ibid. *denique cum dicit, ne miremini, quod veniet hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient — — procedent — nemo iam poterit aliud mortuos interpretari, nisi corpora et carnem.*

mortuos scilicet et in monumentis corpora intellexit, cum corpus moriatur et colligatur? Atque cum his omnibus non solum plane consentit Apostolorum doctrina, verum etiam ea fortius illustrat [1]. *Hoc Paulus agit, aduersus Sadducaeos audientibus Pharisaeis disputans* [2]: *Hoc inculcat toties, dum dicit, siquidem passionum eius participes siemus, futurae gloriae etiam capaces reddemur* [3]; *omnes nos manifestari oportet coram tribunali I. C.* [4]; *mortem I. C. in corpore nostro circumferimus, vt etiam* rell. [5] *qui suscitauit Iesum,*

1) c. XXXIX. *Resurrectionem Apostolica instrumenta quoque testantur.*

2) cf. locum ante descriptum non longe ab initio.

3) c. XL. —. — *Si per carnem compatimur, cuius est proprie passionibus corrumpi, eiusdem erit, et quod pro compassione repromittitur.*

4) c. XLIII. Omnes enim manifestari &c. *Si omnes et totos, si totos et interiores et exteriores, i. e. tam animas quam corpora, vti vnusquisque inquit, reportet quae per corpus secundum quae gessit, bonum seu malum. Hoc iam quomodo legas quaero: quasi turbate enim per hyperbaton struxit: vtrumne, quae per corpus reportanda erunt, an quae per corpus gesta sunt? Sed et, si, quae per corpus reportanda sunt* (distinguas sc.) *corporalis indubitate resurrectio est, et si quae per corpus gesta sunt* (distinguas) *per corpus vtique pensanda sunt, per quod et gesta sunt.*

5) c. XLIV. *Cum idem subiicit, semper mortificationem I. C. circumferentes in corpore nostro — — — cur — — — circumferimus? vti et vita, inquit, manifestetur; vbi? in corpore; in quo? in mortali: Ergo in carne plane mortali — — vide quantam; vt in illa, vita Christi manifestetur — — — aeterna, iugis incorrupta iam et Dei vita.*

sum, et nostra mortalia corpora suscitabit cum ipso [1]); si morte ipsi similes reddimur, etiam in resurrectione erimus [2]); transfigurabit corpus humile nostrum, vt corporis eius splendori et robori conforme euadat [3]). Deus auctor omnis felicitatis vos totos sanctos efficiat et corpus vestrum, animam atque spiritum, ab omni macula libera seruet, vsque ad apparitionem I. C. [4])

Haec

1) c. XLVI. *Et quid ego nodosius, cum Apostolus absolutius*, si enim, *inquit*, spiritus eius, qui suscitauit Iesum, habitat in vobis; qui suscitauit Iesum a mortuis, suscitabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis: *vt et si animam quis corpus mortale praesumserit, cum hoc et carnem* (nempe mortalem esse) *negare non possit, carnis quoque resuscitationem cogatur cognoscere secundum eiusdem status* (mortalitatis) *communionem.*

2) c. XLVII. Si enim complantati fuerimus simulacro mortis Christi, ita et resurrectionis erimus. *Per simulacrum enim morimur in baptismate, per veritatem resurgimus in carne.*

3) c. eod. Vnde et salutificatorem nostrum expectamus I. C. qui transfigurabit corpus nostrae humilitatis conformale corpori gloriae suae; *sine dubio post resurrectionem, quia nec ipse Christus glorificatus est ante passionem* &c.

4) c. XLVIII. *Age iam, quod ad Thessalonicenses ipsius solis radio putem scriptum, ita claret! qualiter accipient* — — — Ipse autem Deus pacis — — — et integrum corpus vestrum — — — sine querela conseruentur in praesentia Domini: *Habes omnem substantiam hominis saluti destinatam, nec alio tempore quam in aduentu Domini, qui clauis est resurrectionis.*

Haec itaque testimonia Scripturarum tot ac tanta, nullam omnino dubitationem nobis relinquunt, fore, vt corpus nostrum aliquando resurgat, et quidem ex alia demonstratione Apostoli in sermone ad Corinthios, non aliud substantia *sed* ornatu [1]); *ab immortalitate deuoratum non* absumendo *sed* tegendo, mutatum *non* perditum [2]), *incorruptum atque propterea* integrum etiam, *nullo morbo siue quacunque alia externa calamitate adfectum* [3]), *passio-*

1) ibid. in fine: Quomodo resurgent mortui? quo autem corpore venient? *Iam hic de qualitatibus corporum disserit, an eadem ipsa, an alia resumantur — — —* C. LII. *Videamus iam nunc, quo corpore venturos mortuos disputet — — — Hoc ergo iam de exemplo seminis constat, non aliam viuificari carnem, quam ipsam, quae erit emortua — — — — — Haec sunt ei* (sc. Paulo) *corpus a Deo* aliud, *in quod non* abolitione *sed* ampliatione mutatur — — — — eandem credens *fructificaturam, quae sit seminata, ipsam, etsi* pleniorem, *non* aliam, *etsi* aliter reuertentem — — — *Sine dubio ad hoc dirigit* non omnis caro, eadem caro: *non ad denegandam* substantiae *communionem sed* praerogatiuae *peraequationem.*

2) c. LV. *Discernenda est autem* demutatio ab *omni argumento* perditionis. *Aliud* demutatio, *aliud* perditio — *Quomodo ergo, quod perditum est, mutatum non est, ita quod mutatum est, perditum non est* — —

3) c. LVII. *Quid est credere resurrectionem, nisi* integram *credere? Si enim caro de dissolutione reparabitur, multo magis de vexatione reuocabitur — — — Si non integros Deus resuscitat, non suscitat mortuos — — Ita nihil aliud est mor-*

passionis tandem expers [1]), *vt ita homo* quisque *etiam quoad corpus alterius vitae particeps reddatur* [2]). *Nunquam itaque hanc nobis expectationem eripient inanes clamores illorum, qui de carnis suae salute plane desperant, etsi nemo facile eam plus amare possit, quam iidem faciunt* [3]). *Nam, quod dicunt*, resurrectionem *mortuorum tantum promitti, deberent tamen videre, nihil resurgere posse, quam quod cecedit, adeoque carnem,*

mortuum suscitari, quam integrum *fieri* — — — *Itaque nec inposterum timebuntur corporum labes.*

1) c. LVIII. *Ita manebit quidem caro etiam post resurrectionem eatenus* passibilis, *qua ipsa, qua eadem; ea tamen* impassibilis, *qua in hoc ipsum manumissa a Domino, ne vltra pati possit.* Iucunditas, *inquit Esaias*, aeterna super caput eorum — — — aufugit dolor — — — *Et Ioanni angelus:* Delebit Deus omnem lacrymam &c.

2) in *Apologetico* c. XLVIII. *At enim Christianus, si de homine hominem, ipsumque de Caio Caium reducem repromittat, lapidibus magis* — — — *a populo exigetur* — — — *Sed de nostra magis defensione, qui proponimus multo vtique dignius credi, hominem in homine rediturum, quemlibet pro quolibet* &c. rursus *de resurrectione* carnis c. LVI. *Nonne praestat omnem semel fidem a spe resurrectionis abducere, quam de grauitate atque iustitia Dei ludere, Marcionem pro Valentino resuscitari.*

3) de *resurr.* c. XI. *Hucusque de praeconio carnis aduersus inimicos et nihilominus amicissimos eius: Nemo enim tam carnaliter viuit, quam qui negant carnis resurrectionem.*

nem, quae ſola in terram cadit, neque porro ſi mortuorum *dicitur, alium intelligi poſſe praeter corporis, anima nimirum omnis mortis experte* [1]). *Quod porro confugiunt ad figuram orationis, finguntque reſurgere animam tanquam mortuam, dum ab opinionum prauarum vinculis liberetur, aut exeat ex ſeculo tanquam ex ſepulchro, ſiue etiam ex corpore* [2]), *profecto non vident, non ſolum imaginem requirere veritatem rei ipſius,*

1) c. XVIII. *Vnum opinor apud omnes edictum Dei pendet*, reſurrectio mortuorum. *Duo verba expedita, deciſa, deterſa — — — Quum audio reſurrectionem homini imminere, quaeram neceſſe eſt, quid eius cadere ſortitum ſit: Siquidem nihil reſurgere expectabit, niſi quod ante ſucciderit — — — — — Atque adeo caro eſt, quae morte ſubruitur, vt exinde a cadendo cadauer renuncietur — — —* Mortuorum (ſc. verbum) *aeque diſpice, cui ſubſtantiae inſidat — — — — Iam quidem ex eo ipſo, quod reſurrectio caducae rei eſt,* i. e. carnis, *eadem erit et in nomine mortui* &c.

2) c. XIX. extr. *Hoc denique ingenio etiam noſtros decipere conſueuerunt, quaſi et ipſi reſurrectionem carnis admittant — — — Tacite autem, ſecundum conſcientiam ſuam, hoc ſentiunt, vae, qui non, dum* in carne eſt, cognouerit arcana haeretica, *hoc eſt enim apud illos reſurrectio — Sed et* plerique *ab exceſſu animae reſurrectionem vindicantes, de ſepulcro exire,* de ſeculo euadere *interpretantur, quia et ſeculum mortuorum ſit habitaculum, i. e. ignorantium Deum: vel etiam* de ipſo corpore, *quia et corpus vice ſepulcri concluſum animum delineat.*

ipsius [1]), *verum etiam hoc inprimis argumentum, toties in locis eiusmodi tractari, qui nimis aperti sunt, quam vt de figurata oratione cogitari possit* [2]). *Et si porro Seruatoris, Prophetarum et Apostolorum enunciata vrgent, qualia sunt*, caro nihil prodest; omnis caro est foenum; non manebit spiritus meus in iis, quoniam caro sunt; nihil boni est in carne mea; scimus, quod dum in corpore versamur, peregrinamur a Domino; caro et sanguis non videbunt regnum Dei; exuite veterem hominem; exterior homo corrumpitur [3]); *si*,

1) c. XX. *Si ita esset, ne ipsae quidem imagines distingui potuissent, si non et veritates praedicatae fuissent, ex quibus imagines delinearentur. Atque adeo si omnia figurae, quid erit illud, cuius figurae? quomodo speculum ostendes, si nusquam est facies?* cf. etiam supra.

2) c. XX. extr. et XXI. *Ita non semper, nec in omnibus allegorica forma est prophetici eloquii — — — Si ergo interdum, et in quibusdam, exiguis,* cur non et in edicto resurrectionis spiritualiter intelligendae? *Quoniam quidem plurima ratio intercedit. Primo enim qui facient tot ac alia instrumenta diuina, ita aperte corporalem contestantia resurrectionem, vt nullam admittant figuratae significantiae suspicionem.*

3) c. XXXVII. *Sic, etsi carnem nihil ait prodesse, ex materia dicti dirigendus est sensus — — —* Caro, ait, nihil prodest, *quid hoc ad destruendam carnis resurrectionem?* ex qua vtraque sermonis forma intelligitur, eum argumentum aduersariorum ex hoc pronunciato desumtum refellere voluisse. c. X. Omnis caro foenum: *non hoc solum pronunciauit Esaias, sed et* omnis caro videbit salutare

si, inquam, haec talia vrgent, facilis est responsio, ea falsa interpretatione torqueri. *Nam si caro nihil prodest*, carnis *esum ad salutarem cognitionem nihil iuuare dicere voluit* [1]); *si porro caro foenum, si nihil boni in ea, non substantia eius, sed actiones*

tare Dei: *Notatur in Genesi dicens Deus*, non manebit spiritus, — — — quoniam caro sunt; *sed et auditur per Ioelem*, effundam de spiritu meo in omnem carnem — — — *etsi negat* (sc. Apostolus) boni quicquam habitare in carne sua, *etsi affirmat*, eos qui in carne sunt Deo placere non posse — — — *et in illis litteris Paulus est*, cum stigmata Christi in corpore suo portat; *cum nostrum*, vt Dei templum, *vitiari vetat* &c. C. XLIII. *proinde cum dicit:* itaque confisi semper et scientes, quod cum immoramur in corpore, &c. — — — *manifestum est hoc quoque non pertinere ad offuscationem carnis* &c. C. XLVIII. Sed caro, *inquis*, et sanguis regnum Dei haereditate possidere non possunt — C. XLV. *Sed et rursus alia caecitate in duos homines impingunt, in veterem et nouum, monente Apostolo*, deponere nos veterem hominem &c. C. XL. *Nactae denique haereses duos homines ab Apostolo editos*, interiorem, *id est animam*, et exteriorem, *id est carnem, salutem quidem animae*, — — *exitium vero carni* — — *adiudicauerunt, quia scriptum sit*, nam etsi exterior noster homo corrumpitur &c.

1) c. XXXVII. *Nam quia durum et intolerabilem existimauerant sermonem eius, quasi vere carnem suam illis edendam determinasset*, — — — *praemisit*, Spiritus est, qui viuificat, *atque ita subiunxit*, caro nihil prodest, ad *viuificandum scilicet.*

nes reprehenduntur[1]; *si peregrinamur a Domino, quamdiu in corpore sumus, per corpus, vniuersum hoc vitae tempus intellexisse eum, satis apertum est* [2]); *quemadmodum per veterem et exteriorem hominem totum hominem corruptum* [3]) *et per carnem et sanguinem siue opera, quae sunt de natura carnis, siue homines carnaliter viuentes adeoque ineptos ad regnum Dei, etsi destinatos resurrectioni ad iudicium* [4]). *Quando nunc tandem philo-*

1) c. X. — — *ita ponit, vt carnis non tamen substantia, sed actus inhonoretur.*

2) c. XLIII. *Et hic enim exhortatio fastidiendae vitae huius obuertitur siquidem peregrinamur a Domino quamdiu viuimus* — — — — — temporalem *enim absentiam a corpore volens significare, peregrinari nos ab eo dixit* &c. Clarius id dicere voluit, quod supra posuimus.

3) c. XLV. *Sed Apostolus veterem hominem manifeste notat; Expone enim,* inquit, secundum pristinam conuersationem, *non secundum alicuius* (sc. siue carnis, siue animae) *substantiae senium. Neque enim* carnem *praecipit deponendam, sed quae et alibi carnalia ostendit; opera, non* corpora *accusans.* et c. XL *Anima non per semetipsam homo — — nec caro sine anima: Ita vocabulum* homo *consertarum substantiarum duarum quodammodo fibula est:* Porro — — intelligi mauult — — *non tam* SVBSTANTIAM, *quam substantiae saporem.*

4) c. XLVIII-LII. vbi inprimis haec notanda: c. L. *Sed et omissis huiusmodi interpretationibus,* carnis et sanguinis opera *laxantibus, ipsas quoque substantias non aliter, quam sunt, intellectas, licebit resurrectioni vindicare; non enim* resurrectio *carni*

 et

philosophantur et mox interrogant, quid itaque coeci et claudi resurgemus? iam supra diximus integram carnem resuscitandam esse.

Haec itaque summorum doctorum huius seculi, de resurrectione fides, in qua enarranda, neque diligentiam neque fidem vt lectores desiderare possent, effecimus puto. Nunc, quemadmodum proposuimus, ad Symbola pergendum erit.

SECTIO II.

SYMBOLORVM PVBLICORVM ET PRIVATORVM DE RESVRRECTIONE CARNIS FIDES.

Quando in hoc seculo symbola publica commemoramus, constat eiusmodi professiones fidei intelligendas esse, quae in Patrum Commentariis ita recensentur, vt communem temporum suorum sententiam super capitibus fidei iis contineri, simul affirment. Atque eiusmodi pauca nobis et *Irenaeus* et *Tertullianus* seruarunt, quae itaque adscribemus:

Symbola publica ex IRENAEO.

I. [1]) lib. I. c. II. Ecclesia per vniuersum orbem vsque ad fines terrae seminata, et ab Apostolis

et sanguini directo negatur, sed Dei regnum *quod obuenit resurrectioni; est autem et in iudicium resurrectio* &c.

1) cf. *Petri Kingii* hist. Symb. Apost. p. 264. it. *Io. Forbesii* instruct. hist. theolog. p. 8.

ſtolis et a diſcipulis eorum accepit eam fidem, *quae eſt in vnum Deum patrem omnipotentem, qui fecit coelum et terram, mare et omnia, quae in eis ſunt; et in vnum I. C. filium Dei, incarnatum pro noſtra ſalute; et in Spiritum ſanctum, qui per Prophetas praedicauit diſpoſitiones Dei; et aduentum, et eam, quae eſt ex virgine, generationem, et paſſionem, et reſurrectionem a mortuis, et in carne in coelos aſcenſionem dilecti I. C. Domini noſtri, et de coelis in gloria patris adventum eius, ad recapitulanda vniuerſa,* et reſuſcitandam omnem carnem humani generis: *Vt Chriſto Ieſu domino noſtro, et Deo, et ſaluatori, et regi, ſecundum placitum patris inuiſibilis, omne genu curuetur coeleſtium, terreſtrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur ei, et iudicium iuſtum in omnibus faciat: Spiritualia quidem nequitiae* (intel. *malos ſpiritus*) *et angelos transgreſſos atque apoſtatas factos, et impios, et iniuſtos, et iniquos, et blaſphemos homines in aeternum ignem mittat. Iuſtis autem et aequis, et praecepta eius ſeruantibus et in dilectione eius perſeuerantibus, quibusdam quidem ab initio, quibusdam ex poenitentia* (contra aduerſarios poenitentiae lapſorum haec inſerta videntur) *vitam donans, incorruptelam loco muneris conferat et claritatem aeternam circumdet.* Hac fidei formula enarrata denuo cap. III. addit: *Hanc praedicationem cum acceperit, et hanc fidem, quemadmodum praediximus, eccleſia, et quidem in vniuerſum mundum diſſeminata, diligenter cuſtodit — — — — Nam etſi in mundo loquelae diſſimiles ſunt,*

 ſed

ſed tamen virtus traditionis vna et eadem eſt &c.

II. lib. III. c. IV. — — nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt (ſc. Apoſtoli) his, quibus committebant eccleſias, cui ordinationi aſſentiunt multae gentes barbarorum, eorum qui in Chriſtum credunt — — — veterem traditionem diligenter cuſtodientes, *in vnum Deum credentes, fabricatorem coeli et terrae et omnium, quae in eis ſunt, per Chriſtum Ieſum filium Dei; qui propter eminentiſſimam erga figmentum ſuum dilectionem, eam, quae eſſet ex virgine generationem, ſuſtinuit; ipſe per ſe hominem adunans Deo et paſſus ſub Pontio Pilato et reſurgens et in claritate* (δοξᾳ) *receptus*, in gloria venturus (ita nimirum diſtinguenda oratio, non, vt in editis quibusdam, *receptus in gloria*, pro quo in ſuperiore erat, *in gloria Patris*) *ſaluator eorum qui ſaluantur, et iudex eorum qui iudicantur, et mittens in ignem aeternum transfiguratores veritatis et contemtores patris ſui et aduentus eius.*

III. lib. V. c. II. Eorum autem, qui ab eccleſia ſunt ſemita circumiens vniuerſum mundum, quippe firmam habens ab Apoſtolis traditionem et videre nobis donans omnium vnam et eandem eſſe fidem, *omnibus vnum et eundem Deum patrem recipientibus et eandem donationem ſpiritus ſcientibus et eadem meditantibus praecepta et eandem figuram quae eſt erga eccleſiam ordinationis cuſtodientibus, et eundem exſpectantibus aduentum Domini et eandem ſalutem totius hominis*

minis, id eſt animae et corporis, *ſuſtinentibus* &c.

Hanc tertiam formulam poſt *Kingium* [1]) etiam *Sykeſius* [2]), plane praetermiſit, motus forte eius in primariis capitibus religionis tenuitate, quam et in ſecunda reprehendit. Sed cum tamen ad omnium, in his, quas exhibent, partibus doctrinae, conſenſum prouocet, hactenus certe non omittenda eſſe exiſtimauimus, ſi fides narrationi noſtrae conſtare deberet. Sequuntur nunc reliqua

Symbola publica
ex TERTVLLIANO.

I. [3]) de praeſcriptione c. XIII. [4]) Regula eſt autem fidei, vt iam hinc quid defendamus profiteamur, illa ſcilicet, qua creditur *vnum omnino Deum eſſe, nec alium praeter mundi creatorem, qui vniuerſa de nihilo produxerit, per verbum ſuum primo omnium demiſſum: Id verbum filium eius appellatum, in nomine Dei varie viſum a Patriarchis, in Prophetis ſemper auditum, poſtremo delatum et ſpiritu patris Dei et virtute, in virginem Mariam, carnem factum in vtero eius et ex ea natum egiſſe I. C.; exinde praedicaſſe nouam legem et nouam promiſſionem regni coelorum; virtu-*

1) l. c. p. 265.
2) libro in praef. commemorato.
3) cf. *Kingium* l. et p. cc.
4) p. 206. ſq.

virtutes fecisse; fixum cruci; tertia die resurrexisse; in coelos ereptum sedisse ad dexteram Patris; misisse vicariam vim Spiritus sancti, qui credentes agat; venturum cum claritate, ad sumendos sanctos in vitae aeternae et promissorum coelestium fructum et ad profanos adiudicandos igni perpetuo, facta vtriusque partis resuscitatione cum carnis restitutione — Haec regula a Christo, vt probabitur, instituta, nullas habet quaestiones, nisi quas haereses inferunt &c.

II. in eodem libro c. XXXVI. Age iam qui voles — — percurre ecclesias Apostolicas, apud quas ipsae cathedrae Apostolorum suis locis praesident, apud quas ipsae authenticae litterae eorum recitantur, sonantes vocem — — — — Videamus quid didicerit, quid docuerit, cum Africanis quoque ecclesiis contesserarit? *Vnum Deum nouit, creatorem vniuersitatis, et Christum Iesum ex virgine Maria filium Dei creatoris, et carnis resurrectionem: legem et prophetas cum Euangelicis et Apostolicis scriptis miscet et inde potat fidem, eam aqua* (sc. baptismatis) *signat, sancto Spiritu vestit, eucharistia pascit, martyrium exhortatur* — — Haec est institutio, non dico iam, quae futuras haereses praenunciabat, sed de qua haereses prodierunt.

III. adv. *Praxeam* c. II. Nos — et semper et nunc magis vt instructiores per Paracletum scilicet omnis veritatis, (*Montanum* nimirum ex Tertulliani haeresi) *vnicum quidem Deum credimus, sub hac tamen dispensatione, quam oecono-*

miam

miam dicimus, vt vnici Dei ſit et filius ſermo ipſius, qui ex ipſo proceſſerit (in qua φρασει forte alluditur ad Michae V, 1. *cuius exitus eſt* &c) *per quem omnia facta ſunt et ſine quo factum eſt nihil: hunc miſſum* (en! miſſionem a proceſſione filii diſtinctam) *a Patre in virginem et ex ea natum hominem et Deum filium hominis et filium Dei et cognominatum I. C. hunc paſſum, hunc mortuum et ſepultum ſecundum ſcripturas et reſuſcitatum a Patre et in coelos reſumptum, ſedere ad dextram Patris,* venturum iudicare viuentes et mortuos, *qui exinde miſerit, ſecundum promiſſionem ſuam a Patre Spiritum ſanctum paracletum, ſanctificatorem fidei eorum, qui credunt in Patrem, filium et ſpiritum ſanctum.* Hanc regulam ab initio Euangelii decucurriſſe — — probabit — ipſa poſteritas omnium haereticorum.

Hic *Sykeſius* rurſus ſecundum in ſua recenſione omiſit, tertium faciens illud, quod in ſymbolis priuatis mox commemorabimus. Enimuero admodum ſimplex mihi haec formula videtur et proxime accedens ad illam Paullinam ex epiſtola ad Epheſios ſupra Sect. I. claſſe IV. capitis *primi* propoſita. Videant ipſi lectores, quam vere hoc a nobis dictum ſit: *Paulus* dicit εις Θεος, πατηρ παντων &c. *Tertullianus, vnum Deum nouit creatorem vniuerſitatis;* ille μια πιστις, hic *inde potat fidem;* ille εν βαπτισμα, hic *eam aqua ſignat;* ille εν σωμα και εν πνευμα (cf. noſtram explicationem), hic *ſancto Spiritu veſtit, martyrium exhortatur* &c. Ceterum occur-

rit alia fidei formula publica, vt videri poſſet, in *Apologetico* [1]); ſed patet etiam ea ab Tertulliano comprehendi illas religionis partes, quae per omnia tempora ante I. C. religionis communis profeſſionem conſtituerint. Adſcribemus tamen totam, cum in quaeſtione de fide V. T. et gentium aliquem vſum habere poſſit. Eſt vero haec: *Viros iuſtitia et innocentia dignos Deum noſſe — — — — — in ſeculum emiſit ſpiritu diuino inundatos, quo praedicarent Deum vnicum eſſe, qui vniuerſa condiderit, qui hominem de humo ſtruxerit — — qui ſeculum certis temporum diſpoſitionibus et exitibus ordinauerit; exinde qui ſigna maieſtatis ſuae iudicantis ediderit per imbres, per ignes; qui demerendo ſibi diſciplinas determinauerit, quas ignoratis aut deſeritis* (intelligit Vet. et Noui Teſtamenti libros) *ſed* (pro *et* ex latinitate iſtorum temporum) *obſeruantibus proemia deſtinarit; qui producto aeuo iſto iudicaturus ſit ſuos cultores in vitae aeternae retributionem, profanos in ignem aeque perpetem et iugem,* ſuſcitatis omnibus ab initio defunctis, *et reformatis et recenſitis ad vtriusque meriti dispunctionem — —*

Addamus nunc ſymbola priuata: Sed erunt tantum quaſi fragmenta eorum, duo *Irenaei*, vnum *Tertulliani*.

IRENAEI.

I. lib. III. c. XVIII. abſiſtit ſententia eorum ab eo, *qui eſt vere Deus, neſcientes, quoniam* (i. e.

1) c. XVIII. p. 17.

(i. e. quod) *huius verbum*, *vnitus*, (forte vnigenitus, ceterum ita distinguenda oratio) *qui semper humano generi adest vnitus et caro factus, ipse est I. C. dominus noster, qui et passus est pro nobis, et surrexit propter nos et rursus venturus est in gloria patris, ad resuscitandam vniuersam carnem et ad ostensionem salutis et regulam iusti iudicii, ostendere omnibus, qui sub ipso facti sunt.*

II. *ex Eusebio* [1]) *: adiuro te, qui transcripseris hunc librum, per Dominum nostrum I. C. et per gloriosum eius aduentum, in quo iudicaturus est viuos et mortuos.*

TERTVLLIANI

de virginibus vel. c. I. Regula quidem fidei vna est sola immobilis et irreformabilis credendi scilicet in vnicum Deum omnipotentem, *mundi conditorem, et filium eius I. C. natum ex virgine Maria, crucifixum sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum a mortuis, receptum in coelis, sedentem nunc ad dextram Dei Patris, venturum iudicare viuos et mortuos*, per carnis etiam resurrectionem.

1) lib. V. c. XX. *ορκιζω σε — — κατα του Κυριου υμων Ιησου Χριστου, και κατα της ενδοξου παρουσιας αυτου*, ΗΣ ΕΡΧΕΤΑΙ ΚΡΙΝΑΙ ΖΩΝΤΑΣ ΚΑΙ ΝΕΚΡΟΥΣ : Ceterum per *την ενδοξον παρουσιαν* interpretatus esse videtur et recte *φρασιν* Petrinam (ep. II. c. I. v. 16.) ΔΥΝΑΜΙΝ *και παρουσιαν*, quod per Hendiadyn dictum et *δυναμις* ex hebraismo verbi עז pro *δοξα* positum.

Quod vero hanc professionem in priuatis numeramus, mouet nos vniuersa-forma, ex qua patet, Tertullianum hic suis verbis primaria capita per compendium exhibere voluisse. Ceterum etiam in hoc loco, in quo mere enarratoris officium nobis ipsi iniunximus, non disputabimus, quatenus superiora Symbola, quae de caussis commemoratis *publica* diximus, auctoritatem habeant eiusmodi symbolorum, quae Synodi atque concilia sua auctoritate firmarunt; pertinet enim haec disputatio ad caput vltimum. Iuuabit tamen ex eodem *Irenaeo* amplius addidisse tres aut quatuor locos, in quibus partes doctrinae recensentur, ab Apostolis et deinceps hoc seculo gentilibus inprimis ad cognoscendum propositae. Erit enim deinceps cum *Sykesio* vel aduersus eundem hoc etiam quaerendum, vtrum professio aperta resurrectionis et quidem *carnis*, in baptismatis solennitate facta sit. *Irenaeus* itaque inter alia haec habet

lib. III. c. V. Quod etiam ex Domini sermonibus ostenditur, *qui quidem his, qui erant ex* circumcisione, *ostendebat filium Dei*, *eum*, *qui per prophetas* (praedictus) *fuerat*, *Christum*, (sc. esse) h. e. *semet ipsum manifestabat*, *qui libertatem hominibus restaurauerit et attribuerit incorruptelae haereditatem.* Gentes *autem iterum* (contra) *docebant Apostoli*, *vt relinquerent vana ligna et lapides*, *quae suspicabantur esse Deos*, *et verum colerent Deum*, *qui constituisset et fecisset omne humanum genus et per conditionem suam* (h. e. filium) *aleret et augeret et constabiliter eis*

esse

esse (vult dicere, iis perpetuam durationem praestaret) *praestaret*, *et vt expectarent filium eius I. C. qui redemit nos de Apostasia*, *sanguine suo ad hoc*, *vt essemus et nos populus sanctificatus*, *de coelis descensurus in virtute patris*, qui et iudicium omnium facturus est, *et ea*, *quae a Deo sunt*, *bona his donaturus*, *qui seruauerint praecepta eius.*

lib. eod. c. XII. Iudaeis *quidem Iesum eum*, *qui ab ipsis crucifixus est*, *esse filium Dei*, iudicem viuorum et mortuorum, *a patre accepisse aeternum regnum in Israel* — — Graecis *vero vnum Deum qui omnia fecit*, *et huius filium Iesum Christum annunciantes.*

lib. IV. c. XLI. Gentes *quidem primo catechizabat Apostolus* — — — — — *esse* — *vnum Deum*, *qui est super omnes et omne nomen quod nominatur et huius verbum naturaliter quidem inuisibile visibilem*, *palbabilem in hominibus factum et vsque ad mortem descendisse*, *mortem autem crucis : Et eos qui in eum credunt incorruptibiles et impassibiles futuros et percipere regnum coelorum.*

SECTIO

SECTIO III.

EXCERPTA EORVM, QVAE EX ACTIS CONCILIORVM HVIVS SECVLI AD ILLVSTRANDAM DOCTRINAM DE RESVRRECTIONE CARNIS FACIVNT.

Non puto miraturos esse lectores nostram in hoc genere narrationis tenuitatem, in tanta paucitate eorum, quae ex Actis Synodorum huius seculi nobis supersunt. Neque etiam in iisdem sigillatim de resurrectione carnis quaestio agitata fuisse videtur, cum aliae vt *Hierapolitana*, *Hierosolymitana* aduersus *Montanum*, aliae propter controuersiam de solemnitate Paschae, vt *Ephesina*, *Romana*, *Asiatica*, *Mesopotamica* coactae fuerint. Vnam *Lugdunensem* ab *Irenaeo* aduersus Valentinianos et reliquos erroris socios celebratam, etiam hanc de resurrectione quaestionem tractasse, probabile est, etsi praeter coniecturam nihil certi amplius dici possit, Actis eius plane deperditis. Sola itaque nobis hic commemoranda venit *epistola*, ex Concilio Ephesino ad Victorem Papam et ecclesiam Romanam scripta, quam *Eusebius* seruauit et *libellus synodicus* exhibet [1]). Eius itaque initium maxime huc pertinens ex interpretatione Valesii adscribemus:

Nos igitur verum ac genuinum agimus diem (sc. Paschatos, cuius causa, vt diximus, Synodus coacta

1) cf. Mansium T. I. p. 719. sqq.

coacta fuerat) *nec addentes quicquam nec detrahentes — — — — Etenim in Asia magna quaedam lumina extincta sunt, quae illo aduentus dominici die resurrectura sunt, cum Dominus e coelo veniet plenus maiestate et gloria*, SANCTOSQVE OMNES SVSCITABIT [1]). Et mox: *Quid Melitonem Eunuchum, — — — — aduentum Domini*, IN QVO RESVRRECTVRVS EST, *expectans* [2]).

Horum verborum non nego non adeo magnum vsum esse in quaerendo, quaenam Synodorum auctoritas de resurrectione firmauerit, cum obiter tantum mentio eius fiat. Cum tamen vniuersa epistola in publicis huius seculi scriptis numeretur, hactenus tamen non omni pondere carere censenda est. Intelligitur certe ex ea forma sermonis, qua in mentione futurae suae resurrectionis, apud alios vti solebant doctores huius seculi orientales.

SECTIO

1) Ημεις ουν αραδιουργετον αγομεν την ημεραν — — — Και γαρ κατα την Ασιαν μεγαλα στοιχεια κεκοιμηται. ΑΤΙΝΑ ΑΝΑΣΤΗΣΕΤΑΙ τη παρουσια του Κυριου, εν η ερχεται μετα δοξης εξ ουρανων, ΚΑΙ ΑΝΑΣΤΗΣΕΙ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ.

2) Και Μελιτωνα — — — περιμενων, την απο των ουρανων επισκοπην, εν η ΕΚ ΝΕΚΡΩΝ ΑΝΑΣΤΗΣΕΤΑΙ.

SECTIO IV.

CHRISTIANORVM PROFESSIONEM HOC SECVLO MENTIENTIVM DE RESVRRECTIONE CARNIS ΔΟΞΑΙ.

Illuc nunc deuentum est, vbi verendum, ne charta potius quam dicendi materies nobis desit. Etenim constat, omnes fere, qui secundo seculo Christianorum societatem opinionum insolentia turbarunt, et aut Gnosticis praeeundo, aut iisdem adhaerendo hoc consequuti sunt, vt omnes *Gnosticorum* appellatione comprehendantur, in ea quoque *Αιρεσει* fuisse, vt aut *omnem* resurrectionem aut certe *carnis* s. *corporis* negarent. Vt adeo molestam nobis impositam videamus necessitatem, cum tamen singuli etiam in hac parte doctrinae, variis de causis inducti et argumentis variis vsi, communem opinionem deseruerint, *Saturninianorum*, *Basilidianorum*, *Carpocratianorum*, *Valentinianorum*, *Cerdonianorum*, *Marcionitarum*, *Gnosticorum*, *Tatianorum* denique, horum itaque omnium opiniones de resurrectione carnis sigillatim recensere. In quo tamen, ne lectores eandem molestiam in cognoscendo sentiant, quam nos in colligendo superauimus, ita versabimur, vt ea tantum ex vniuersa disciplina cuiusuis excerpamus, quae hoc fidei Christianorum argumentum attingunt, aut cum eodem connexa sunt.

SATVRNINIANORVM.

Saturninus siue Saturnilus secundum alios [1]), Menandri discipulus [2]), primus in hoc seculo, qui *carnis* resurrectionem negauit, inductus vanissima sua fabula de hominis creatione. Vnde totum eius συςημα hoc: *Cum angelis aliquando splendor coelestis affulsisset, ita eodem eos perculsos fuisse, vt lumen hoc retinere cuperent. Sed dum omnis hic conatus irritus esset, eos consilia agitasse de creando homine ad imaginem et similitudinem luminis ex coelo ipsis antea visi, et septem inprimis ex sua societate huic operi curando praefecisse: Sed enim hos portentum fabricasse, quod neque erecte stare, neque ambulare posset, humique quemadmodum vermis reperet. Hic itaque Deum supremum omnium rerum moderatorem commiseratione*

1) Ita *Epiphanius*, *Theodoretus*, *Damascenus* eum appellant.

2) Clare eum in loco mox excitando *Tertullianus* *Menandri* discipulum appellat, et *Eusebius* lib. IV. c. VII. *Saturninum quidem*, inquit, eadem fere cum *Menandro* ementitum esse declarat *Irenaeus*. Sed caute addit *fere* (τα πλειςα) dum Irenaeus l. I. c. XXI. eum Menandrum in quibusdam tantum sequutum esse affirmet et apertius adhuc *Damascenus* l. c. haer XXIII. narret: *Ipsi iuxta Menandrum ab Angelis mundum creatum fuisse affirmant, sed solis* SEPTEM (μονον δε επτα) idque Patre sciente (δια την του Πατρος γνωμην) in quo scilicet vtroque quoad creationem diuerse sentiebant a Menandrianis, quemadmodum etiam, vt mox patebit, in ipso modo creationis fingendo.

tione permotum, ſcintillam luminis de coelo in rudem hanc atque indigeſtam molem immiſiſſe, cuius quidem virtute effectum fuerit, vt homo conſiſtere et ambulare poſſet, hac tamen remanente inconcinnitate, vt cum hoc modo partim ſummi Patris, partim angelorum fabrica eſſet, nunc ambiguis moribus praeditus ſit, mox in bonum mox in malum inclinans. Sed fore etiam tempus, quo haec contrariorum pugna rurſus ceſſatura ſit, ſcintilla luminis ad Superos euolante et carnis mole in nihilum redacta.

Haec itaque quaſi progreſſio Saturnini ab vno extremo creationis corporis ad alterum de eius annihilatione. Sed quoniam Veterum de eius inſtitutis narrationes neque ſatis apertae, neque ſatis cohaerentes ſunt, indeque recentiores ipſis quaedam tribuerint, vt exiſtimationem de *duplici genere* hominum *bonorum et malorum*, itemque de creatione hominis per Angelos ad ſimilitudinem *ſuam*, quae nos non aeque ipſis in mentem veniſſe exiſtimamus, infra adſcribemus, quae *Irenaeus* 1), Ter-

1) l. et c. citt. *A ſeptem autem quibusdam angelis* (oſtendit) *mundum factum et omnia, quae in eo. Hominem autem Angelorum eſſe facturam deſurſum a ſumma poteſtate* lucida imagine *apparente, quam cum continere* (*retinere* interpres dicere debebat) *non potuiſſent*, inquit, *eo ſtatu, qui ſtatim recurrerit, ſurſum, adhortati ſunt ſe ipſos, dicentes, faciamus hominem ad imaginem et ſimilitudinem noſtram; qui cum factus eſſet et non potuiſſet erigi plaſma per imbecillitatem Angelorum, ſed quaſi vermiculus ſcurizaret, miſerantem eius deſuper virtu-*

Tertullianus [1]), *Incertus Auctor* [2]), *Philastrius,*

virtutem, quoniam in similitudinem eius esset factus, emisisse scintillam vitae, quae erexit hominem et ambulare et viuere fecit. Hanc igitur scintillam vitae post defunctionem recurrere ad ea, quae sunt eiusdem generis (obserua obiter similem φρασιν *Clementinam* in superioribus ψυχη — παν — αποδιδουσα τω συγγενει) *et reliqua ex quibus facta sunt illa resolui* — — *Duo enim genera hominum, hic primus plasmata esse ab angelis dixit, alterum quidem nequam, alterum bonum* &c.

1) de *anima* c. XXIII. *Saturninus Menandri discipulus* — — *hominem affirmans esse ab angelis factum, primoque opus futile et inualidum et instabile, in terra vermis instar palpitasse, quod consistendi vires deessent. Dehinc ex misericordia summae potestatis, ad cuius effigiem,* nec tamen plene perfectam, *temere structus fuisset, scintillam vitae consecutum, quae illud excitarit, et erexerit, et constantius animarit, et post decessum vitae ad matricem relatura sit.*

2) in *appendice* ad librum Tertull. de *praescript.* c. XLVI. *Secutus est post haec et Saturninus, et hic similiter dicens innascibilem virtutem,* id est, *Deum in summis et illis infinitis partibus et in superioribus manere, longe autem distantes ab hoc Angelos, inferiorem mundum fecisse, et quia splendor quidam luminis desursum in inferioribus refulsisset, ad similitudinem superiorem propter illius luminis Angelos hominem instituere, angelos curasse, hunc super terram iacuisse reptantem: cuius tamen illud et virtutem misericordiam, scintillam saluam esse,* cetera *hominis perire: Christum in substantia corporis non fuisse* — resurrectionem carnis *nullo modo futuram esse.*

ſtrius [1]), *Auguſtinus* [2]), atque ex his omnibus *Ittigius* [3]), de diſciplina Saturnini ſuis verbis tradiderunt,

1) *haer.* 31. *Saturninus quidam paulo poſt et ipſe ſumens inde* (ſc. a Menandro) *fomenta doctrinae mortiferae, aſſerebat dicens, mundum ab Angelis factum et diſtare angelos a virtute illa, et mundum eſſe diuiſum per ordinem angelis et cogitaſſe eos, vt facerent hominem: et opus*, inquit, *ipſorum erat homo: de virtute enim ſuperna lumen dicunt fuiſſe dimiſſum, quod illuminauit mundum iſtum et ad concupiſcentiam adduxit angelos ſtatimque aſcendit in coelum. At illi cupidi ipſius luminis facti, virtutem eius videre cupiebant, non praeualentes autem ad inuicem dixerunt, faciamus hominem ſecundum imaginem et ſimilitudinem noſtram, et facto homine, quia impotens erat* (Tertullianus pro eo *inualidum* dicit) ſaluari (*felix eſſe* vult dicere) *non potuit: Videns itaque virtus ſuperna, quod illi hoc fecerunt, miſit ſcintillam, quae correxit hominem et ſuſcitauit et fecit eum viuere. Scintillam itaque volunt ſaluari, alia autem virtutibus illis, quae fecerunt, dimitti ac derelinqui ſuſpicantur.*

2) *haer.* III. *Saturniniani a quodam Saturnino — — — qui etiam mundum ſolos Angelos* ſeptem praeter conſcientiam Dei Patris *feciſſe dicebat.*

3) lib. cit. p. 96. *Saturninus igitur — — — Patrem aliquem ignotum Angelorum conditorem ſtatuit, cumque a Iudaeorum Deo — — —* ſeptem *Angelos mundum et hominem vermis inſtar humi repentem nec ſe erigere valentem, ſed poſtea a ſcintilla vitae coelitus immiſſa erectum condidiſſe finxit, duo hominum genera, vnum natura* bonum, *alterum natura* malum *agnouit, reſurrectionem carnis negauit*, ſcintillam *tamen diuinitus homini immiſſam ad Superos regredi docuit* &c.

diderunt, iisque in hoc narrationis contextu inuicem comparatis, experiemur, an et consentientes reddere et nostram ex iis confirmare possimus traditionem. Iam illud per se patet primum, Damascenum, dum in loco ante commemorato dicit, eos δια την γνωμην Πατρος mundum creasse, aperte cum Augustino pugnare, qui, atque hoc magis recte, eos *praeter conscientiam Patris* mundum creasse dicit, vt adeo dicere debuisset παρα την γνωμην &c. Deinde aeque apertum est, *Tertullianum*, *Philastrium* omnibus in vniuersum Angelis creationem hominis adscribere, contra *Irenaeum*, *Augustinum* et supra *Damascenum* *septem* tantum virtuti eam tribuisse. Itaque cum *Irenaei* fides maxime omnino aestimanda sit, et admodum credibile, homines, qui vniuersam Mosaicam narrationem ita interpretando corruperunt, etiam non intermissuros fuisse, ex mentione *septem* dierum aliquid noui refingere, probabile sit, eos Angelis quidem omnibus, mundum nimirum sublunarem ex sua persuasione moderantibus, consilium de creando homine tribuisse, ipsam vero eius executionem *septem* tantum, tanquam auctoritate et virtute reliquis praestantibus. Quando nunc porro *Irenaeus* affirmat, eos constituisse, hominem *ad imaginem suam* ornare, primum secum ipse pugnat, dum mox dicit, Deum misertum esse figmenti huius, quoniam in similitudinem *eius* factum erat; deinde Tertulliano contradicit, qui clare hominem ait effectum fuisse *ad eius* (sc. summae potestatis) *effigiem*, etsi non satis perspectam;

tandem illud ponendo, vniuerſam ſeriem narrationis turbat. Quomodo enim haec cohaerent, *tamen non retinere poterant, quod ex coelo iis apparuerat, vnde conſilium de homine ad imaginem ſuam creando capiebant!* Eſt itaque tota rei, vt geſtam fingebant, ſeries ita ordinanda: *Apparebat lumen coeleſte, quod Angeli hi inferiores propter ſplendorem in ſua regione retinere cupiebant,* (hoc *Irenaeus* ſuis verbis dicit, lucida imagine apparente, quam cum continere non poſſent cet. *Philaſtrius* vero, de virtute ſuperna lumen dicunt fuiſſe dimiſſum, quod illuminauit mundum iſtum et ad concupiſcentiam adduxit angelos ſtatimque aſcendit in coelum) *cum vero non poſſent, imaginem quandam eius in homine imitari apud ſe conſtituebant, vt tamen hoc ſaltem modo ſuis deſideriis iſtius luminis ſatisfieret* (hoc *Tertullianus,* ad cuius imaginem, etſi non ſatis perſpectam, temere ſtructus eſſet: et Pſeudo-Tertullianus, quia ſplendor quidam luminis deſurſum in inferioribus refulſiſſet, ad ſimilitudinem illam ſuperiorem propter illos angelos, h. e. *prope illos angelos, ſiue, cui Angeli ſuperiores proximi erant*, hominem inſtituere rel.) *nuncque dicebant in ſummo ſuo faſtu, ſe angelis ſuperioribus, ex quorum regione lumen illis apparuerat, comparantes, faciamus hominem ad imaginem noſtram.* Atque ſic non ſolum omnia cohaerent tolliturque apparens pugna inter Irenaei, *ad imaginem noſtram creabimus*, et Tertulliani, *ad imaginem Dei factus eſt;* ſed patet etiam, quomodo iſti homines, Moſis de creatione narrationem et Scripturarum reliquarum

de

de lapſu Diaboli propter faſtum et a Deo defectionem teſtimonium, cum Platonica Daemonologia coniunxerint atque portenta opinionum inde efformauerint; vt non male *Tertullianus* [1]) *Platonem bona fide omnium haereticorum condimentarium* dixerit, inprimis cum addat, *bona fide!* Sed quid fiet illi duplici generi hominum, quod ex *Irenaeo*, quem *Philaſtrius* nimis, vt ſolet, negligenter exſcripſit, ſtatuit Saturninus? Scilicet hic Irenaei aut potius interpretis eius fidem deſidero. Qui enim fingebant Angelos de *communi* conſenſu hominem creaſſe, quomodo deinceps dicere potuiſſent, vnum genus bonum, alterum malum extitiſſe. Ferrem, ſi primo ſumſiſſent angelos contrariae naturae, quosque genus quoddam hominum creaſſe. Sed nulla etiam amplius pugna, ſi ſtatuamus, eos non quidem *duplex genus* hominum, ſed *vnum* hominem eum tamen bicipitem finxiſſe, bonitatis ſenſu ex ſcintilla vitae praeditum, contra ex limo malignitatis materiem nactum. Eratque certe hoc per ſe conſequens, quando prius ſemel poſuiſſent.

Vidimus itaque, quomodo negatae a Saturnino reſurrectionis carnis fides cum fabula eius de creato homine cohaereat. Quibus nunc potiſſimum argumentis ex Scripturis eam oppugnauerit, aut quomodo rationes orthodoxorum ex iis allatas retorſerit, non liquet, etſi probabile ſit, eum

 com-

1) l. et c. citt.

communes, quibus reliqui omnes vtebantur locos, aeque vsurpasse [1]). Sequitur

BASILIDIANORVM

confabulatio, quorum vniuersam disciplinam, vt reliquorum a Simone Gnosticorum omnium, docto commentario exposuit *Semlerus* [2]). Sed parum tamen omnium tum antiquiorum tum recentiorum narrationes de eorum opinionibus in hoc genere nos adiuuant Etsi enim certum sit, resurrectionem *carnis* ab iisdem negatam fuisse [3]), creationem hominis Angelis tributam ex communi Gnosticorum persuasione, probabile etiam ex *Clemente* [4]) eos μετενσωματωσιν statuisse, homini παθη tanquam appendices adscripsisse, quae tamen

1) Cum *Irenaeus* in extrema narratione sua inter alia affirmet, *nubere autem et generare a Satana dicunt esse*, sine dubio in capite de resurrectione carnis etiam his verbis Seruatoris, *non nubent* &c. abusi sunt.

2) ad partem I. Polemices Baumgart. p. 118 sq. et de Basilide p. 130-140.

3) *Irenaeus* l. c. cap. XXIII. animae autem soli esse salutem, corpus enim natura corruptibile existit. Auctor appendicis ad Tertulliani librum de praescriptionibus c. XLVI. carnis resurrectionem grauiter impugnat, negans salutem corporibus repromissam.

4) lib. IV. (Stromat.) §. XII. Basilidi *hypothesis dictat animam hic pati supplicium, quae ante in alia vita peccauerat:* cf. hunc et alium locum eiusdem sententiae apud *Grabium* T. II. p. 42.

tamen vincere possit, si velit; nulla tamen cohaerens narratio ex iis effici potest. Si quid tamen coniectura audendum, forte hac opinionum quasi progressione vtebantur *Basilides* et filius eius *Isidorus* cum discipulis suis: *Angeli inferiores mundum crearunt, in eoque hominem, quoad corpus tamen solum* [1]). *Huic deinceps inspirauit superior virtus animam rationalem* [2]). *Sed cum nunc duae contrariae naturae in vnam societatem coniunctae essent, anima atque corpus* [3]), *hoc illam infecit*

 cupi-

1) *Irenaeus* l. c. *Eos autem, qui posterius continent coelum, angelos — — constituisse ea, quae sunt in mundo omnia et partes sibi fecisse terrae et earum quae super eam sunt gentium* (h. e. et mundum hunc sublunarem sibi regendum sumsisse.) Et mox: *Si quis igitur, ait, confitetur crucifixum, adhuc hic seruus est et sub potestate eorum, qui corpora fecerunt.* Itaque, si haec cum antecedentibus comparemus, Angeli opifices mundi visibilis, etiam corpus tantum, quod in sensus cadit, fabricarunt, την ελαττονα κτισιν, vt *Isidorus* in loco mox notando dicit.

2) Scilicet, quemadmodum Saturninus, Deum, hominem plumbeum Angelorum, animasse dicebat.

3) Duo contraria principia in homine posuisse Basilidianos, etsi non duas animas, probabile mihi fit ex illa ipsa narratione *Clementis*, ex qua posterius cogere solent. Recitat nimirum Clemens lib. II. §. XX. verba Isidori haec, quae compendii caussa mox latine adscribemus: *Isidorus — — scribit: Si alicui persuaseris, animam esse ex pluribus partibus conflatam et appetitiones* (παθη) *deteriorum vi appendicum fieri, praetextum habebunt maligni, vt dicant, coactus sum! cum* IPSE (sc. homo, cum anima

cupiditatibus malignis, quae quidem vincere posset si vellet [1]. *Sed cum toties vinci se patiatur, inde eam post exitum e corpore toties in aliud corpus detrudi* [2], *quoties in priori non perfectam victoriam*

anima sola agat et caro non pro homine reputetur) *dux fuerit cupiditatis malorum et aduersus vim appendicum* (*των προσαρτηματων βιαις*) *non pugnarit.* Oportet enim per id, quod rationis in nobis est (*τῳ λογιστικῳ*) *meliores factos, minorem in nobis creaturam superare.* Hic nunc addit Clemens: *Ipse etiam vti Pythagoraei duas animas statuit,* quod ex his certe Isidori verbis non intelligitur. Quin potius mihi admodum sobrie de imperio animae in corpus haec scripsisse videtur. Minorem creaturam *corpus* appellat *organicum*, quale Saturnini Angeli effecerant, quod repere posset humi: Huic opponit non ΤΗΝ ΛΟΓΙΣΤΙΚΗΝ ψυχην, sed ΤΟ ΛΟΓΙΣΤΙΚΟΝ h. e. simpliciter ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ: Hanc pergit cum illo coniunctam impleri παθεσι, sed quae tantum sint appendices, neque de *essentia* hominis, neque alia *pars* animae. Nunc tamen neminem suorum peccatorum excusationem in eo quaerere dicereque posse, *coactus sum, vis appendicum fecit, non ego,* nam debere quemuis, libera electione ipsi relicta, anima (*τῳ λογιστικῳ*) superare appendices.

1) cf. mox ante disputata.

2) Nimirum si μετεμψυχωσιν vere statuerunt, non tamen in vniuersum omnes ei subiecisse videntur. Angeli enim et opifices mundi, erant corporum, vnde παθη, effectores. Illas itaque affectiones si quis vicisset in extremo exitus ex hac vita, non amplius erat *sub eorum potestate qui corpora fecissent, adeoque etiam omnino* a corpore liberatus: cf. verba Irenaei ante citata *est sub potestate eorum* rel.

riam reportauerit, et per omnes quaſi virtutum claſſes, tranſierit [1]). *Quae vero recte aduerſus violentiae cupiditatem pugnauerit, eam mox ex poteſtate opificum mundi ad ſuperiores coeleſtium ſedes redire, ab appendicibus cupiditatum liberatam materie corporis rurſus diſſoluta* [2]).

Haec, inquam, coniectura argumentis quibusdam infra ſtabilienda, nobis eiusmodi videtur, vt ſi ita ponere liceat, non amplius obſcurum ſit, quibus rationibus dogmaticis et compendiariis adducti, etiam hi reſurrectionem carnis negauerint. Progredimur ad

CARPOCRATIANORVM

ſ. *Marcellinorum* in hoc argumento placita. Adſcribemus mox *Irenaei* de iis narrationem quatenus ad noſtrum propoſitum pertinet: quam in inferiore ora ſiue noſtris verbis explanabimus, ſiue aliorum confirmabimus teſtimoniis. Itaque

 ille

1) Effecit iam doctrina *Semleri* delendo apud Irenaeum in verbis: *Habere autem reliquarum operationum* (ſc legis cerimonialis) *vſum indifferentem* et vniuerſae libidinis, haec vltima, tanquam ab interprete priora non intelligente, Irenaeo afficta, vt macula impuritatis ab iis abſtergetur. Atque ſic etiam ante recitata verba Iſidori, et alia eiusdem vt Baſilidis, apud *Grabium* (T. II. p. 39-41. 65 ſqq.), ex Clemente deſcripta oratio, clariſſime demonſtrant, Baſilidianos, quamuis in Metaphyſicis ſomniantes, tamen morum doctrinam admodum ſobrie atque caſte propoſuiſſe.

2) cf. proxime dicta.

ille in hunc modum: *Carpocrates autem et qui ab eo* [1]) *mundum quidem, et ea, quae in eo sunt, ab angelis multo inferioribus ingenito patre factum esse dicunt* [2]), — — — *Iesu autem dicunt animam in Iudaeorum consuetudine nutritam contemsisse eos (fabricatores mundi)* [3]) *et propter hoc virtutes accepisse, per quas euacuauit, quae fuerunt in peius passiones, quae erant hominibus* [4]). *Ea igitur*

1) discipuli eius, vt *Epiphanes* (cf. Grabium l. c. p. 58.) &c.

2) Auctor append. ad Tertull. de praescript. c. LXVIII. *angelos, distantes longe a superioribus virtutibus, mundum istum in inferioribus condidisse: Philastrius* haer. 35. idem affirmat.

3) Ex his verbis intelligitur primum Carpocratianos legem cerimonialem Iudaeorum ab Angelis praescriptam dixisse hanc enim consuetudines Iudaeorum dicit et contemtum earum cum contemtu fabricatorum mundi coniungit); deinde eosdem cuique licentiam ex suo ingenio viuendi non in contemtum studii virtutis, sed cerimoniarum, concessisse. Ita nimirum solebant omnes Gnostici, vt nostri fanatici homines, externum cultum, tanquam exercitationem νηπιών, alto supercilio spernere.

4) Hic recte notauit *Semlerus* B. Moshemium, qui hunc locum, tanquam de perpessionibus Christi ageretur, explicauerat. cf. cum l. c. p. 143. n. 100. Nos paucis addimus Moshemii lapsum hoc apertiorem esse, cum primo Isidorus eodem modo in loco commemorato appetitiones deteriorum (παθη των χειρ;νων) dixerit, et προσοντα praeterea τῳ ανθρωπῳ παθη *adhaerentia*, ex vsu Graeci verbi, sint eadem, quae Basilides vno verbo appellabat προσαρτηματα. Quibus si addas Semleri doctam inter-

igitur quae similiter atque illa Iesu anima potest contemnere mundi fabricatores archontas, similiter accipere virtutes ad operandum similia; — — — — — et in tantum insania effrenati sunt, vt et omnia, quaecunque sunt irreligiosa et impia, potestatem habeant operari se dicant: sola enim humana opinione negotia mala et bona dicunt [1]). *Et vtique secundum transmigrationes in corpora oportere in omni vita et in omni actu animas fieri, si non praeoccupans quis in vno aduentu omnia agat, semel ac pariter* [2]) — — — *Ad operandum autem*

interpretationem verbi *euacuauit*, vt idem sit ac se *liberum fecit*, sensus erit: *Christum adhaerentes homini appetitiones mali superasse.*

1) Hic primo legendum puto: *potestatem habere operandi se dicant:* Deinde *irreligiosa et impia*, ex interpretis Irenaei versione, quemadmodum illa negotia αδιαφορα, non tam ad aeternae legis praescripta, quam Iudaeorum consuetudines ante ab Irenaeo nominatas, ex sententia Carpocratis, referenda esse, vt sensus sit: *cultum externum in αδιαφοροις* ponunt et spernere omnem religionis et pietatis publicam et ritualem professionem sibi licere dicunt. Nam etsi non ignorem *Clementem* loco ante ad Epiphanis mentionem notato, ex eius libro de iustitia plura descripsisse, quibus communionem vxorum eum statuisse vincat, tamen non patet, vtrum hoc totius sectae placitum fuerit.

2) Sensus: *nisi anima in vno corpore atque vno vitae actu omnia παθη simul superet, ex lege transmigrationis, ipsi in pluribus corporibus omnes operationes pugnae aduersus quamuis cupiditatem perficiendas esse.*

autem in eo, ne forte propter eam (id) quod deest libertati, aliqua re cogatur iterum mitti in corpus [1]), *propter hoc dicunt Iesum hanc dixisse parabolam: cum es cum aduersario tuo in via, da operam vt libereris ab eo, ne forte te det iudici et iudex ministro et minister mittat te in carcerem: Amen dico, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Et aduersarium dicunt vnum ex angelis — — —, Et hunc dicunt esse primum ex mundi fabricatoribus et illum alteri angelo tradere tales animas vt in alia corpora includat. Corpus enim dicunt esse carcerem, et id quod ait* [2]): *non exies inde &c. interpretantur, quasi non exeat quis a potestate angelorum eorum, qui mundum fabricauerunt, sic transcorporatum semper, quoad vsque in omni omnino operatione quae in mundo est fiat, et iam nihil defuerit ei, tum liberatam eius animam eliberari ad illum Deum,*

1) Sensus: Itaque, *vt omnes operam demus, ne denuo post mortem in corpus redire cogamur, ob id, quod perfectae ab cupiditatibus immunitati deest, Iesum dixisse* &c. cf. mox, *cum nihil defuerit ei* —

2) Patet hinc quorum sit tam multa de *corporis vinculis*, *carcere* et sic porro loqui, vt mirum sit, *Tertullianum*, ita grauem defensorem resurrectionis carnis, ab hac loquendi consuetudine sibi non magis cauisse, dum in *Apologetico* c. XVII. dicit, *vultis ex animae ipsius testimonio comprobemus, quae licet carcere corporis pressa, licet institutionibus prauis circumscripta* &c. cf. deinceps dicenda ad Gregorium Nazianzenum.

Deum, qui est super angelos mundi fabricatores [1]). *Sic quoque saluari et omnes animas, siue ipsae praeoccupantes in vno aduentu in omnibus misceantur operationibus, siue de corpore in corpus transmigrantes vel immissae, in vnaquaque specie vitae, adimplentes et reddentes debita, liberari, vt iam non fiant in corpore* [2]).

Atque ex his patere existimo, *Carpocratianos* in tradendo, siue potius negando, resurrectionis carnis dogmate ab iisdem quasi terminis cum Basilidianis egressos perque easdem ambages vagantes, ad extremum hoc opinionis peruenisse et hactenus tantum ab iisdem disiungendos esse, quatenus ad id, quod sumebant, firmandum, nouis ex historia Euangelica testimoniis vtebantur, vt illa *de carcere* oratione Seruatoris. Vt itaque verbo comprehendamus, dicebant, *carnem atque corpus nimis indigna esse, tanquam ab inferioribus virtutibus creata, quam, vt in superiores coelos ingredi possint; fierique adeo ex eorum culpa, vt anima corrumpetur adeoque, in plurimis, iterum aliquoties in corpus redire cogatur, donec ab omni cupiditatum labe purgata sit: itaque gnostico, ceteris omnibus spretis, illa, quae* cor-

1) animaduerte φρασιν *e potestate angelorum exire*, pro *liberari a corpore*, et consensum cum *Basilide*.

2) Sensus totius periodi: *omnes tandem saluari, siue in vno vitae spatio certamine peracto, siue postquam aliquoties in corporibus debitum pugnae aduersus cupiditates soluerint et omnes operationes virtutum praestiterint.*

corporis sunt, vitanda esse, vt mox ex primo corpore in coelum euolare possit. Accedimus ad

VALENTINIANORVM

nugas multo difficiliores. Sed non opus erit, vt nostri argumenti causa cum iis ante in Pleroma eorum ascendamus, satis habentes exponere, quae de hominis ortu, natura et post hanc vitam conditione disserebant. Atque hoc mox agemus, narrationes deinde *Philastrii* et *Irenaei*, inprimis [1]) adiungemus, cumque apparebit eas admodum repugnantes esse, iis cum Platonica Physiologia comparatis, aliquid lucis inferemus. Statuebat itaque *Valentinus*, hominem primum υλικο-ψυχικον (liceat enim in re barbara barbaro verbo vti) fuisse, partim ex materia sed subtilissima ea atque lucida, partim ex anima compositum, atque hoc modo ad imaginem Dei quoad υλιν et ad similitudinem quoad ψυχην creatum a Demiurgo: Hoc vero inscio Sophiam semen πνευματικον instillasse eidem, vt nunc esset υλικο-ψυχικο - πνευματικος, qua fraude detecta Cosmo-

1) Hic enim copiosissime vt constat de *Valentinianis* egit et ipsos etiam eorum commentarios in manibus habuit, quemadmodum ipse confirmat l. I. c. I. *propter hoc enim ipsas eorum adposui astutias et dictiones, vt ex iis consideres malitiam inuentionis;* sed dolendum, ita tum interpretis tum librariorum vitio corruptum ad nos venisse Irenaeum, vt nunc saepius repugnantes sententias referre videatur.

Cosmocrator pellicea tunica quasi vltionis causa, hominem circumdederit, quae tunica sit *caro* ex terra formata, vt nunc homo existat χοικουλικο-ψυχικο-πνευματικος. Nunc cum mater Achamoth eaque spiritualis naturae Demiurgum Psychicum, illam vero Cosmocrator fefellerit, vtrosque etiam ita poenitere huius mixturae, vt quaeuis pars suam portionem repetat. Venisse itaque Iesum Christum hominem ψυχικο-πνευματικον, vt tum πνευμα tum ψυχην liberaret atque vtrumque suo auctori restitueret. Eos nunc, qui maiorem portionem πνευματος quam ψυχης in prima formatione acceperint, iam in hac vita spiritu ita praeualere, vt cum Christo sublimiorum intelligentiam consequantur, particula χοικου quotidie in ipsis diminuta et υλικο-ψυχικου affectionibus in dies magis liberati, sic tandem post mortem cum matre sua intra *pleroma*, πνευματων sedem, recipiantur: Contra qui maiorem portionem υλικο-ψυχικου de natura acceperint, ad illam sublimiorem intelligentiam non adspirare posse, iisque satis esse debere, si per bonorum operum studium magis magisque *hylicam* in se partem superent, sicque post mortem *choica* per se euanescente etiam ab υλῃ liberentur et tanquam Psychici ad Demiurgum suum in medium locum perueniant.

Hoc itaque συςημα Valentini de homine in hac atque futura vita. Audiamus nunc primo *Philastrium* [1]), etsi vt mox patebit, hic, si vnquam

1) haer. 38.

quam alibi, nugantem: Is itaque, *dicit autem*, inquit, *Christum a patre, quem Profundum* [1]), (Βυθον) *appellat, ad totius mundi salutem fuisse dimissum, deque coelo eum* carnem *attulisse* — — — *Animam ergo solam saluari, corpus autem hominis non saluari arbitratur.* Hic illud bene se habet, quod dicit, Saluatorem ex Valentini sententia ad totius mundi salutem fuisse dimissum, scilicet ad particulam πνευματος in homine et ψυχης, vnde quidam πνευματικοι, alii ψυχικοι, pro maiore alterutrius copia. Sed plane fallit, quando pergit, eum *carnem* de coelo attulisse, cum *corpus* [2]) plane vnicum in suo genere ipsi adnatum dixerint, ne quidem υλικον, tantum abest vt ei χοικον, qualis *caro*, tribuissent. Si nunc tandem dicit, *animam ergo* rel. ne hoc quidem satis circumscripte positum. Dicere debuisset Spiritum atque animam saluari, etsi haec minoris tantum felicitatis capax sit, corporeum plane cum carnis mole dimitti.

Irenaeus multo, vt dixi, copiosiore narratione vtitur, sed etiam valde vt patebit inconstante: Eius haec l. I. c. I. *Hanc autem matrem* (Demiurgi) *et ogdoadam vocant et Sophiam et Spiri-*

1) h. e. *incomprehensibilem*, neque dubium mihi est, quin hanc appellationem ex Rom. XI, 33. deriuauerint.

2) Irenaeus l. supra cit. *a dispositione autem circumdatum (Christo) corpus, animalem habens substantiam. Paratam vero inenarrabili arte, vt et passibile, et tactile et visibile fieret.*

Spiritum ſanctum — — *Habere autem eam* (eam matrem) *medietatis locum et eſſe quidem ſuper Demiurgum, ſubtus autem ſiue extra Pleroma vsque ad finem*, (ſc. quando omnia πνευματα liberata ſunt et cum iis intra Pleroma ſe recipit) — — *Sed Demiurgum quidem pſychicum dicunt* — — *Coſmocratorem vero creatorem Demiurgi* — — *intelligere ea quae ſunt ſuper eum* (ſc. in Pleromate), *quoniam ſit ſpiritualis natura* — — — *Demiurgum vero* (habitare) *in eo, qui ſit medietatis loco* — — — *Cum fabricaſſet igitur mundum, fecit et hominem choicum, non autem ab hac arida terra, ſed ab inuiſibili ſubſtantia* — — *et in hunc inſufflaſſe pſychicum definiunt et hunc* (υλικο-ψυχικον) *eſſe ſecundum imaginem et ſimilitudinem factum; ſecundum imaginem quidem hylicum eſſe* — — — *ſecundum ſimilitudinem vero pſychicum: Poſt deinde ei circumdatam dicunt adamantinam tunicam. Hanc autem ſenſibilem carnem eſſe volunt. Partum vero matris ipſorum, quae eſt Achamoth, quem ſecundum inſpectionem eorum angelorum* (moderantibus angelis), *qui ſunt erga* (prope) *Saluatorem, generauit, exiſtentem, eiusdem ſubſtantiae matris ſuae ſpiritalis* (ſc. eſſe). *Et ipſum enim ignoraſſe Demiurgum dicunt et latenter depoſitum eſſe in eum neſciente eo* — — *Hunc eſſe in ſemetipſis hominem, vt habeant animam quidem a Demiurgo, corpus a limo, et carnem a materia; ſpiritalem vero hominem a matre Achamoth: Cum ſunt igitur tres, alterum*

 mate-

materiale, quod etiam ſiniſtrum vocant, ex neceſſitate perire dicunt — — animale vero, quod etiam dextrum appellant, cum ſit medium ſpiritalis et materialis, illuc redigi quocunque declinauerit — — — Quae ſaluaturus erat (ſaluator) *eorum primitias cum ſuſcepiſſe dicunt: Ab Achamoth quidem ſpiritale, a Demiurgo autem indutum pſychicum i. e. animalem Chriſtum, a diſpoſitione autem — — Et hylicon autem nihil omnino ſuſcepit; non enim eſſe hylicon capacem ſalutis. Conſummationem autem futuram, cum formatum et perfectum fuerit omne ſpiritale, hoc eſt homines, qui perfectam cognitionem habent de Deo — — — Eſſe autem hos ſemetipſos dicunt: Erudiuntur autem pſychica, id eſt, animalia pſychici* i. e. *animales homines, qui per operationem et fidem nudam firmantur et non perfectam cognitionem habent; eſſe autem hos, nos, qui ab eccleſia ſumus, dicunt. Quapropter et nobis quidem neceſſariam eſſe bonam conuerſationem reſpondent; aliter enim impoſſibile eſſe ſaluari. Semetipſos autem non per operationem, ſed eo, quod ſunt naturaliter ſpiritales, omnino ſaluari dicunt.* Et paulo poſt: *Quapropter nobis quidem, quos — — — de ſeculo eſſe* [1]) *dicunt neceſſariam continentiam et bonam operationem, vt per eam venia-*

1) Inde patet, *Tertullianum* Valentinianos ſubindicaſſe in loco ſupra commemorato, vbi dicebat quosdam reſurrectionem *exitum hominis* ex *hoc ſeculo* appellare.

veniamus in medietatis locum — —. *Non enim operatio in pleroma inducit, sed semen* (massa spirituum) *quod est inde pusillum quidem demissum, hic autem perfectum factum. Cum autem vniuersum semen perfectum fuerit, Achamoth quidem matrem ipsorum transire de medietatis loco dicunt et intra pleroma introire* — — — *Spiritales vero exspoliatos animas* (*quoad* animas, ex Graecae linguae vsu, in qua κατα eleganter omittitur) *et spiritus intellectuales factos inapprehensibiliter et inuisibiliter* — — *Deimurgum vero transire et ipsum in matris suae Sophiae locum,* hoc est, *in medietatem. Iustorum quoque animas refrigerare et ipsas in medietatis loco. Nihil enim psychicum intra pleroma transire.* Et rursus in eodem capite: *Hominum autem tria genera esse dicunt, spiritalem, psychicum, choicum, quemadmodum fuit Cain, Seth, Abel. vt ostendant et ex his tres naturas non secundum vnumquemque, sed secundum genus* (h. e. vt doceant, non in vnoquoque has tres substantias esse, sed quemque vnius participem) — — — *Tria autem genera hominum ostendisse docent eum* (Seruatorem). *Hylicum quidem in eo, quod responderit dicenti,* sequar te, non habet filius hominis vbi caput reclinet; *Animales autem, quod dixerit dicenti,* sequar te, permitte tantum mihi ire et renunciare domesticis: Nemo super aratrum manum imponens et in posteriora respiciens aptus est regno coelorum; *Spiritalem vero in eo, quod dicit,* remitte mortuos sepelire mortuos, tu au-

 tem

tem vade et annuncia regnum Dei — — *Et Paulum autem manifeste dixisse, choicos, animales, spiritales*; quaqualis choicus, tales choici; *alibi autem*, animalis homo non percipit rel. *et alibi autem*, spiritalis omnia iudicat: cf. L. II. c. LI. et LIII. Ceterum vt ex Scripturis carnis resurrectionem refellerent, abutebantur locis — *caro et sanguis regnum Dei non haereditabunt* [1]; *si secundum carnem viuitis, moriemini* [2]; *exuite veterem hominem* [3] &c.

Iuuabit nunc paucis animaduertisse, quomodo *Valentinus* Pythagoraeus ex *Irenaei* [4] affirmatione ex huius et Platonis philosophia suam fabulam deriuauerit. Ex vtriusque nimirum disciplina homo corpus duplex habet, vnum *lucidum* atque *animale*, alterum *crassum* atque *mortale*. Ita Hierocles [5]: *Quoniam vero corpori nostro*

1) l. V. c. I.
2) ibid.
3) ibid.
4) l. I. c. I.
5) in *aurea carmina* p. 294. αλλα δη και τω αυγοειδει ημων σωματι προσεφυ σωμα θνητον ον, καθαρευσαι δει και τουτο (sc. αυγοειδες, quod a mortali per adhaesionem maculatur) και της προς αυτο συμπαθειας απαλλαγηναι λειπεται δε ουν η του ψυχικου σωματος καθαρσις. Vbi miror interpretes quosdam haec ita intellexisse, ac si *corpus mortale animale* dixissent hocque adeo purificare praecepissent. Nam mortale plane non potest purificari! et multo minus animale ab iis dicebatur.

nostro lucido *corpus* mortale *adnatum est*, *decet et istud quoque purgari et a contagione sua liberari. Superest igitur* animalis *corporis purgatio.* Illud nunc corpus *aethereum* quasi vehiculum animae erat, vnde *Stanleius* 1) *animus autem*, inquit, *cum corpore aethereo, quasi cum vehiculo semper versatur, atque hoc continuo attactu particeps immortalitatis facit.* Vnde porro *Hierocles* 2) hoc corpus συμφυες appellari dicit: *Natura ratione praedita, quae corpus habet sibi congenitum, ita ab Demiurgo edita fuit, vt neque ipsa corpus existeret, neque tamen careret corpore, sed esset quidem incorporea, in corpus autem species eius tota desineret:* Et idem alibi 3): *Et homo similiter animus ratione praeditus cum congenito corpore immortalis est.* Vtrumque vero corpus, tum animale illud, tum crassius, quod tanquam nouum vehiculum 4) *animale*, per inferiores regiones descendens, ex quatuor elementis adsumserit, etiam *vestes*, *tunicas* appella-

1) Hist. Phil. Orient. l. I. sect. II. c. X.

2) l. c. p. 288. 289. Η λογικη ουσια συμφυες εχουσα σωμα ουτω παρα του δημιουργου, εις το ειναι παρηλθεν, ως μητε το σωμα ειναι αυτην, μητε ανευ σωματος· αλλ' αυτην μεν ασωματον αποπερατουσθαι δε εις σωμα το ολον αυτης ειδος.

3) Και ο ανθρωπος ομοιως ψυχη λογικη μετα συμφυους αθανατου σωματος (εστι).

4) οχημα.

pellebant, hisque animam *vestiri* dicebant: Ita *Psellus* [1]): *Chaldaei duabus tunicis animam induunt, et vnam quidem spiritualem nominarunt a sensibili mundo ipsi contextam, alteram vero luciformem, tenuem et intactilem, quae superficies vocatur*: Sed apertius de Platonicis inprimis *Porphyrius* [2]): *exuendae igitur nobis sunt vestes multiplices, tum et aspectabilis haec et* carnea, *tum et quibus interius vestimur cutaneis, contiguae*: Et rursus ibidem: *primum vero et sine quo certare non liceat, est, vt vestes exuamus: cum vero vestimenta aliqua sint interiora, alia exteriora, ita denudatio alia per apertiora, alia per occultiora.*

Claret

1) Δυο χιτωνας επενδυουσι την ψυχην οι Χαλδαιοι· και τον μεν πνευματικον ωνομασαν απο του αισθητου κοσμου εξυφανθεντα αυτη, τον δε αυγοειδη λεπτον και αναφη, ονπερ επιπεδον, (h. e. ψυχης λεπτου οχημα, *tenue vehiculum*) ονομαζε. Forte hic pro πνευματικον, σωματικον legendum: Nam praeter lucidum alterum nullum interius (cf. locum proximum) aliud statuebant, cum tamen ex lectione vulgari sequeretur, adhuc tertium quoddam superius lucido ab illis effictum fuisse.

2) de *abstinentia* lib. I. §. XXXI. Αποδυτεον αρα τους πολλους ημιν χιτωνας, τον τε ορατον τουτον και ΣΑΡΚΙΝΟΝ, και ους εσωθεν ημφιεσμεθα προσεχεις οντας τοις δερματινοις — — Αρχη δε το αποδυσασθαι, και ου ουκ ανευ το αγωνιζεσθαι γενοιτο· επει δε τα μεν ην εξωθεν των ενδυματων, τα δε εσωθεν, και αποδυσις, η μεν δια των φανερων, η δε δια των αφανεστερων.

Claret ex his, quomodo totum Platonismum cum Christianismo in hac parte doctrinae connectere soleant Valentiniani. Habent suum Demiurgum vt ille; vestes atque tunicas vt ille; et tandem υλην ψυχῃ additam, vt ille *corpus* animae συμφυες.

Restat itaque hoc vnum, vt Irenaeum cum Irenaeo, et multo magis cum ipso Valentino consentientem reddamus sicque ipsam a nobis restitutam compagem doctrinae eius confirmemus. Nam ille non solum aperte secum aliquoties pugnat, sed etiam ita in enarrando versatur, vt transitus ab vno ad alterum in cerebro Valentiniano difficulter intelligi possit. *Hominem*, primo dicit, ex sententia Valentini *choicum fecit, ab arida terra* — — mox: *hylicum quidem secundum imaginem esse*; vbi necessario etiam in primo membro *hylicum* legendum est, quod verba in contextu relegenti per se patebit. Nam si *choicum* fecit, quomodo non ex terra fecisset! Itaque υλικον ex *materie* (υλῃ) eaque subtilissima. Narrat deinde, postquam Demiurgus fecisset hominem hylico-psychicum, ei etiam circumdatum fuisse carnem — *post deinde ei* rel. Sed quis circumdedit? et quare? et quando? Patet haec omnia ad iustam narrationem deesse, etsi neque ab aliis, vt *Tertulliano* [1]) huic narrationis

1) libro adv. *Valentinianos.*

tionis lacunae remedium paratum video. Itaque admodum probabile omnino eſt, hoc tam indignum ex opinione eorum facinus ab iisdem Coſmocratori tributum fuiſſe ex corrupta interpretatione narrationis Moſaicae de lapſu hominis. Nam cum Coſmocrator pater eſſet Demiurgi, et, vt Irenaeus dicit, *quae ſupra eum erant, ſcire poterat*, cognitum etiam ipſi fuerit, neceſſe eſt, Sophiam ſemen ſpiritus homini a Demiurgo creato infudiſſe, vt nunc non mirum ſit, ſi ipſam, vlciſcendae fraudis huius cauſa, denuo fefellerit, homini carnem induendo. Sed multo maior repugnantia nunc ex eo oritur, quod *Irenaeus* in ſequentibus ex Valentini diſciplina mox *triplex* genus hominum recenſeat, quod iocoſe *Tertullianus* [1]) *Trinitatem Valentinianam* appellat, mox *quadruplex*; atque hic denuo aliam perturbationem introducit — — — *animam* quidem habent a Demiurgo, *corpus* a limo, *carnem* a materia, *ſpiritalem* ab Achamoth — Hominum autem tria genera eſſe dicunt, *ſpiritalem*, *pſychicum*, *choicum* [2]). Hic totum

1) lib. cit. c. XVII. extr. *facta exinde trinitas generum eſt, ex trinitate cauſarum: vnum materiale — aliud animale — tertium ſpiritale.*

2) Eandem inconſtantiam in Tertulliano deprehendas, ſi locum proxime citatum cum extremis c. XXV. verbis his compares: proinde eum (ſc. *ſpiritalem*) ab Achamoth deputantes, quemadmodum

totum συςημα Valentinianorum cogit, vt pro, *corpus a limo*, *carnem a materia*, per transpositionem legamus, *corpus a materia*, *carnem a limo*. Nam per corpus cum nullum aliud intelligi possit, quam illud a Demiurgo animae ex subtilissima materie paratum, quomodo hic a limo formatum dici possit, etsi omnino recte a materie. Quod nunc pugnam in numeris attinet, rationem in eo quaerendam esse puto, quod partem υλικην in homine *Irenaeus* non satis accurate seorsim numerat, quam Valentinus cum ψυχη tanquam *vnam* recensebat. Itaque tres erant partes hominis, quod mox etiam planum faciemus, πνευματικη, υλικο-ψυχικη et tandem χοικη. Hanc postremam vocabant σαρκα, mediam σωμα s. a potiore et praestantiore ψυχην, priorem πνευμα. Quin etiam fingi possit, ipsos successores Valentini huic turbatae narrationi veterum occasionem dedisse. Constat enim iis, dum dicebant, carnem tunicam esse, cuius in narratione Mosaica mentio fit, hoc ab reliquis oppositum fuisse, quod tamen ex eadem narratione pateat, hominem iam ante *carnem* habuisse ex terra (limo) formatam. Itaque fortassis hic, in angustias eiusmodi redacti, ita fugam sibi pa-

 rabant,

modum *animalem* a Demiurgo; *choicum* substantia αρχης; *carnem* materia: vbi etiam pro choicum, *hylicum* reponendum esse puto ob ea, quae supra disputauimus.

rabant, vt dicerent corpus illud fuiſſe *corpus animae adnatum*, hocque *ex limo* factum, deſerentes in hoc Valentinum ſuum, qui dixerat, eſſe ex ſubtiliſſima materia, *non ex arida terra*, quemadmodum expreſſe ante *Irenaeus*, factum. Sed ita quidem *Irenaei* lectio a nobis ſollicitata per ſe bona eſſet, *Irenaeus* tamen ipſe non ita bonus interpres, qui Valentini et diſcipulorum eius diuerſas opiniones non curioſius enarrando ſeparauit; et praeterea ſumma rei eadem manens; nam quomodocunque etiam Valentiniani de materie corporis adnati diſſentientes inuicem coniecturas fecerint, tamen omnes in hoc conueniebant, animam ita arcte cum hoc corpore coniunctam eſſe, vt vnam partem ambo conſtituerent. Tandem non placet Irenaeus, dum dicit, eos *genus* triplex hominum conſtituiſſe, et quod conſequens erat *ſe ſpirituales* dixiſſe, in quo veteres et recentiores omnes eum ſequi video. Sed non ſatis circumſcripte: Nimirum non triplex *genus*, ſed triplicem *partem* hominis vnius eiusdemque ſtatuebant, neque ſe omnino πνευματικους dicebant, quod neque ſine ſumma inſania potuiſſent, carne in ipſis palpabili, ſed ea cum circumſcriptione, quam ſupra in noſtra verſione indicauimus. Tribuebant ſibi *ſeminis*, h. e. ſpiritus portionem, qua capaces fierent carnem exuere et corpus animale Spiritui ſubiicere; contra Pſychicis tam tenuem auram, quae non ſufficeret ad tantum efficiendum.

Haec

Haec itaque de Valentinianis dixisse sufficiant, in quibus si quis cum *Irenaeo Tertullianum* comparare velit, adeat inprimis capp. XVII. XXV. XXVI. XXXI. etsi verissima est Ven. *Semleri* [1]) obseruatio, eum nihil noui afferre: Quin etiam aperte falsa dixisse deprehendatur, in quibus inprimis hoc [2]), *Materiale autem nihil in eo* (Christo) *fuisse, vt carnis nostrae habitum alienando a Christo, a spe etiam salutis* (eam, carnem) *expellant.* Minime vero! Nam etsi vtrumque, quod in effectis ponitur, certum sit, tamen tum nostrae carnis resurrectionem, tum carnis I. C. veritatem, ex υποθεσει de creatione hominis negare cogebantur: cf. caput V.

Constat itaque eos resurrectionem carnis negasse, quod *Tertullianus* alibi quoque [3]) clare ponit, dum, *carnis*, inquit, *resurrectionem infringunt*, neque amplius obscurum est, in quo huius opinionis fundamenta apud eos quaerenda sint. Esset nunc plane superuacaneum, si asseclas *Valentini*, *Ptolomaeum*, *Secundum*, *Heracleonem*, *Marcum*, *Colabarsum*, *Florinum* &c. in eadem αιρεσει fuisse longa narratione demonstrare vellemus. Nam aeque certum est, eos in summa rei cum eo conuenisse, quomodocunque etiam,

1) l. cit. p. 155. not. 122.

2) l. cit. c. XXVI.

3) de *praescriptione* c. XXXIII.

etiam, vt ſit, ſiue in confirmatione communis opinionis, ſiue in modo tractandi ſingulas partes doctrinae ſuae, quisque proprium ingenium ſecutus ſit. Ex quo genere forte illud eſt, quod *Tertullianus* [1]) refert, Valentinianos *de ſe* dixiſſe *iam factam eſſe reſurrectionem.* Vnde *Ittigius* [2]) non ſatis accurate, *dicebant*, inquit, *iam factam eſſe reſurrectionem. De ſe*, dicebant, quod non omittendum erat, eo nimirum ſenſu, quo ſupra vidimus Tertullianum de aduerſariis reſurrectionis referre, quod reſurgere ipſis idem ſit, ac *de ſeculo exire* h. e. Pneumaticorum more viuere. Ita non minus *Ittigium* cum *Epiphanio* [3]) erraſſe exiſtimamus, quando affirmat, Valentinianos *non hoc quidem corpus*, *ſed tamen aliud ſpirituale reſurrecturum eſſe* dicere, quod ex ante commemorata vniuerſa diſciplina eorum mox refellitur. Breuiore nunc vti licebit narratione in

CERDONIANORVM
et
MARCIONITARVM

opinione recenſenda. Vtrosque certum eſt reſurrectionem carnis negaſſe, quemadmodum de Cerdo-

1) l. cit. *aeque tangit eos, qui dicerent factam iam eſſe reſurrectionem id* de ſe Valentiniani *aſſeuerant.*

2) lib. cit. p. 120.

3) haer. XXXI. Sect. VII.

Cerdone aperte affirmat *Pſeudo-Tertullianus* [1]), *reſurrectionem animae tantummodo probat, corporis negat*, et de *Marcione Irenaeus* [2]), *ſalutem autem ſolam animarum eſſe futuram earum, quae eius doctrinam didiciſſent; corpus autem videlicet, quoniam a terra ſit ſumtum, impoſſibile eſſe participare ſalutem*: Vnde etiam *Tertullianus* [3]) in Marcione inprimis *ſalutis dimidiationem* reprehendit. Sed hic primo de Cerdone quaeſtio oritur, vtrum, dum de reſurrectione animae eum loquentem facit *Tertullianus*, figuratam in hac vita, aut propriam animae poſt mortem intellexerit. In quo non nego mihi in tanta tenuitate narrationum de eo apud veteres factarum aquam haerere. Si tamen fides habenda *Damaſceno*, facilis erit reſponſio, eum animae in hac vita reparationem hac appellatione comprehendiſſe, cum nonſolum ſimpliciter dicit, eum *mortuorum reſurrectionem* [4]) reieciſſe, ſed addit etiam *Heracleoni* eum in communione erroris ſucceſſiſſe. Hunc enim conſtat tum ex *Tertulliano*,

1) *Appendicis* de *praeſcript.* c. LI. cf. *Auguſt.* loc cit.

2) l. I. c. XXIX.

3) lib. I. adv. *Marcionem* cap. XXIV.

4) lib. cit. haer. XLI. ομοιως τε ΝΕΚΡΩΝ αναϛασιν αθετει — Ηρακλεωνα διαδεξαμενου την μετοχην της πλανης.

liano [1]), tum ex fragmentis apud *Grabium* [2]), in tradenda doctrina de spiritu, anima et carne, plane Valentinianum fuisse. Quod ad Marcionem attinet, *Irenaeus*, vt puto, non dicere debuisset, ex eius opinione *solam animarum esse salutem*, sed solam *spirituum* (πνευματων) esse salutem. In Physiologia enim cum Valentinianis consentiebat quoad summa capita, mundorum tantum genealogiam paulo aliter explicans. Ceterum non solum ex *Irenaeo* patet, eum inprimis ob contemtum carnis eius restitutionem negasse, qui omnibus Gnosticis quasi domesticus erat, verum etiam intelligitur ex *Tertulliano* [3]), et *Hieronymo* [4]), eum ludendo cum

1) de praescript. cap. XLIX. *cum Valentino paria sentit.*

2) T. II. p. 83. sqq. conf. *Semlerum* loc. cit. p. 166. sqq.

3) de *resurrectione* c. XIX. *Hoc denique ingenio saepe in colloquiis nostros decipere consuerunt, quasi et ipsi resurrectionem* carnis *admittant. Vae,* inquiunt, qui non in hac carne resurrexerit — — — Tacite autem hoc sentiunt, *vae qui*, dum in carne est, *cognouerit arcana haeretica.*

4) ad *Pammachium* adv. errores Io. Hierosolymitani: *Audiui nuper de Marcionis schola, vae*, inquit, *ei* qui in hac carne et in his ossibus *non resurrexerit.*

cum sua *resurrectione in carne* orthodoxis imposuisse.

GNOSTICORVM

porro illorum, in quibus proprie haec appellatio haesit, aduersus resurrectionem carnis eadem in vniuersum pugna, etsi videantur principia de creatione hominis paulo diuersa secuta esse. Ità nimirum de iis *Irenaeus* [1]) quoad hoc argumentum: *Adam autem et Euam prius quidem habuisse leuia et clara et velut spiritualia corpora, quemadmodum et plasmati sunt; venientes autem huc demutasse in obscurius, pinguius et pigrius. Sed et animam dissolutam et languidam, quippe a factore tantummodo insufflationem mundialem habentes, quoadusque Prunica* (Sophia) *miserata eorum reddidit eis odorem suauitatis humectationis luminis, per quam cognouerunt se nudos et corporis materiem — — et magnanimes extiterunt, cognoscentes quoniam ad tempus circumdatum est* corpus *ipsis — — — — Iesum autem crucifixum* (Christo ab eo se separante) *non tamen oblitum eius Christum, sed misisse desuper virtutem quandam, quae eum excitauit in corpore, quod et corpus animale et spiritale vocant, mundialia enim remisisse* (dimisisse) *eum in mundo. Videntes autem discipuli resurrexisse eum, non eum cognouerunt — — Et hunc maximum errorem inter discipulos fuisse dicunt, quoniam* (quod) *putarent*

1) l. I. c. XXXIV.

rent eum in corpore resurrexisse, ignorantes, quoniam (quod) *caro et sanguis regnum Dei non apprehendunt* — — *Christo sedente ad dextram patris* — — *vbi animas eorum, qui cognouerunt eos* (*ea* debet esse ob antecedens *mysteria*, verbum ad quod pronomen referendum est) *post de passione mundialis carnis recipiat in se* — — — *Consummationem autem futuram, quando tota humectatio spiritus luminis colligatur et abripiatur in aeonem incorruptibilitatis.* Hi itaque omisso somnio de tunicis Adami tanquam carne, et mutato Valentinianorum sermone, qui massam Spirituum *semen* vocabant hactenus, vt semen hoc *lumen* dicerent, in reliquis cum iisdem consentiebant. Nam quod illis erat corpus animae adnatum, hoc Gnosticis *corpus suum leue et clarum cum anima mundiali insufflata*, et fere ad verbum Platonicum illud λεπτον οχημα cf. ante, illorum caro et pars hominis χοικη, horum *corpus crassum*, vtrisque etiam suum πνευμα, quod tandem in *aeonem incorruptibilem* recipiendum sit, quem Valentini *Pleroma* appellabant, et quidem illorum tantum hominum, qui hic cognouissent mysteria, verbo *Gnosticorum*, h. e. ex vsu loquendi Valentini πνευματικων. Ita nimirum ab vltimis temporibus mutato sermone idem dicere solebant. Subsistimus tandem in

TATIANORVM

γνωσει. Horum auctor *Tatianus*, etsi in vniuersum Valentinum Marcionemque secutus est ex con-

constante narratione *Clementis* [1]), *Irenaei* [2]), *Pseudo-Tertulliani* [3]), *Eusebii* [4]), aliorum, et Christi adeo carnem φαινομενην fuisse existimauit, resurrectionem tamen, non solum corporis sed carnis et quidem huius docuit. Atque foret omnino hoc vix credibile in eo, qui hactenus aduersariis doctrinae se adiunxerat, nisi in vna illa *aduersus Graecos* oratione, quae ex eius libris scriptis superest, tot loci fidem facerent. Si nunc vero eundem in hoc loco huius doctrinae causa commemoramus, fit propterea, quoniam contraria leuitate in opinando adeo animae resurrectionem fore existimauit. Itaque mox ex illa oratione locos describemus, in quibus suam de resurrectione fidem professus est —

[5]) *Propterea etiam corporum resurrectionem futuram credimus — — — quemadmodum enim cum*

1) *Strom.* lib. III.

2) l. I. c. XXXI.

3) l. c. totus secundum Valentinum sapit.

4) l. IV. *hist. eccles.* c. 29.

5) §. 6. Και δια τουτο και σωματων αναστασιν εσεσθαι πεπιστευκαμεν — — — — ωσπερ γαρ ουκ ων πριν η γενεσθαι τις ημιν ουκ εγινωσκον — — — γεγονως δε — — — δια της γενεσεως το ειναι πεπιστευκα· τον αυτον τροπον ο γεννομενος και δια του θανατου μηκετι ων — — Εσομαι παλιν, ωσπερ μη παλαι γεγονως, ειτα γεννηθεις· καν πυρ εξαφανιση μου το σαρκιον, εξατμισθεισαν την υλην ο κοσμος

cum non essem ante natiuitatem meam ignorabam quis essem — — genitus autem — — — consequutus sum, vt me existere non dubitem, eodem modo — — per mortem non amplius existens — — denuo existam, quemadmodum olim non existens, postea genitus sum. Etiamsi mea caruncula igne euanescat, diffusa materie per totum mundum; etiamsi in fluminibus, etiamsi in mari absumar, etiamsi a feris dilanier, tamen in thesauris Domini diuitis recondor: Ac inops quidem et Atheus nescit vbi recondita sint. Deus autem — — vbi volet, in pristinum statum reuocabit.

x) *Non est immortalis per se ipsa, o Graeci! anima, sed mortalis. Potest tamen eadem non mori.*

κοσμος κεχωρηκεν· καν εν ποταμοις, καν εν θαλασσαις εκδαπανηθω, καν υπο θηριων διασπασθω, ταμειοις εναποκειμαι πλουσιου δεσποτου· και ο μεν πτωχος και αθεος ουκ οιδε τα αποκειμενα· Θεος δε — — — αποκαταστησει προς τα αρχαιον.

x) §. 13. Ουκ εστιν αθανατος — — η ΨΥΧΗ καθ' εαυτην, θνητη δε· αλλα δυναται η αυτη και μη αποθνησκειν· θνησκει μεν γαρ και λυεται μετα του σωματος, μη ΓΙΝΩΣΚΟΥΣΑ την αληθειαν, ανισαται δε εις υστερον επι συντελεια του κοσμου — — — παλιν δε ου θνησκει, καν προς καιρον λυθη, την επιγνωσιν του Θεου πεποιημενη· καθ' εαυτην γαρ σκοτος εστι, και ουδεν εν αυτη φοτεινον· δια τουτο μονη μεν διαιτωμενη, προς την υλην νευει κατω συναποθνησκοντα τη σαρκι· συζυγιαν δε κεκτημενη την του θειου πνευματος, ουκ εστιν κ. τ. λ.

mori. Moritur enim et dissoluitur cum corpore, si veritatem ignoret, *postea autem* resurgit *in fine cum* corpore, *mortem per supplicia in immortalitate accipiens. Rursus autem non moritur, etiamsi soluatur ad tempus* (a corpore), *si Dei cognitione instructa sit. Per se enim nihil aliud est, quam tenebrae, nec quicquam in ea luminosum* — — — — *Quapropter si degat solitaria, deorsum ad materiem vergit, vna cum carne moriens: cum diuino autem Spiritu copulata* — — *eo ascendit, quo deducitur a Spiritu: Huius enim sedes in supernis, istius generatio in inferioribus locis.*

[1]) *Non igitur simplex est hominum anima, sed ex multis partibus constat* — — — *Neque vnquam ipsa sine corpore apparuerit, nec caro resurgit sine anima* — — — — *Vinculum carnis est anima, animam autem caro continet* — — *Iis solis, qui spiritu Dei communiti sunt, facile videri possunt daemones* — — — — caeteris vero nequaquam i. e. *psychicis.*

[2]) (vos dicitis) *solam animam immortalitate donari, ego carnem quoque cum anima.*

1) §. 15. ψυχη μεν ουν η των ανθρωπων πολυμερης εστι και ου μονομερης· ουτε γαρ αν αυτη φανειη ποτε χωρις σωματος, ουτε ανισαται η σαρξ χωρις ψυχης.

2) §. 25. — — απαθανατιζεσθαι μονην την ψυχην· εγω δε και το συν αυτη σαρκιον.

In his, me non monente, omnes videbunt, quomodo Gnoſticorum principia cum Chriſtianorum doctrina emolliendo coniunxerit *Tatianus.* Habet et ipſe corpus adnatum animae (nunquam ipſa ſine corpore apparuit) ſed non corpus aethereum, vt illi, quin potius hanc ipſam carnem noſtram. Diſtinguit a ψυχῄ, πνευμα, ſed hoc non ab ipſa creatione homini tributum et illam cum hoc copulatam, beatitatis *ſummae* capacem: Vrget γνωσιν (ſi veritatem *ignoret* — — ſi Dei *cognitione* inſtructa ſit) et Pſychicos contemnit: Tandem *ſuperiores* locos (Pleroma) et *inferiores* (medietatem) agnoſcit. Itaque, vt vno verbo comprehendamus, fides eius de reſurrectione haec erat: *Poſt mortem animas piorum mox ex gratia immortalitate donari et in fine mundi iterum cum hac carne copulari, contra impiorum animas in morte cum corpore ſimul extingui et in extremo mundi cum eodem rurſus ad aeterna ſupplicia reſuſcitari.*



RELIQVIAE ACTORVM
SECVLI III. et IV.
DE
RESVRRECTIONE CARNIS.

* *

CAPVT TERTIVM.

SECTIO I.

DOCTRINA SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM SECVLI III. DE RESVRRECTIONE CARNIS.

Cum ineunte hoc ſeculo fama ſcholae *alexandrinae*, a *Clemente* ſuperiore labente illuſtratae, per ORIGENIS copioſam atque perfectam doctrinam, ita aucta fuerit, vt non modo reliquae celebriores Palaeſtinae - *Caeſareenſis* atque *Antiochena* ſuos ab eadem doctores peterent, verum etiam doctiſſimi ii haberentur, qui diſciplinae theologicae apud eandem ſiue tradendae, ſiue diſcendae, ſiue denique ad eius inſtituta tractandae operam dediſſent, ordiemur nos quoque hanc inſtitutae narrationis partem ab his, qui per totum hoc ſeculum huius ſcholae decreta maxime ſecuti ſunt. Comprehendemus eos omnes vna *Doctorum alexandrinorum* appellatione, tributa iis, non tam ob officii rationem, quam cogitandi diſſerendique de argumentis doctrinae Chriſtianae modum omnibus communem. Itaque in his nemo mirabitur, praeter *Heraclam*, ORIGENIS Alexandriae ſucceſſorem [1]), *Dionyſium*, *Euſebium*, *Ana-*

1) *Euſebius* hiſt. eccleſ. VI. 15. τον Ἡρακλαν -- ἐν τε τοις θειοις σπουδαιον, και ἀλλως οντα λογιωτατον ανδρα

tolium, *Theognostum* et *Pierium*, Episcopos etiam Caesareenses, Antiochenos atque Hierosolymitanos, quin adeo latinos homines commemorari. Nam omnes tamen aut ipsius ORIGENIS aut *Heraclae* institutione vsos fuisse ex aperta narratione *Eusebii*.[1]), *Hieronymi* [2]) atque *Photii*

ἀνδρα και φιλοσοφιας ουκ ἀπειρον, κοινωνον καθιςη της κατηχησεως — 26. ἀπ᾽ Ἀλεξανδρειας μεταναςασιν ἐπι την Καισαρειαν ὁ Ὠριγενης ποιησαμενος, Ἡρακλα το της κατηχησεως των αὐτοθι διδασκαλειον καταλειπει.

1) *Ibid.* VI. 27. — ἀλλα και ὁ των Ἱεροσολυμων προεςως Ἀλεξανδρος, Θεοκτιςος τε ὁ κατα Καισαρειαν τον παντα χρονον ὡς ἐπος εἰπειν προσανεχοντες αὐτῳ, οἱα διδασκαλῳ — 30. ὧν (sc. discipulorum Origenis) ἐπισημους μαλιςα ἐγνωμεν Θεοδωρον, ὁς ἠν αὐτος οὑτος — Γρηγοριος, τον τε αὐτου ἀδελφον Ἀθηνοδωρον — — — πεντε δε ὁλοις ἐτεσιν αὐτῳ συγγενομενοι, τοσαυτην ἀπηνεγκαντο περι τα θεια λογια βελτιωσιν, ὡς — — ἐπισκοπης των κατα Ποντον ἐκκλησιων ἀξιωθηναι. VII. 14. Γρηγοριος και ὁ τουτου ἀδελφος Ἀθηνοδωρος Ὠριγενους γνωριμοι — — Θεοτεκνος — — της δε Ὠριγενους διατριβης και αὐτος ἠν. 32. της δε ἐν Λαοδικειᾳ παροικιας ἡγησατο μετα Σωκρατην Εὐσεβιος ἀπο της Ἀλεξανδρεων ὁρμηθεις πολεως — Ανατολιος αὐτῳ (Εὐσεβιῳ) διαδοχος — — καθιςαται· γενος μεν και αὐτος Ἀλεξανδρευς. VI. 27. τοσαυτην εἰσαγων περι τον Ὠριγενην σπουδην (Φιρμιλιανος nempe, de quo ante) ὡς — — τινας αὐτῳ συνδιατριβειν χρονους, της εἰς θεια βελτιωσεως ἑνεκα. 31. Ἀφρικανος — φησιν ἑαυτον πορειαν ςειλασθαι ἐπι την Ἀλεξανδρειαν δια πολλην του Ἡρακλα φημην.

2) In *Cat. Script. eccl.* de *Origene* — — quantae autem gloriae fuerit, hinc apparet, quod Firmilianus, Caesareae Episcopus, cum omni Cappadocia eum

Photii [1]) conſtat. Itaque porro etiam, cum tandem omnes ab ORIGENIS doctrina pependerint, et ab huius in hoc quoque argumento decretis ad reliquorum opinandi modum facilis conclusio ſit, hunc doctae familiae ducem potiſſimum audiemus. Stamus quidem e longinquo; interpellit eum imperita multitudo inſano et rauco clamore; et qui propius ipſi aſſederunt repugnantes eius ſermones referunt; vt adeo haec omnia valde difficilem reddant Viri docti inſtitutionem in vtendo. Sed dum ipſe docet χαλκεντερως, quomodo nos in diſcendo laborem vllum defugeremus!

Doctorum Alexandrinorum
ORIGENIS

Heraclae, *Alexandri* ep. Hieroſ. *Theoctiſti* ep. Caeſareae Palaeſt. *Dionyſii* ep. Alex. *Gregorii* ep. Neo-Caeſ. *Theotecni* ep. Caeſa-

eum inuitauit — et poſtea diu Caeſareae (Palaeſtinenſi) in ſanctis ſcripturis ab eo eruditus eſt: de *Alexandro* — — ſcripſit et pro *Origene* contra Demetrium — eo quod eum presbyterum conſtituerat: de *Dionyſio* — Origenis valde inſignis auditor fuit: de *Theodoro* ſiue *Gregorio* — — quiennio eruditi (Gregorius cum fratre) ab eo remittuntur ad matrem, e quibus Theodorus proficiſcens πανηγυρικον ευχαριστιας ſcripſit Origeni — —

1) Cod. 106. ἀνεγνώσθησαν Θεογνωστου Ἀλεξανδρεως λογοι ἑπτα, οὗ ἡ ἐπιγραφη του — Θεογνωστου — — ὑποτυπωσεις — ἐν τῳ δευτερῳ — ἀλλ᾽ ἀττα ὥσπερ Ὠριγενης ἐπιφερει τῳ υἱῳ — τα δε ἀλλα ὥσπερ Ὠριγενης — παρατηρει. Cod. 232. eundem cum Origene, tanquam diſcipulum commemorat, Stephanus Gobarus rell.

reae Palaest. *Eusebii* ep. Laodiceni, *Anatolii* Successoris, *Theognosti*, *Pierii*, *Pamphili*, *Luciani* Antiocheni, *Firmiliani* ep. Caesareae Cappad. *Iulii Africani*.

Consentiunt omnes Veterum narrationes, ORIGENEM libros de *resurrectione* de instituto scripsisse, etsi in numero dissentiant, *Pamphilo* 1) vage eos laudante, *Eusebio* 2) duos tantum commemorante, *Ruffino* 3) vero *libros duos* et *alios* de resurrectione *dialogos duos*, quacum recensione *Hieronymi* laudationem libri *quarti* 4) comparandam esse censet *Delarue* 5). Atque ferri posset haec parui momenti inconstantia, et vel sola *Origenis* 6) ipsius mentio horum librorum nobis

1) In *Apologia* pro Origene T. II. Opp. Hieron. edit. Bas. f. 110. b. *tam ex* ipsis *igitur* libris, *quos de resurrectione scripsit, quam ex ceteris eius diversis voluminibus, approbauimus etiam in hac parte, quam catholicè senserit:* et mox f. 111. b. *pauca haec ad testimonium traximus ex multis et innumeris, quae per huiusmodi sensum, in* ipsis libris, *quos de resurrectione conscripsit, exposuit.*

2) *Hist. eccl.* VI. 24. δυο δ' ἐςι και ταυτα.

3) In *inuectiua in Hieronymum* cit. T. II. f. 133. b. *scripsit — — de resurrectione* libros duos, *et alios de resurrectione* dialogos duos.

4) T. III. Opp. f. 78. a. in ep. ad *Pammachium: dicit ergo Origenes in pluribus locis, et maxime in libro de resurrectione* quarto etc.

5) Opp. Origenis ex edit. Par. T. I. p. 32.

6) De *principiis* 2, 10. de quo (resurrectionis dogmate) in aliis quidem libris, quos de resurrectione scripsimus,

nobis sufficere, nisi nunc plane iis carere cogeremur, iactura eadem, qualem supra (p. 101.) in *Clementis* libro eiusdem argumenti notauimus. Promittunt quidem Editores Operum Viri Magni *fragmenta*; *Pamphilus* in *Apologia* excerpta profert; *Methodius* dicitur accuratam elaborasse refutationem; narratur a *Photio* [1]) ipse *Origenes* in *secundo* quoque libro περι αρχων de resurrectione disputasse; occurrunt tandem, inter Graecos *Epiphanius*, et *Hieronymus* apud Latinos, vterque cum fasciculo placitorum Viri in hoc aliisque locis doctrinae christianae; et agnoscimus omnino grati officiosam iacturae illius aliquatenus nobis reparandae promtitudinem: Sed perparum tamen iuuamur; nam fragmenta illa vix commemoratione digna sunt; Pamphilo fidem denegant; Methodii opus ipsum in excerptis tantum legitur apud *Epiphanium* [2]) et *Photium* [3]); vsum librorum περι αρχων interpretatio *Ruffini* latina, ex qua vnice et inprimis secundus supersunt, difficilem reddunt, et Duumuiros postremum laudatos nemo ignorat in Origenem animo nimis turbato ferri. Itaque ne tamen lectores in hoc inprimis loco tanquam omnium minime opportuno nostra narratione deseruisse videamur, vtemur his

 sub-

mus, plenius disputauimus et quid nobis de hoc videretur ostendimus; cf l. V. contra *Celsum* §. 20. συντετακται γαρ ἡμιν περι ἀναστασεως ἐν ἀλλοις —

1) *Cod.* 8.

2) In *Panario* haer. 64. p. edit. *Petauii* Coloniensis 524-599 inprimis 918 seqq.

3) *Cod.* 234. 235.

subsidiis, vti maxime possumus. Transferemus ea suo ordine in vnum hunc locum, compendio tamen sine detrimento causae vtentes, ne ipsi labori non adeo iucundo succumbamus atque his deinceps ex reliquis libris Origenis omnibus, qui supersunt, ea superaddemus, quae ad indicium recte formandum facere aliquid videantur.

PAMPHILI *defensio* Origenis in capite de *resurrectione* [1]): — *Et quoniam inter ceteras criminationes, quas ei inferunt, etiam quam maximam ponunt, quod* resurrectionem mortuorum deneget, *quae vtique futura* manifeste *in ecclesia* praedicatur [2]), *consequens etiam est, de hoc* ipsius nos verbis *calumniosos ostendere et mendaces euidenter arguere, eos, qui etiam scripta de hoc edere aduersus eum non pepercerunt* [3]). Origenes: Quomodo enim non videtur absurdum, vt hoc corpus, quod pro Christo pertulit cicatrices, et pariter cum anima persecutionum tolerauit tormenta saeua, carcerum quoque et vinculorum ac verberum supplicia pertulit, igne etiam cruciatum, ferro caesum est, insuper et bestiarum cruentos morsus, crucis patibula ac diuersa poenarum genera perpessum est, tantorum certaminum praemiis defraudetur? Quippe si sola anima,

1) T. II Opp. Hieron. f. 110. b.

2) Hoc *manifeste praedicatur* deinceps declarabimus.

3) Recitat proxima verba *Origenis* ex libro eius primo de resurrectione, quod quidem nouus in sequentibus transitus — *in secundo autem libro* — clarum facit.

ma, quae non sola certauerat, et corporis sui vasculum, quod ei cum magno labore seruiuit, nulla agonis et victoriae praemia consequatur? quomodo non contra omnem rationem esse videatur, vt naturalibus vitiis atque ingenitae libidini propter Christum caro resistens et virginitatem obtinens cum ingenti labore — — — praemiorum tempore altera velut indigna reiiciatur, altera veniat ad coronam? Pamphilus: *His assertionibus incipiens vti de resurrectione mortuorum, per totam voluminis sui seriem euidentissimis approbationibus vsus est. In secundo vero libro eiusdem materiae cum praedixisset, quasi ad gentiles loqueretur, huiuscemodi suam sententiam declarauit.* Origenes: Nos vero post corruptionem mundi *eosdem* ipsos futuros esse homines dicimus, licet non *eodem statu* neque in *eisdem passionibus*. Non enim iterum ex conuentione viri et mulieris erunt, sed — — — ex omnibus locis, in quibus *ratio* illa substantiae corporalis in ipsis corporibus permanebat, (cf. extremam partem loci ex l. 2. de *principiis*, itemque disputationis aduersus Celsum in sequentibus) quae in terram prolapsa, Dei voluntate iterum resuscitantur. Et hoc arbitror asserere volentem dixisse Apostolum in prima epistola ad Corinthios — — — comparat resurrectionem seminibus, quae seminantur in terra, vt puta, grano frumenti, quod cum ciderit in terram corrumpitur: sed rationis illius virtus est *insita in interioribus eius medullis* — adiacentem sibi aquae humorem — caloris quoque sufficientem recipiens fomitem — culmi et spicae con-

 sur-

ſurgunt — Ergo hoc, quod cadit in *ſemen* (ſ. *terram*) corpus noſtrum, comparatum eſt grano frumenti. Pamphilus: *et aſſertis his — — poſt pauca addidit etiam haec* Origenes: Quod autem omnis illa repromiſſio reſurrectionis mortuorum de *hoc* corpore ſit, quod mortuum relinquitur — Scripturae multis modis oſtendunt. Sed et haec ipſa Domini noſtri I. C. reſurrectio declarat, qui primogenitus ex mortuis dicitur. Pamphilus: *Poſt haec — adiecit etiam iſta.* Origenes: — ea ratio, quae in humano corpore eſt, multo amplius (*plus*) habet, quam quae in reliquis eſt corporibus, ex eo, quod etiam cum corruptum fuerit corpus humanum, ſubſiſtere rurſum poteſt — cuſtoditum vſque ad reſurrectionis ſuae tempus: Quod autem vbicunque fuerit reſtituatur — ita ait Ioannes in reuelatione ſua: et reddidit mare mortuos etc. — Sane qualiscunque fuerit vniuscuiusque praeparatio in hac vita, talis erit et reſurrectio eius. Qui beatus hic vixerit, *corpus eius* in reſurrectione *diuiniore ſplendore fulgebit* — Huic vero qui in malitia conſumſit tempus — tale dabitur corpus, quod ſufficere et perdurare poſſit in poenis. Et arbitror, quod hanc differentiam volens oſtendere Paulus Apoſtolus dicit: alia caro animalium, alia volucrum, alia piſcium etc. Sed ſicut non eſt putandum, quod animalium corpus accepturus ſit peccator aut volucrum aut piſcium, ſic neque ſolis neque lunae aut ſtellarum formam ſperandum eſt accipere eos, qui reſurgunt in gloria; ſed exempli cauſa dicta eſſe haec ab Apoſtolo ſentien-

ſentiendum eſt, vt deſignetur — quod alii pro meritis ſuis honorabiliores et clariores erunt — aliorum vero indigniſſimus et abiectiſſimus pro geſtorum ſcelere erit ſtatus — — Pamphilus: *Pauca haec ad teſtimonium traximus ex multis et innumeris, quae per huiusmodi ſenſum in* ipſis libris, *quos* de reſurrectione *conſcripſit, expoſuit. Non autem videtur abſurdum — etiam de reliquis eius libris conſonas his vel paucas adhibere ſententias. In* viceſimo *ergo* et octavo *libro de Eſaia propheta de illo capitulo ſcribens* — reſuſcitabuntur mortui et reſurgent hi, qui in ſepulchris ſunt, *ita ait* Origenes: Melius ergo eſt dicere, quod omnes quidem reſurgemus, vt *et* impii veniant in illum locum, vbi fletus et ſtridor dentium, *et* iuſti, vbi recipient vnusquisque in ſuo ordine, ſecundum meritum bonorum geſtorum ſuorum, cum *transformabitur corpus humilitatis eorum, vt ſit conforme gloriae corporis Chriſti: quod ſeminatum quidem eſt in corruptione, ſurget vero in* incorruptione — — — — — *ſurget in virtute,* reſurrectionis ſcilicet tempore. — — — Licet ergo omnes reſurgant — — — conſiderandum eſt propter illum ſermonem Ioannis — — *Beatus, qui habet partem in reſurrectione prima; in hoc ſecunda mors non habet poteſtatem, ne* forte (pro *an* ſ. *annon forte*) diuidi omnis reſurrectionis ratio in duas partes poſſit — vt ſit vna quidem bonorum, quae dicitur *prima*, illa vero quae eſt miſerorum, *ſecunda* dicatur — Sepulchra autem mortuorum in hoc loco non ea ſolum,

lium, quae ad depositionem humanorum corporum videntur esse constructa — sed omnis locus, in quocunque vel integrum corpus humanum, vel ex parte aliqua iacet — — — Pamphilus: *Nihilominus* (pro *non minus* s. *similiter*) *in illo ipso libro interiectis quibusdam dicit.* Origenes: Cum ergo Paulus scribit, quod sicut stella a stella differt in gloria, ita erit et resurrectio mortuorum, et quod dicit, seminatur in corruptione etc. manifeste haec de solo corpore scribit: Non enim seminata est anima — — denique euidenter his adiungit — seminatur *corpus* animale, vt ne quis putaret, animam esse quae seminatur etc. Pamphilus: *Haec quidem ex his libris, quos in Esaiam scripsit: Non praeteribimus vero illum locum, quem de* primo Psalmo *disseruit, in quo etiam de resurrectione scribit.* Origenes: [Sicut enim in nobis eadem *species* manet ab infantia vsque ad senectutem, licet *characteres* multam videantur immutationem recipere, ita intelligendum est *hanc* speciem, quae *nunc* est in nobis, ipsam *permansuram* etiam in futuro, plurima tamen immutatione melius et gloriosius facta. Necesse est enim animam in locis corporeis habitantem vti corporibus talibus, quae apta sint his locis in quibus degit: sicut verbi causa si in aquis nos habitare posceret — — — ita nunc cum coelorum habitaculum promittatur, secundum locorum gloriam (hic comma post gloriam in Erasmica editione delendum) consequens est, aptandas etiam esse corporum qualita-

tes.

tes. Nec ideo tamen prior *haec* species *exterminabitur*, licet gloriosior eius effecta sit permutatio. Sicut enim ipsius Domini Jesu, vel Moysi, vel Heliae *species* non erat alia in transformatione, quam fuerat ante transformationem, ita etc.] [1]). Pamphilus: *Sed et in* quinto decimo *Psalmo exponens illum versiculum*, insuper caro mea requiescet in spe, *de carne Domini ait haec:* Origenes: Dominus Christus haec dicit — — Crucifixus enim primogenitus ex mortuis factus — — secum terrenum corpus evexit, ita — vt obstupescerent coelestes virtutes, videntes carnem ascendisse in coelum. De Helia enim scriptum est, quia quasi in coelum assumtus est, et de Enoch, quia translatus est, non tamen dictum

1) Quae vncinis inclusimus graece adhuc leguntur in *Catena* Psalmorum et *Epiphanio*, vnde eadem in T. II editionis *Origenis* Benedictini receperunt; nos itaque ea hic transscribemus: ὥσπερ δὲ το εἶδος ἐςὶ μεχρι του περατος, καν οἱ χαρακτηρες δοκωσι πολλην ἐχειν παραλλαγην· οὕτως νοητεον και ἐπι του παροντος, εἶδος ταυτον εἶναι τω μελλοντι, πλειςης ὅσης ἐσομενης της ἐπι καλλιον μεταβολης. ἀναγκαιον γαρ την ψυχην ἐν τοποις σωματικοις ὑπαρχουσαν, κεχρησθαι σωμασι κατ᾽ ἀλληλοις τοις τοποις. και ὥσπερ ἐν θαλασσῃ ζην ἡμας ἐνυδρους γενομενους εἰ ἐχρην — — — — οὕτως μελλοντας κληρονομειν βασιλειαν οὐρανων, και ἐν τοποις διαφερουσιν ἐσεσθαι, ἀναγκαιον χρησθαι σωμασι πνευματικοις οὐχι του εἶδος του προτερου ἀφανιζομενου, καν ἐπι το εὐδοξοτερον γενηται αὐτου ἡ τροπη; ὥσπερ ἦν το Ιησου εἶδος, και Μωσεως και Ηλιου οὐχι ἑτερον ἐν τῃ μεταμορφωσει, παρ᾽ ὃ ἦν — — —

ctum est, quia ascendit in coelum. Offendatur, qui vult — — sicut primogenitus ex mortuis est Christus, ita *primus carnem evexit* ad coelum. Denique nouitate ipsa perterrentur coelestes virtutes, quia quod nunquam viderant, nunc videbant, carnem ascendisse in coelum: Et propterea dicunt, quis est iste, qui venit de Edom — *rubor vestimentorum eius* ex Bosor! videbant enim in corpore vestigia vulnerum: *ex Bosor*, i. e. in carne suscepta. Pamphilus: *et post pauca.* Origenes — *in qua spe?* non solum quia ex mortuis resurgit, parum enim hoc est, sed in ea spe requiescit, quod assumta est in coelum (sc. *caro*). Pamphilus: *Quid hoc euidentius et clarius ab aliquo potest dici de resurrectione* carnis, *quam assignauit non solum resurrecturam a mortuis, verum etiam in coelos, si qua tamen id meruerit, assumendam* — — *Quid tamen in* decimo octauo *Psalmo, exponens illum versiculum*, in sole posuit tabernaculum suum, *senserit, audiamus.* Origenes: Quid est quod dixit, *in sole posuit tabernaculum suum?* Quidam quidem dicebant, quod Saluator noster ascendens e terris in coelum et corpus suum assumens, peruenit vsque ad eum circulum, qui solis zona nominatur, et ibi, aiunt, posuit tabernaculum corporis sui; non enim vltra possibile id progredi. Sed haec illi sentiunt, — quod allegoriam nolunt in Scriptura sancta recipere. Nos vero — — in sole posuit tabernaculum suum, id est in sole iustitiae ecclesiam suam collocauit — — — Pamphilus: *Erubescant etiam illi, qui et hoc de*

ipso

ipso non dubitauerunt concinnare figmentum, quod dixerit, corpus vel carnem Christi vsque ad solem vectari et ibi esse derelictam. *Hoc enim ille dictum ab aliis, non recte dictum esse confutat — — Tum deinde etiam illi impudentiam suam retundant, qui dicunt, eum corpus quidem resurgere confiteri*, carnem *vero* negare — — *videntes eum* carnem *verbi Dei cum ipso verbo Deo in coelum, quo verbum Dei ascendit, imponere* — — —.

Haec itaque *Pamphilus* in Apologia, quibus idoneum erit addidisse ex eadem, tum partem illam recensionis Origenianae partim ecclesiasticorum dogmatum, partim notarum doctoris ecclesiae catholicae huc pertinentem, tum tres aut quatuor locos alios, quorum vsus deinceps erit.

In parte illa Origenem ita loquentem introducit: *Species eorum, quae per praedicationem apostolicam manifeste traduntur istae sunt:* (nunc index sequitur et in aliis caput doctrinae hoc additur) *sed et, quia* (quod) *erit tempus resurrectionis mortuorum, cum corpus hoc, quod in corruptione seminatur, surget in incorruptione, et quod seminatur in ignominia, surget in gloria* [1]). Et mox: *Designat autem ecclesiasticum virum* (genuinum doctorem ecclesiae) *cum omnibus, quae supra exposuimus, etiam de* mortuorum resurrectione *fides, de qua sanctus Apostolus Paulus ita pronunciat, quia, si quis negat mortuorum*

1) T. cit. f. 103. b.

rum resurrectionem, consequens est, ut et Christi resurrectionem neget [1]). In his numeramus hos sequentes — *Haec quidem in principio primi libri* περι αρχων *disseruit, ut ostenderet, quae sint illa, quae* manifeste in ecclesiastica praedicatione *tradita sunt, et quae sint, quae* non aperte *definiuntur* — — *Ea quidem, quae* ex definito *praedicari ab ecclesia supra docuit, omnibus adhibitis probamentis ex scripturis sanctis manifestius et constantius asserens; de his vero, de quibus ostendit* non manifeste neque ex definito *in ecclesia praedicari, opinionibus magis, quam* certis aliquibus ac definitis assertionibus *utitur*, id est, discutiens et pertractans *potius quam affirmans* — — *Et non solum in* his libris (περι αρχων) *sed et in omnibus, quae de scripturis exponit* (in Commentariis itaque s. Tomis) *et* in his *praecipue, in quibus* plures *unius capituli interpretationes exponit* (commemorat) hoc asserens, *se quidem, ne quid, quod dici posset, omitteret, plura vel diuersa* prout sentire potuit (h. e. pro varietate ingeniorum vtcunque excogitata) protulisse, *illud autem teneri oportere*, quod *apostolicus et ecclesiasticus lector* probaret [2]). Rursus: — *Quae quidem non in publico ab eo dicta sunt*, i. e. *in communi ecclesiae auditorio, ne* forte putetur propter auditores fauorabilem aptasse sermonem, *sed ex illis haec libris protulimus, quos* in

1) T. cit f. 104. b.

2) T. cit. f. 104. a.

in secreto apud semet ipsum nullo arbitro intercedente dictabat etc. [1]).

Succedant nunc *Origenis* sententiae ex ipsis eius libris excerptae, quemadmodum siue in commemorato libro de *Principiis* ex interpretatione tamen leguntur; siue in reliquiis commentariorum et ceteris libris dispersae deprehenduntur. Nam quae in fragmentis supersunt, iam ex *Pamphilo* audivimus; plura etiam *Methodius* in tertio ordine dabit. — —

de *Principiis* l. 2. c. 10. — — *Prius mihi videtur de resurrectione sermo mouendus, vt sciamus, quid est illud, quod vel ad supplicium, vel ad requiem, vel ad beatitudinem veniet, de quo in aliis quidem* libris — — *Sed et nunc propter consequentiam tractatus* pauca inde repetere *non videtur absurdum; maxime* — *quod offenduntur quidam in ecclesiastica fide, quasi velut stulte et penitus insipienter de resurrectione credamus* [2]), *prae-*

1) T. cit. f. 105. a.

2) Miror *Huetium* in *Origenianis* l. 2. qu 9. hoc *credamus* ad ipsum Origenem traxisse, quasi reprehensionem sibi inprimis ab haereticis paratam declinare voluisset, cum tamen expresse *ecclesiastica fide* offendi aliquos dicat, vt itaque numerus verbi multitudinis de omnibus hac fide vtentibus intelligi debeat Erant nimirum et inter Catholicos, imbecilliores, vt *Nepotiani*, qui impingerent in cogitatione resurrectionis corporum *horum* nimis abiecte de ea sentientes. Sed fefellit *Huetium* illud *in*, quasi *in ecclesiastica fide*, sint h. l. omisso verbo quodam, *doctores ecclesiastici.* At-

praecipue haeretici, *quibus hoc modo arbitror respondendum.* I. *Si confitentur etiam ipsi, quia resurrectio sit mortuorum, respondeant nobis, quid est, quod mortuum est! Nonne* corpus? Corporis *ergo resurrectio fiet. Tum deinde dicant, si vtendum nobis putant corporibus, an non? Arbitror, apostolo Paulo dicente, quia seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale,* istos negare *non posse, quod* corpus *resurgat, vel* quia *in resurrectione corporibus vtemur. Quid ergo? Si certum est, quod corporibus nobis vtendum sit, et corpora quae ceciderunt, resurgere praedicantur;* (non enim proprie resurgere dicitur nisi id, quod ante ceciderit) *nulli dubium est idcirco ea resurgere, vt his iterum ex resurrectione induamur: Alterum ergo haeret ex altero — — — Quod si verum est, quod resurgant, dubium non est, quin abiecta corruptione et deposita mortalitate resurgere dicantur a mortuis; alioquin vanum videbitur — — — resurgere quenquam a mortuis, vt iterum moriatur. Quod ita denum intelligi euidentius potest,* si quis diligenter aduertat, *quae sit animalis corporis qualitas, quae in terram seminata spiritualis corporis reparet qualitatem. Ex animali namque corpore — virtus resurrectionis et gratia spirituale corpus educit, cum id ab indignitate transmutat ad gloriam. Quoniam ergo haere-*

que sic plane in respondendo haereticos ab illis separat, hisque contradicit a verbis, *Nunc vero sermonem conuertimus* etc.

haeretici eruditissimi sibi videntur et sapientissimi, interrogabimus eos, si omne corpus schema aliquod habet — — — Si secundum id, quod consequens est (quod, si corpus ponatur, necessaria consecutione efficitur) *dixerint, quia* (quod) *omne corpus certo aliquo habitu deformatur, requiremus ab iis, si possunt nobis spiritualis corporis habitum demonstrare — quod vtique nullo modo facere poterunt. Sed et differentias eorum, qui resurgunt, ab iis inquiremus. Quomodo ostendent verum esse illud, quod dictum est, quia* alia caro *volucrum* (sequitur oratio Pauli 1 Cor. 15, 39-42.) — — *Secundum istam ergo consequentiam coelestium corporum, ostendant nobis differentias gloriae eorum, qui resurgunt* et si *vllo genere conati fuerint* — — *quaeremus ab iis, vt etiam secundum terrenorum comparationem* (apud Apostolum nimirum amplius institutam) *differentias resurrectionis assignent! Nos vero ita intelligimus, quod volens Apostolus describere, quanta esset differentia eorum, qui resurgent in gloria,* i. e. *sanctorum, comparationem coelestium corporum sumsit — — — et — volens differentias eorum docere, qui in hac vita non expurgati ad resurrectionem venient,* i. e. *peccatores, de terrenis sumit exemplum — — — Haec quidem dicta sint aduersus eos, qui resurrectionem* mortuorum i. e. *resurrectionem* corporum *negant.* II. *Nunc vero sermonem conuertimus ad* nonnullos nostrorum, *qui vel* pro intellectus exiguitate, *vel* explanationis inopia, *valde vilem et abiectum sensum de resur-*

rectione corporis *introducunt. Quos interrogamus, quomodo intelligant* animale *corpus gratia resurrectionis* immutandum *et* spirituale *futurum; et quomodo, quod in infirmitate* seminatur, *resurrecturum sentiant in virtute* etc. *Quod vtique si credunt Apostolo — absurdum videtur et contra sensum Apostoli dicere, id rursum carnis et sanguinis passionibus implicari, cum manifeste dicat Apostolus,* quoniam caro et sanguis (1 Cor. 15, 50.) — — *Sed illud quomodo accipiunt, quod dicit Apostolus,* omnes autem immutabimur? — — — *quod futurum credimus hoc ordine, quo nudum granum frumenti aut alicuius ceterorum in terra seminatum describit Apostolus,* cui Deus dat corpus prout vult, *cum primum granum* ipsum *frumenti* mortuum *fuerit. Ita namque etiam corpora nostra putanda sunt* — — — *quamuis emortua* — — *atque dispersa, verbo tamen Dei, ratio illa* ipsa, *quae semper in substantia corporis salua est,* (in oratione aduersus *Celsum,* quam mox recensebimus, haec plane repetit: λογος τις ἐγκειται τῳ σωματι, ἀφ᾽ ὁυ μη Φθειϱομενου ἐγειϱεται το σωμα —) *erigat ea de terra, et restituat ac reparet, sicut ea virtus, quae est in grano frumenti* — — — *Et ita his quidem, qui regni coelorum haereditatem consequi merentur, ratio illa reparandi corporis* — — *corpus reparat spirituale, quod habitare possit* in coelis; his vero, *qui inferioris meriti fuerint* — — — *pro vnius cuiusque dignitate* etiam *gloria corporis et dignitas datur;* ita tamen, *vt etiam eorum,*

qui ad ignem aeternum *vel* ad supplicia *destinati sunt, per ipsam resurrectionis permutationem* ita corpus *incorruptum sit, quod resurgit, vt ne suppliciis quidem corrumpi valeat et dissolui* — — — In extremo: *Sicut Sancti corpora sua, in quibus sancte et pure in huius vitae habitationibus vixerunt, lucida et gloriosa ex resurrectione suscipient; ita et impii quique* — — — *obscuris et atris corporibus induentur.* — —

de *principiis* l. 2. c. 3.[1]). *Mira ergo ratione, sanctus Apostolus ad generalem primam causam respiciens, materiae corporalis*, cuius materiae *vsum animae semper habent, in qualibet qualitate positae, nunc quidem* carnali, *postmodum vero* subtiliori et puriori, *quae* spiritualis *appellatur, necesse est, ait, corruptibile hoc induere incorruptionem.*

— — — *ibid.* *Non autem dubitandum est, naturam corporis huius nostri, voluntate Dei, qui talem fecit eam, vsque ad illam qualitatem* subtilissimi et purissimi ac splendidissimi *corporis posse a creatore perduci.*

— — — lib. 3. c. 6. *Denique caro nostra ab imperitis et infidelibus post mortem deperire existimatur, vt* nihil prorsus reliquum

1) Locos ab hoc vsque ad *Eclogen* in Ps. I. sequentes, iam *Huetius* l. c. vaga tamen vt plurimum citatione et valde mutilos laudauit.

ſubſtantiae ſuae habere credatur. Nos vero qui reſurrectionem eius *credimus, immutationem* eius *tantummodo poſt mortem factam intelligimus, ſubſtantiam vero eius certum eſt permanere et voluntate Creatoris ſui certoque tempore rurſus reparari ad vitam atque iterum permutationem eius fieri, vt quae primo fuit caro ex terra terrena, tum deinde* — — — *rurſum reſuſcitetur e terra et poſt hoc iam velut* meritum *inhabitantis animae popoſcerit, in gloria corporis proficiet ſpiritalis.*

— — — et mox: *ita etiam de natura corporis ſentiendum eſt, quod* non aliud *corpus eſt, quo nunc in ignobilitate vtimur, et* aliud *erit illud, quo in incorruptione vtemur, ſed* hoc idem *abiectis infirmitatibus, in quibus nunc eſt, in gloriam transmutabitur ſpiritale effectum, vt quod fuit indignitatis vas, hoc ipſum expurgatum fiat vas honoris et beatitudinis habitaculum* — — *Non enim ſecundum quosdam Graecorum philoſophos praeter hoc corpus, quod ex quatuor elementis eſt, aliud quintum corpus, quod* per omnia aliud *ſit, et* diuerſum *ab* hoc noſtro *corpore, fides eccleſiae recipit* — — *maxime cum manifeſte definiat Apoſtolus, quia non* noua aliqua *corpora reſurgentibus a mortuis dentur, ſed* haec ipſa, *quae viuentes habuerant, ex deterioribus* in melius *transformata, recipiant: Ait enim* ſeminatur corpus animale — — reſurget in gloria. — —

Contra

Contra *Celſum* l. V. §. 18. 19. 22. 23. [1]). *Cum autem amplius* praedicatam *quidem in eccleſiis* carnis *reſurrectionem*, diſtinctius *autem a* prudentioribus *intellectam traduxerit* (Celſus) — *age, de hoc argumento, tanquam in defenſione aduerſus alienum a fide ſcripta, propter imbecilles etiam* — — — *pauca* — *diſſeramus. Itaque neque nos, neque ſcripturae divinae dicunt*, iisdem carnibus nulla mutatione in melius affectis mortuos olim e terra egreſſos victuros eſſe; *atque mera eſt Celſi haec dicentis calumnia* — — *Sufficit iam Paulli ex priore ad Corinthios orationem propoſuiſſe, dicentis:* Sed dicet aliquis (recitat nunc ſeriem verborum Apoſtoli vsque ad v. 39.) — — *Atque hic vide, quomodo non* naſciturum corpus ſeminari *dicat, ſed quaſi reſurrectionem* ex ſeminato — — *Deo*

 ſingu-

1) Graecus contextus hic eſt: ἐπει δε πλεον κεκωμωδηκε την κεκηρυγμενην μεν της σαρκος ἀναστασιν ἐν ταις ἐκκλησιαις ὑπο δε των συνετωτερων τρανοτερον νενοημενην — — φερε, περι του προβληματος τουτου, ὡς ἐν τῃ προς ἀλλοτριον της πιστεως ἀπολογιᾳ γραφομενῃ, δια τους ἐτι νηπιους — — — ὀλιγα — — ἐκθωμεθα. Οὐτε μεν οὐν ἡμεις, οὐτε τα θεια γραμματα αὐταις φησι σαρξι, μηδεμιαν μεταβολην ἀνειληφυιαις την ἐπι το βελτιον, ζησεσθαι τους παλαι ἀποθανοντας ἀπο της γης ἀναδυντας. Ο δε Κελσος συκοφαντει ἡμας ταυτα λεγων — — ἀρκει δ᾽ ἐπι του παροντος του Παυλου. παραδεσθαι ἀπο της προς Κορινθιους προτερας λεξιν, φασκοντος· ἀλλα ἐρει τις — — — ὁρα γαρ τινα τροπον ἐν τουτοις οὐ το γεννησομενον σωμα φησι σπειρεσθαι· ἀλλ᾽ ἀπο του σπειρομενου — — — διδοντος του θεου ἑκαστῳ των σπερματων ἰδιον σωμα οἱονει ἀναστα-

ſingulis ſeminibus ſuum corpus largiente, fieri — — *Quemadmodum itaque Deus vnicuique ſemini* (in rerum natura) *dat corpus, quale vult, ita etiam his, qui mortui quaſi ſeminantur in terra* — — — *docente etiam pluribus ſcriptura differentiam quaſi ſeminati corporis ab eo, quod exinde quaſi ſuſcitatur dicenteque* ſeminatur in corruptione — — ſurget corpus ſpiritale — — qualis terrenus — — ita portemus imaginem coeleſtis — — neceſſe eſt — vt *tabernaculum hoc* corruptibile induat incorruptionem et quod *aliunde* mortale eſt — induat immortalitatem — — *Nos igitur non dicimus, corruptum corpus redire ad priſtinam naturam, vt neque corruptum granum tritici* denuo ſit *granum tritici; ſed volumus hoc, vt, quemadmodum e grano tritici ſpica erigitur, ſic* inſita

ἀναςασιν γιγνεσθαι — — — Ο Θεος οὖν διδωσιν ἑκαςῳ σωμα, καθως ἠθελησεν, ὥσπερ ἐπι των σπειρομενων, οὕτω και ἐπι των οἱονει σπειρομενων ἐν τῳ ἀποθνησκειν — δια πλειονων διδασκοντος λογου την διαφθοραν του οἱονει σπειρομενου προς το ὡσπερει ἐγειρομενον ἀπ' ἀυτου και λεγοντος σπειρεται ἐν φθορᾳ — — ἐγειρεται σωμα πνευματικον — — οἷος ὁ χοικος — — οὕτω φερεσωμεν και τον εἰκονα του ἐπουρανιε — — δει γαρ το φθαρτον τουτο σκηνος ἐνδυσασθαι ἀφθαρσιαν και το ἑτερον ἀυτου τυγχανον θνητον — — ἐνδυσασθαι ἀθανασιαν — Ημεις μεν οὖν οὐ φαμεν το διαφθαρεν σωμα ἐπανερχεσθαι εἰς την ἐξ ἀρχης φυσιν, ὡς οὐδε την διαφθαρεντα κοκκον του σιτου ἐπανερχεσθαι εἰς τον κοκκον του σιτου ἐγειρεται ςαχυς, οὕτω λογος τις ἐγκειται τῳ σωματι ἀφ' οὗ μη φθειρομενου ἐγειρεται το σωμα ἐν ἀφθαρσιᾳ.

insita sit corpori vis quaedam, ex qua corruptionis experte *corpus surgat incorruptum.* (cf. superiora ex Apologia *Pamphili* et in extremo disputationis ex c. 10. l. 2. de principiis.)

In *Excerptis* s. *Selectis* in Psalmos, ad CXVIII, (CXIX.) 25. [1]). *Nunc quidem adhaesit anima sepulchro et facta est* caro; *in* resurrectione *vero adhaerebit* caro *animae; atque* anima *quaeuis in communi omnium resurrectione domino adhaerens* vnus spiritus erit, *sitque* corpus spiritale.

— — — — ad I, 5. [2]). Ideo non resurgent impii in iudicio.] *Hoc loco simpliciores Christiani* (nimirum *Nepotiani* et reliqui millenarii fautores huius seculi) *freti*, *existimant*

 impios

1) Sic vertimus graeca: *νυν μεν ἐκολληθη τῳ ταφει ἡ ψυχη και γεγονε σαρξ; ἐν δε τῃ ἀναςασει κολληθησεται ἡ σαρξ τῃ ψυχῃ, και ἐςαι ψυχη ἡτις κολληθεισα τῳ κυριῳ ἐν τῃ καθολικῃ ἀναςασει γινεται ἑν πνευμα και γινεται το σωμα πνευματικον* Hic aut verbum, siue *ἐςαι*, siue prius *γινεται* superfluum est, ex vitio descriptoris, aut tota interpretatio *Origeni* falso tributa, ex causis deinceps afferendis.

2) Huius loci prior tantum particula vsque ad verba — *qualia sub mortem extiterint, resurgere corpora nostra praedicant*, in editione Commentariorum Origenis Huetiana p. 42. expressa legitur; vniuersa oratione in editionem *Parisinam* ex Epiphanii recensione *haer.* 64. translata, cf. T II. p. 532 - 537. Itaque eam inde descripsimus, omissa tamen illa particula, quam modo ante in Pamphili excerptis ex eius Versione dedimus graeco con-

impios resurrectionis plane non compotes *futuros, quid per* resurrectionem *intelligant, non satis explicantes.* — — *Quodsi itaque eos interrogemus,* cuiusnam *resurrectio futura sit, respondent* corporum, *quibus modo* circumdati *sumus. Si porro interrogando eos rogemus, num* substantiae totius *illorum* (corporum futura sit) *aut non?*

contextu infra adscripto, qui nunc in superioribus ita se habet: *δια τουτο οὐκ ἀναστησονται ἀσεβεις ἐν κρισει] ἐντευθεν οἱ ἁπλουστεροι των πεπιστευκοτων ὁρμωμενοι νομιζουσι, τους ἀσεβεις της ἀναστασεως μη τευξεσθαι, τι νοουντες την ἀναστασιν — — οὐ πανυ σαφηνιζοντες! — —* Εαν *οὐν πυνθανομεθα τινος αὐτων ἡ ἀναστασις γινεται, ἀποκρινονται ὁτι των σωματων, ὡν νυν περικειμεθα. εἰτα προσεπερωτησαντων ἡμων ποτερον της οὐσιας αὐτων ὁλης, ἠ οὐχι; πριν βασανισαι λεγουσιν, ὁτι ὁλης* Εαν *δε προσαπορησωμεν συμπεριφερομενοι τη ἀκεραιοτητι αὐτων, εἰ συναναστησεται τα ἀποῤῥευσαντα ἐν φλεβοτομιαις αἱματα, και αἱ σαρκες, και αἱ τριχες, αἱ ποποτε γεννομεναι, ἠ μοναι αἱ προς τῃ ἐξοδῳ θλιβομεναι, εἰς το τῳ Θεῳ ποιειν ἁ βουλεται προστρεχουσιν οἱ δε γενναιοτεροι αὐτων — — — Φασι, το ἐπι τελει ἡμων ἀναστασεσθαι σωμα. προσηπορησαμεν δε δια το τρεπτην εἰναι την σωματικην φυσιν και τοιαυτα, ὡσπερ εἰς το ἡμετερον σωμα αἱ τροφαι καταταττονται και μεταβαλλουσι τας ὁμοιοτητας οὑτως και τα ἡμετερα σωματα μεταβαλλονται, και ἐν τοις σαρκοβοροις οἰωνοις και θηριοις γιγνονται μερη των ἐκεινων σωματων· και παλιν ἐκεινα ὑπο ἀνθρωπων, ἠ ἑτερων ζωων ἐσθιομενα ἀντιμεταβαλλει και γιγνονται ἀνθρωπων, ἠ ἑτερων ζωων σωματα·· και τουτου ἐπι πολυ γιγνομενου, ἀναγκη το αὐτο σωμα πλειονων ἀνθρωπων πολλακις γενεσθαι μερος· τινος οὐν ἐσται σωμα ἐν τῃ ἀναστασει; και μετα ταυτας τας ἀποριας ἐπι το, παντα δυναται εἰναι τῳ Θεῳ* (ita enim interpungendum censemus,

non? ſine haeſitatione dicunt totius! *Si vero nos ad illorum ſimplicitatem accommodantes dubitantes percontemur, num* vna ſanguis ille reſuſcitetur, qui in venaeſectione defluxit, nec non et caro omnis et pili, qui vnquam accreuerunt aut ſoli in vitae exitu efflorefcentes, *ad voluntatem liberrimam Dei confugiunt; ſtrenuiores vero — eiusmodi*

ſemus, non vt eſt in editis: ἐπι το παντα κ. τ. λ.) καταφευγουσι και λεξεις των γραφων δυναμεναι κατα την προτερον ἐκδοχην ὑποβαλλειν το νοουμενον ἀυτοις, προσφερονται· οἱον την ἐν τῳ Ιεζεκιηλ — — τουτο μεν οὐν πιθανωτερῳ χρωνται τῳ ῥητῳ· και ἀλλα δε λεγουσιν ἐυαγγελικα, οἱον, ὡς το, φοβηθητε, — — ἐν γεεννῃ· και το ἐν τῳ Παυλῳ, ζωοποιησει τα θνητα — — — δια το ἐνοικουν ἀυτου πνεῦμα ἐν ὑμιν * χρη δε παντα τον φιλαληθη κατ᾽ (f. και) ἀυτων (forte ἀυτοις) τουτοις τον νουν ἐπισησαντα ** περι της ἀναστασεως ἀγωνισασθαι, σωσαι τε και την των ἀρχαιων παραδοσιν, και φυλαξασθαι ἐμπεσειν εις φλυαριαν πτωχων νοηματων, — — Θεου ἀναξιων τουτο οὖν εις τον τοπον διαληπτεον, ὁτι παν σωμα ὑπο φυσεως συνεχομενον της καταταττουσης ἐξωθεν τινα δικην τροφης και ἀποκρινουσης ἀντι των ἐπεισαγομενον ἑτερα — — οὐδεποτε ἐχει ταυτον — — καν ῥευσῃ ἠν

* Varians lectio mox recurrens.

** Haec mire verterat *Petauius:* Verum omnes illos neceſſe eſt, qui veritatis ſtudio ducuntur, *cum ad ea animum adiecerint*, aduerſus iſtos de reſurrectione contendere etc. Nam tota φρασις eſt: ἐπισαναι τινι (κατα) τον νουν, *intelligentiorem alteri* eſſe. Hoc mihi certum, reſpici hac forma orationis ad appoſitam ab initio ἁπλουσερων mentionem.

modi resurgere corpora dicunt, qualia in extremo vitae *extiterunt. Instamus vero, cum corporum natura* mutabilis *sit et similiter, quemadmodum nutrimenta in corpus nostrum digesta qualitates suas mutent*, ita *quoque corpora nostra converti et in carniuoris auibus partes corporum illorum fieri; quae quidem ab hominibus aut aliis bestiis devorata vicissim mutentur et hominum vel animalium corpora fiant*; hocque saepius facto *necesse esse* idem *corpus plurium hominum saepius esse partem:* Cuiusnam *itaque in resurrectione corpus erit?* — — *His itaque ineptiis si nil efficere possunt, confugiunt ad illud;* omnia Deo possibilia esse, *et quasdam sententias Scripturarum*

ἦν ἡ φυσις του σωματος, τῳ το εἶδος το χαρακτηριζον το σωμα ταυτον εἶναι — — ὃ ἐν τῃ ἀναστασει περιτιθεται παλιν τῃ ψυχῃ ἐπι το κρειττον μεταβαλλον — — — — μη προσκοπτη τοινυν, εἰ το πρωτον ὑποκειμενον ἀν τις λεγει μη ἔσεσθαι ταυτον τοτε ὅπȣ ὁ λογος τοις ἐφιστανειν δυναμενοις δεικνυσιν, ὅτι οὐδε νυν δυναται δυο ἡμερων εἶναι το πρωτον ὑποκειμενον. Αξιον δε ἐπιστησαι και το, ἑτεροιον μεν σπειρεσθαι, ἑτεροιον δε ἀνιστασθαι — — — και ἐπιφερει πασιν ὁ Αποστολος, σχεδον την γηινην ποιοτητα ἡμας διδασκων ἀποτιθεσθαι μελλειν ἡμας του εἰδους σωζομενου — — — — σαρξ τε ουκ ἐτι, ἀλλα ὅσπερ ποτε ἐχαρακτηριζετο ἐν τῃ σαρκι, τουτο χαρακτηρισθησεται ἐν τῳ πνευματικῳ σωματι. και προς τα ῥηματα δε των γραφων, ἁ παρατιθενται οἱ ἀδελφοι ἡμων, ταυτα ἐστιν εἰπειν, και πρωτον ἐν τῳ Ιεζεκιηλ — — — ξηρα ὀστεα ἐν αἰχμαλωσιαις — — πασαν ζωτικην νοτιδα ἀποβεβληκοτες — — ὀυκ οὐν ἡ ἐπαγγελια της ἀναστασεως του λαου ἐστιν ἀπο του πτωματος και της οἱονει νεκροτητος

ἦν

rum primo intuitu eorum opinationem confirmantes *proferunt*, *vt illam apud* Ezechielem (XXXVII, 1-6.) *atque hac quidem cum maxima specie vtuntur; reliquae sunt ex Euangeliis*, vt: vbi erit stridor dentium et fletus; *item*, Timete eum, qui potest animam et corpus perdere in gehennam; *rursus Paullinum illud:* viuificabit mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. Decet vero omnem veritatis amantem hisque intelligentiorem de resurrectione contendere, vt et veterum traditio retineatur, et ab ineptiis sensuum inanissimorum atque Deo indignorum aliis caueatur. Hoc ergo tenendum, nullum corpus extrinsecus nutritum,

ἠν νενεκρωνται — και οἱ ἁμαρτωλοι δε ὑπο του σωτηρος λεγονται εἰναι ταφοι γεμοντες ὀςεων — — — το δε; ἐκει ἐςαι ὁ κλαυθμος και ὁ βρυγμος των ὀδοντων, προς ἀυτους ἀπορητεον — — ὁ δημιουργος κατεσκευασεν — — — τους ὀδοντας ἐις το διακοπτεσθαι την ςερεαν τροφην, τω οὐν χρεια τοις κολαζομενοις ὀδοντων; — — — και δεικτεον, ὁτι ὀυ παντα παραλαμβανεσθαι δει κατα το κειμενον — — — το δε, φοβηθητε — — — ἐν γεεννῃ ταχα μεν διδασκει, ὁτι ἀσωματος ἡ ψυχη, ταχα δε δηλοι, ὁτι χωρις σωματος ὀυ κολασθησεται· περι οὑ εἰρηκαμεν. και το παρα τῳ Αποςολῳ δε, ζωοποιησει — — ἡμων σωματα — — — δυναται περιςανειν ὁπου το σωματικον εἰδος — — θνητον ον, και ἀυτο μεταβαλλει — — και το, ἐρει δε, πως ἐγειρονται ὁι νεκροι, ποιῳ δε σωματι ἐρχονται, γυμνως παριςησιν, ὁτι το πρωτον ὑποκειμενον οὐκ ἀναςησεται εἰ γαρ καλως ἐλαβομεν το παραδειγμα, ῥητεον, ὁτι ὁ σπερματικος λογος ἐν τῳ κοκκῳ του σιτου δραξαμενος της παρακειμενης ὑλης και δἰ ὁλης ἀυτης χωρη-

tum, et pro receptis alia nutrimenta iterum eiiciens — — idem remanere — — etiamsi vero fluxa sit natura corporis, formam tamen characteristicam cuiusuis corporis permanere — — qua in resurrectione in melius mutata anima rursus circumdatur. — — — — *Ne te igitur offendat, si quis primam materiam tunc* non eandem fore dixerit, *cum ipsa ratio quemuis non plane stupidum doceat*, nec nunc quidem *per biduum* eam *remanere. Dignum animaduersione hoc quoque*, aliud quidem seminari, aliud autem resurgere (1 Cor. XV, 44.) *His omnibus talia ab Apostolo subiiciuntur, quibus nos* terrenam qualitatem deposituros docet *seruata forma* (1 Cor. XV, 20.) — — Caro non amplius erit, sed quod olim in carne tanquam propria (hominis) nota erat impressum, hoc in spirituali corpore denuo imprimetur tanquam hominis character. *Quod vero* ad eos Scripturae locos attinet, *qui a fratribus nobis opponuntur, haec nobis in promtu est dicere, et primum quidem ad* Ezechielis *locum* — — — arida ossa *sunt homines* in captiuitate omnem vitalem humorem qui amiserant. Quocirca resurrectionis populi illius promissio est a ruina et veluti

χωρησας — — — ὡς ἐχει δυναμεως ἐπιτιθησι τῃ ποτε γῃ, και ὑδατι, και ἀερει, και πυρι, νικησας τας ἐκεινων ποιοτητας, μεταβαλλει ἐπι ταυτην, ἡς ἐστιν αὐτος δημιουργος και οὑτως συμπληρουται ὁ σταχυς εἰς ὑπερβολην διαφερων του ἐξ ἀρχης κοκκου, μεγεθει και σχηματι, και ποικιλια.

veluti enecatione, qua hoſtibus traditi velut extincti ſunt. *Ipſi adeo peccatores a Seruatore ſepulcra dicuntur eſſe oſſibus — plena. Illud vero:* ibi erit fletus et ſtridor dentium, *ita aduerſus* eos *explicandum: dentes cibo ſolido comminuendo deſtinati ſunt; quid igitur apud inferos poenas ferentibus opus eſt dentibus?* — Ita quaerendi ſunt *et praeterea oſtendendum iis, non omnia* ad verbum *ſumenda eſſe, vt,* dentes impiorum fregiſti — — — *Illud vero,* timete — — in gehennam, *forte docet animam incorpoream eſſe, forte vero, ſine corpore animam nullas poenas eſſe daturam, de quo corpore* — — *diximus. Illud vero Apoſtoli,* viuificabit — corpora noſtra — *poteſt declarare,* corpoream hanc ſpeciem, quae natura mortalis eſt — — — *eſſe mutandam* — — — *Illud tandem:* ſed dicet aliquis, quomodo reſurgent mortui, aut quali cum corpore venient? *aperte oſtendit, nullo modo primam materiem reſurgere. Exemplum enim* (mox ab Apoſtolo allatum) *ſi recte capimus, dicendum eſt,* vim ſeminatricem *grani, vicina materie correpta, et totam illam permeantem* — — omnem vim ſuam in id, *quod ante fuerat terra, aqua, aër et ignis, transfundere et earum ſuperatis qualitatibus in illam ipſam conuertere cuius eſt artifex, atque hoc modo perfici ſpicam, quae a priore grano* mirum in modum et magnitudine et figura et varietate differat.

Tomo

Tomo XII. in *Matthaeum* extr. [1]). *Quoniam transfigurationi illius* (J. C. in monte) *et splendenti eius faciei instar solis*, affinis *erat futura in* resurrectione gloria, *propterea haec ab Apostolis eo tempore praedicari vult, quo ex mortuis resurrexerit.*

Tomo XIII. in *Matthaeum* in med. [2]). *Sancti enim* in hoc tabernaculo viuentes ingemiscunt *grauati* corpore humili, *et omni studio hoc agunt*, vt digni *evadant, qui in resurrectionis mysterio reperiantur*, (resurrectionis gloriosae participes fiant) *quando Deus reformabit non omnium quidem, sed genuinorum solum discipulorum Christi* corpus, vt fiat conforme gloriae Christi.

Tomo XV. in *Matthaeum* prope extr. [3]). *Per baptisma ignis et spiritus*, corpori gloriae Christi,

1) ex ed. *Huet.* p. 303. ἐπει συγγενες ἠν τῃ μεταμορφωσει αὐτου και τῳ ὀφθεντι αὐτου προσωπῳ ὡς ὁ ἡλιος, το δοξασθηναι αὐτον ἐν τῃ ἀναστασει, δια τουτο βουλεται τοτε ταυτα ὑπο των Αποστολων λαληθηναι, ἡνικα ἐκ νεκρων ἀναστῃ.

2) Pag. 327. Οἱ γαρ ὀντες ἐν τῳ σκηνει ἁγιοι στεναζουσι βαρουμενοι ἀπο του της ταπεινωσεως σωματος και παντα πραττουσιν, ἱνα ἀξιοι γενωνται εὑρεθηναι ἐν τῳ της ἀναστασεως μυστηριῳ, ὁτε μετασχηματισει ὁ Θεος ὀυ παντων το σωμα της ταπεινωσεως, ἀλλα τῳ Χριστῳ γνησιως μαθητευομενων, εἰς το γενεσθαι αὐτο συμμορφον ΤΗΣ ΔΟΞΗΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ (lectio varia, sed cf. mox.)

3) Pag. 392. ἐν δε τῃ του δια πυρος και πνευματος λουτρου παλιγγενεσιᾳ (συνεταφημεν ante dixerat αὐτῳ (Χριστῳ)

Christi, *sedenti super thronum maiestatis suae, nos quoque sedentes super duodecim thronos conformes efficimur.*

Tomo XIII. — — — extr. [1]). *Nam si* omnes *nos adstare oportet* ante tribunal Christi, vt quisque referat τα δια του σωματος προς ἁ ἐπραξεν, siue bonum, sive prauum, *quisque pro viribus hoc agere debet*, ne *plurium* male per corpus factorum *poenam referat.*

Tomo XIV. in *Matthaeum* ab initio [2]): *In iis qui iam firmiores sunt, spiritus regnat, et corporis enecat actiones et vitae suae corpus facit parti-*

(Χριςῳ) δια τȣ βαπτισματος, nempe *aquae*) συμμορφοι γινομεθα ΤΩ ΣΩΜΑΤΙ ΤΗΣ ΔΟΞΗΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, καθεζομενου ἐπι θρονου δοξης αὐτου, και αὐτοι καθεζομενοι ἐπι ιβ θρονους — —

1) Pag. 335. και γαρ εἰπερ δει τους παντας ἡμας παραςηναι ἐμπροσθεν του βηματος του Χριςου, ἱνα κομισηται ἑκαςος τα δια του σωματος προς ἁ ἐπραξεν, εἰτε ἀγαθον εἰτε ΦΑΥΛΟΝ (notetur hic quoque var lect.) Χρη ὁση δυναμις τα παρ' αὐτον ποιειν, ἱνα μη περι πλειονων κομισηται ΦΑΥΛΩΝ (inhaeret itaque illi lectioni φαυλον) δια του σωματος ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΩΝ.

2) Pag. 340. ἐν δε τοις ἠδη τελειωθεισι κεκρατηκε το πνευμα, και τας πραξεις ἐθανατωσε του σωματος, και μεταδιδωσι της ἑαυτου ζωης τῳ σωματι, ὡς ἠδη γινεσθαι και το ζωοποιησει και τα θνητα ΗΜΩΝ (in nostris impressis libris ὑμων) σωματα δια ΤΟ ΕΝΟΙΚΟΥΝ (eadem quae paulo ante adfuit varia lectione) αὐτου πνευμα ἐν ΗΜΙΝ (vt ante pro nostro ὑμιν.)

particeps, ita vt iam (non *tunc*, vt eſt in Huetiana verſione) *eueniat illud*, viuificabit mortalia corpora noſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in nobis.

Tomo XVII. in *Matthaeum* circa med. [1]). *Sadducaei quidem dicentes non eſſe reſurrectionem*, non *eam* ſolum *reiiciebant*, quae a ſimplicioribus carnis reſurrectio dicitur, *ſed et penitus tollebant* animae *tum* immortalitatem, *tum etiam* durationem — — — *Eandem autem de hu-*

mana

1) Pag. 486 ſeqq. *οἱ Σαδδουκαιοι μεντοι λεγοντες μη εἶναι ἀναστασιν οὐ την ἐν τῃ συνηθειᾳ των ἁπλουστερων ὀνομαζομενης ἀναστασιν* ΣΑΡΚΟΣ *ἠθετουν, ἀλλα και παντελως ἀνῃρουν την της ψυχης οὐ μονον ἀθανασιαν, ἀλλα και ἐπιδιαμονην, οἰομενοι μηδαμου ἐν τοις Μωσεως γραμμασι σημαινεσθαι την της ψυχης μετα ταυτα ζωην· το δ' αὐτο τοις Σαδδουκαιοις δογμα περι της των ἀνθρωπων ψυχης φρονουσι μεχρι του δευρο Σαμαρεις· — — τουτο δε το περι ἀναστασεως νοουντες τινες των κατα τον του Αποστολου χρονον Κορινθιων, ἐδογματιζον μη εἶναι ἀναστασιν, περι ὧν ταυτα γραφει· εἰ δε Χριστος κηρυσσεται — — — — ὁτι ἀναστασις ἐκ νεκρων οὐκ ἐστιν; Ὁτι δε — — — κατα το Σαδδουκαιων σημαινομενον ἠθετουν την ἀναστασιν, την ἐπιδιαμονην της ψυχης, δηλον ποιει ἐκ του· εἰ ἐν τῃ ζωῃ ταυτῃ ἠλπικοτες — — — ἐλεεινοτεροι παντων ἀνθρωπων ἐσμεν· ὁπερ ἐπιμελως ἐξετασας, ὀψει, ὁτι ὁ μεν, ἀθετων την ἐν τῃ ἐκκλησιᾳ πεπιστευμενην ἀναστασιν νεκρων, οὐ παντως ἐν ζωῃ ταυτῃ ἠλπικως ἐστι ἐν Χριστῳ μονον· ἱνα γαρ καθ' ὑποθεσιν μη ᾖ ἀληθης ἡ πεπιστευμενη παρα τοις πολλοις ἀναστασις οὐκ ἐν ταυτῃ τῃ ζωῃ ἠλπικε μονον ἐν Χριστῳ ὁ ἐκεινην ἀθετων, ζωσης τε ψυχης, οὐκ ἐκεινο μεν ἀπολαμβανουσης το σωμα, ἐνδυομενης δε αἰθεριον τι και κρειττον — — ἐτι δε εἰς κατασκευην*

σου

mana anima sententiam, quam Sadducaei, ad hunc vsque diem Samaritani tuentur — — — — *Hoc autem de resurrectione assertum* — — — *amplexi quidam Apostoli temporibus Corinthii*, resurrectionem non dari *etiam statuebant, de quibus haec scribit:* si autem Christus praedicatur quod resurrexit a mortuis — — quod nulla resurrectio mortuorum sit? *Quod autem* — — — *iuxta Sadducaeorum sententiam*, resurrectionem i. e. *animae* durationem

 reie-

του προς το σημαινομενον τουτο ἱςαϑαι Αποςολου — συγχρησωμεϑα και το· εἰ ὁλως νεκροι οὐκ ἐγειρονται — — — και πιωμεν, αὐριον γαρ ἀποϑνησκομεν· ἐςω γαρ το νομιϑεν παρα τοις πολλοις ἀληϑες εἰναι μη εἰναι ἀληϑες το περι της ἀναςασεως των νεκρων *, πως τουτο ἀκολουϑει το ματην ὑμας κινδυνευειν, — — — — πως δε ἀκολουϑει τῳ μη εἰναι σαρκος ἀναςασιν, το· Φαγομεν και πιωμεν — οὐ ταυτα δε Φαμεν ἀπιςουντες τῳ ἐν Ησαιᾳ — — ὀψεται πασα σαρξ το σωτηριον του Θεου· ἠ τῳ ἐπι τῳ Ιωβ· ὁτι ἀενναος ἐςιν ὁ ἀναςησει το δερμα μου το ἀνατλουν ταυτα. οὐκ ἀπιςουμεν δε οὐδε τη ἀποςολικη Φωνῃ· ζωοποιησει τα ϑνητα ὑμων σωματα δια το ἐνοικουν (cf ante) αὐτου πνευμα ἐν ἡμιν — — — οἱτινες ἐλεγον μη εἰναι ἀναςασιν

* Putabam aliquando prius ἀληϑες εἰναι vitio describtoris, qui mox errore animaduerso totum μη εἰναι ἀληϑες denuo rescripsit, priore tamen non deleto, irrepsisse, vt οἱ πολλοι essent iidem quos apertius ab initio ἀπλουςερους dixerat, alibi ἀϑενεςερους: sed mox etiam vidi, eum tunc dicturum fuisse ἀναςασεως της ΣΑΡΚΟΣ, cuius ἀληϑειαν his denegat.

reiecerint, manifestum fit ex his: Si in hac vita tantum in Christo speramus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. *Quodsi curiosius perpendas videbis eum, qui creditam* in ecclesia mortuorum resurrectionem neget, *non plane in hac vita tantum in Christo spem ponere. Etenim si ponamus falsam esse creditam* a multitudine *resurrectionem mortuorum eam repudians, non tamen in hac vita solum in Christo spem collocauit,* si modo *viuat anima, non* illud corpus *quidem resumens, sed* aethereum aliud ac melius *induens* — — — *In maiorem vero confirmationem, quomodo Apostolus huic* (Sadducaeorum de resurrectione cf. ante) *asserto se opponat, vtemur etiam hoc:* Si omnino mortui non resurgent, quid

σιν — — και ἐπηρωτησαν λεγοντες, Μωσης εἰπεν, ἐαν τις ἀποθνησκει μη ἐχων τεκνα — — — και ἀναςησει σπερμα τῳ ἀδελφῳ αὐτου — — — τουτου δη του ῥητου οἱ Σαδδουκαιοι, ὡς την ἐλπιδα της ἀναςασεως μη ἐχοντες φαυλως ἀκουσαντες — — — ᾠηθησαν ἀκολουθειν τῳ εἰναι ἀναςασιν το και τον ἀνδρα ἀνδρα παλιν ἐσεσθαι ἀναςαντα; ἀῤῥενα μορια ἐχοντα και την γυναικα ἀναςησεσθαι — — και ὁ Σωτηρ ἡμων ἀποκρινομενος αὐτοις — — μονον ἀπεφηνατο λεγων και τας θειας γραφας ἀπαγγελλειν περι της ἐκ νεκρων ἀναςασεως, ὁτι ἐκει μη εἰσι γαμοι κ.τ.λ. — — — ἐγω δ᾽ οἰμαι δια τουτων δηλουσθαι, ὁτι οὐ μονον κατα το μη γαμειν και το μη γαμεισθαι ὡς οἱ ἐν τῳ οὐρανῳ ἀγγελοι γινονται οἱ καταξιουμενοι της ἐκ νεκρων ἀναςασεως, ἀλλα και κατα το μετασχηματιζομενα αὐτων τα σωματα της ταπεινωσεως, γενεσθαι τοιαυτα, ὁποια ἐςιν τα των ἀγγελων σωματα, αἰθερια και αὐγοειδες φως — — ξενιζον δε τις τους πολλους των

quid et baptizantur pro illis? — — — et bibamus; cras enim moriemur! *Esto enim existimationem multorum veram esse, dogma de resurrectione pro falso habendum, quomodo inde sequitur, nos frustra pericula pro animarum nostrarum salute decertantes adire? — — — quomodo porro sequitur, ponendo non esse resurrectionem, illud:* edamus et bibamus? *Haec autem non dicimus, quod fidem detrectemus iis apud Jesaiam,* omnis caro videbit salutare Dei, *vel apud Jobum,* aeternus — qui suscitabit cutem meam, quae haec tolerat; *neque porro Apostoli dicto fidem denegamus:* viuificabit — — — vestra propter inhabitantem eius in nobis spiritum — — — qui dicebant non esse resurrectionem, *quo nimirum sensu* resurrectionis *verbum, uti tradidimus,* *vsur-*

των πιϛευοντων δογμα ζητησαι τις ἀν — — — εἰ ὥσπερ εἰσιν οἱ ἀναϛαμενοι ἐκ νεκρων ὡς οἱ ἀγγελοι ἐν τῳ οὐρανῳ και ἐν ταγματι ἀγγελων μεταβαλλοντες ἐξ ἀνθρωπων, οὑτως και ἀλλοι ἐν τῳ οὐρανῳ ἀγγελοι ἀνθρωποι ποτε ὀντες — — — γεγονασιν ἐν τῳ οὐρανῳ ἀγγελοι, — — — Σαφως δε τα κατα τον τοπον ἐπαπορησαι και την ἀκολουθιαν αὐτων ἐπισκοπησαι και χαρτῃ πιϛευσαι την των τηλικουτων συναφειαν, — οὐκ ἀσφαλες ᾖ· ἀρκει γαρ καὶ ἐπι τοις εἰρημενοις ἡμας ἐπι τοσουτον παρακεκινδυνευκεναι. Haec vltima ex *Hieronymi* narratione aliquatenus illustrari possunt, qui in ep ad *Pammach.* adu. errores *Ioannis* (Hier. f. m 76. b.) dicit: *ipsos angelos nomen officii esse docet, non naturae.* In *libris* enim περι ἀρχων *et angelos et thronos et dominationes* etc. *dicit animas esse eorum corporum, quae vel desiderio vel ministerio suscipiunt.*

usurpabant; et interrogauerunt — — dicentes, Moses dixit, si quis mortuus fuerit — — — — et suscitet semen fratri suo — — — *Hunc igitur locum perperam interpretantes Sadducaei resurrectionis spem non habentes* — — *si foret resurrectio, consequens esse crediderunt, ut vir post resurrectionem rursum vir foret, virilia membra habens, et mulier* — — *mulier etiam resurgeret.* — — — At respondens ipsis Sospitator noster — — — ostendit solum diuinas Scripturas de *resurrectione a mortuis id pronuntiare, nullas ibi futuras nuptias* — — — *Ego vero inde manifestum fieri puto, hos qui resurrectione digni aliquando euadent, non solum, quatenus neque matrimonium contrahent, neque elocabuntur, Angelis similes futuros, verum etiam, quatenus* (sec. Apostolum) *corpora* eorum humilia transfiguranda sunt, *haec talia futura, qualia* nunc angelorum *sunt*, aetherea et splendidissima lux. *Posset vero aliquis quaestionem* multitudini credentium *peregrinam mouere* — — — — *an, quemadmodum a mortuis resurgentes Angelis similes fiunt et in ordinem angelorum migrant, ita et alii qui in coelo degunt angeli* — — *ex hominibus tales euaserint.* — — — *Haec talia tamen* aperte *proponere et quid inde sequatur circumspicere, et tantarum rerum dilucidationem chartae committere parum fortasse tutum; sufficit iis, quae iam dicta sunt, periculum hactenus subiisse.*

Tomo XVII. in *Matthaeum* circa extremum[1]) — — — *manifestum sane est*, quibus (membris) ob generationem *hic opus erat*, *his ibi non opus erit; neque enim superuacaneum aliquid Deus facit.* — — — *Et praestat quidem resurrectionem non esse, quam qualem sibi fingebant Sadducaei, sumentes necessaria consecutione, in mortuorum resurrectione quemque vxorem recipere.*

de *Principiis* l. 2. c. 3. §. 2. *Haec ergo* materia corporis, *quae nunc corruptibilis est, induet* incorruptionem, *cum perfecta anima* — — — vti *eo ceperit* — — — *cum autem vitae participauerit* corpus hoc, *quod* aliquando gloriosius *habebimus*, *tunc ad id quod immortale est* (animam) *accedet*, *vt etiam incorruptibile fiat.* — — —

— — — — c. 8. §. 3. *Apostolus ait* seminari corpus animale et surgere corpus spiritale, *ostendens in resurrectione iustorum* nihil animale *futurum.*

— — — l. 3. c. 6. §. 4. *Nunc vero, quoniam apud Apostolum mentionem spiritalis cor-*

 poris

1) Ap *Huetium* p 495. — δηλον, ὅτι ὧν ἐνταυθα δια γενεσιν χρεια ἦν, ταυτα οὐκ ἐσαι ἐκει· οὐδεν γαρ παρελκον ὁ Θεος ποιει, οὐδε ματην τι παρ᾽ αὐτῳ γινεται — — — και βελτιον γε ἐςι μη εἰναι ἀναςασιν, του τοιαυτην εἰναι, ὁποιαν ὑπενοουν οἱ Σαδδουκαιοι, ὑπολαμβανοντες ἀκολουθειν, τῃ ἐκ νεκρων ἀναςασει, το ὑπολαμβανειν ἑκασον την γυναικα.

poris inuenimus, qualiter etiam inde ſentiri debeat de hoc, tantummodo prout poſſumus requiramus. Quantum ergo ſenſus noſter capere poteſt, qualitatem ſpiritalis corporis talem quandam eſſe ſentimus, in quo inhabitare deceat — — ſanctas — *perfectasque animas* — — — *De corpore etiam illud Apoſtolus dixit:* domum habemus non manu factam etc. *Ex hoc ergo coniecturam capere poſſumus, quantae puritatis, quantae ſubtilitatis, quantae* gloriae (quanti *ſplendoris* fortaſſis ex graeco, quod ſine dubio adhibuit δοξης ex vſu ſcripturae) *ſit qualitas corporis illius, ſi comparationem faciamus eius ad ea,* quae nunc licet coeleſtia ſint et *ſplendidiſſima corpora, manu facta tamen ſint et viſibilia.*

de *Principiis* l. 3. c. 6. §. 8. 9. — *Haec natura corporea ſubſtantialem recipit permutationem; vnde et ad omne quod moliri, vel fabricare — voluerit Deus, materiae huius habeat famulatum, vt in quascunque vult formas* — — — *transmutet* — — — *Iam ſane illud quaerendum eſt, ſi* (an) *tunc, cum Deus erit omnia in omnibus* — — *corporis natura vna ſpecie conſtabit et omnis qualitas corporis illa ſola erit, quae in illa inenarrabili* gloria *(ſplendore) fulgebit, quae ſpiritalis corporis futura eſſe ſentienda eſt.*

L. de *Oratione* §. 31.[1]). *Cogitando autem peractam genuflexionem oſtendere mihi videtur Apoſto-*

1) in ed. Par. T. I. p 268. την δε νοητην γονυκλισιαν — — δηλουν μοι ὁ Αποσολος φαινεται ἐν τῳ· ἱνα ἐν

Apostolus in his: vt in nomine Jesu genu flectant etc. *Neque enim vllo modo existimandum est, ita effecta esse corpora coelestium, vt genua etiam corporea habeant*, cum rotunda esse eorum corpora *demonstratum sit ab iis, qui accurate ista tradiderunt. Id qui admittere nolit, is nisi plane insipiat, etiam singulorum vsum membrorum, ne quid in his a Deo frustra factum sit, admittere cogetur; vtrinque offendens, siue dicat partes corporis frustra* — — *a Deo datas, siue dicat, viscera et intestinum* proprios suos vsus *in coelestibus quoque obtinere; stultissime autem aget, qui putabit, ea statuarum more humanam speciem in sola superficie non etiam in interioribus habere.*

Adv. *Celsum* l. II. §. 62. [1]). *Erat autem* (Jesus) *post suam* resurrectionem, *quasi medius inter*

ἐν τῳ ὀνοματι Ἰησου γονυ καμψῃ — — — ἐσχηματισθαι γαρ των ἐπουρανιων τα σωματα, ὡς και γονατα σωματικα ἐχειν αὐτα, ὑπολαμβανειν οὐ πανυ τι χρη· σφαιροειδων παρα τοις ἀκριβως περι τουτων διειληφοσιν ἀποδεδειγμενων αὐτων των σωματων. Ὁ δε μη βουλομενος τουτο παραδεξασθαι, και τας χρειας ἑκαστου των μελων, ἱνα μη ματην ᾐ τι δεδημιουργημενον αὐτοις ὑπο του Θεου, ἐαν μη ἀναισθευηται προς τον λογον, παραδεξεται, ἑκατερωθεν πταιων· εἰτε φησει μελη σωματος ματην — — γεγονεναι αὐτοις ὑπο του Θεου, εἰτε ἐρει τα ἐγκατα, και το — ἐντερων τας ἰδιας χρειας ἐπιτελειν, και ἐν τοις ἐπουρανιοις. σφοδρα δε μωρως ἀναστραφησεται ἐαν τροπον ἀνδριαντων τις νομιζῃ την μεν ἐπιφανειαν μονην εἰναι ἀνθρωποειδη, οὐκετι δε τα ἐν βαθει.

1) ed. Par. T. I p. 434. ἠν γε μετα την ἀναστασιν αὐτου ὡσπερει ἐν μεθοριῳ τινι της παχυτητος του προ του παθους

Inter craſſum *corpus illud, quod habebat antequam pateretur, et* ſubtile, *quo anima induta conſpicitur, poſtquam* prius *corpus depoſuit.*

Adu. *Celſum* l. III. §. 41.[1]). *Si quem haec offendunt, quae de Jeſu corpore dicimus, is Graecos conſulat de materia, quam docent per ſe omnis expertem eſſe qualitatis; qualitates indui, qualescunque illis Deus circumdare vult, et ſaepe prioribus poſitis MELIORES ET DIVERSAS ASSVMERE. — Quae ſi ſana ſunt, quid mirum, qualitatem corporis mortalis Jeſu — in* aetherem *mutatam fuiſſe?*

— — — l. IV. §. 57.[2]). *Scimus nos quoque, eſſe corpora coeleſtia et corpora terreſtria — — Propterea etiam* reſurrectionem mortuo-

παθους σωματος, και του γυμνην τοιουτου σωματος φαινεσθαι ψυχην — — —

1) ed. Par. T. I p. 474. ἐαν δε τις προσκοπτη και περι του σωματος αὐτου ταυθ' ἡμων λεγοντων, ἐπιϛησατω τοις ὑπο των Ελληνων λεγομενοις περι της τῳ ἰδιῳ λογῳ ἀποιου ὑλης, ποιοτητας ἀμφισκομενης ὁποιας ὁ δημιουργος βουλεται αὐτῃ περιτιθεναι και πολλακις τας μεν προτερας ἀποτιθεμενης κρειττονας δε και διαφορους ἀναλαμβανουσης· εἰ γαρ ὑγιη τα τοιαυτα, τι θαυμαϛον, την ποιοτητα του θνητου κατα τον Ιησουν σωματος — — μεταβαλλειν εἰς αἰθεριον και θειαν ποιοτητα.

2) — — — — p. 548. ἰσμεν γαρ και ἡμεις, ὁτι ἐϛι και σωματα ἐπουρανια, και σωματα ἐπιγεια — — διο και την ἀναϛασιν των νεκρων ἀποδεχομενοι, μεταβολας φαμεν γενεσθαι ποιοτητων των ἐν σωμασιν, ἐπει σπειρομενα αὐτων τινα ἐν φθορᾳ, ἐγειρεται ἐν ἀφθαρσιᾳ κ. τ. λ.

mortuorum *profitentes, corporum qualitates immutari dicimus;* quandoquidem *ſurgent ſeminata* in corruptione, incorrupta, in ignobilitate, glorioſa etc.

Adu. *Celſum* l. VII. §. 32. [1]). *Vtile fuerit, praeter ea, quae hac de re ſupra dicta fuere* (nempe l. 5. §. 18. 19. ſeqq.) *hoc vnum obſeruare, quae de reſurrectione tradimus, ea non proficiſci, vt Celſus putat, ex male intellecta animarum e corporibus in corpora migratione;* ſed quia ſcimus animam — — — *in nullo corporeo loco conſiſtere, quin indigeat corpore ad naturam illius loci accommodato, quod corpus modo quidem geſtat, — — — modo ſuper illud quod prius habebat induitur meliore, quo indiget ad priores aethereos et coeleſtes locos* —

Hi itaque loci fere primarii, in quibus *Origenem* ſuis verbis iudicium ſuum de reſurrectione propoſuiſſe deprehendimus. Supereſſent fortaſſis pauci alii inprimis in *exhortatione* eius ad *Martyrium*, et totidem fere in *Dialogo c. Marcionitas.*

1) ed. Par. T. I. p. 716. *χρησιμον προς τοις ἀνωτερω εἰρημενοις ἡμιν περι τουτου, τουτο μονον ὑποσημειωσασθαι προς τον λογον, ὁτι οὐχ᾽, ὡς οἰεται Κελσος, της μετενσωματωσεως παρακουοντες τα περι ἀναστασεως φαμεν· ἀλλ᾽ εἰδοτες ὁτι ἡ — — — ψυχη, ἐν παντι σωματικῳ τοπῳ τυγχανουσα, δεεται σωματος οἰκειου τῃ φυσει τῳ τοπῳ ἐκεινῳ, ὁπερ ὁπου μεν φορει — — ὁπου δε ἐπενδυσαμενη ᾡ προτερον εἰχε, δεομενη κρειττονος ἐνδυματος, εἰς τους καθαρωτερους και αἰθεριους και οὐρανιους τοπους — — —*

cionitas. Sed cum euictum sit, posteriorem temere *Origeni* adscriptum olim fuisse, huius caussa etiam sententiis eius carere possumus, etsi iisdem vtemur deinceps in alio loco. Et quod ad reliquos in priore attinet locos, seruabimus eos nobis ad extremi capitis propositum. Erit itaque ante omnia Volumen, quod diximus, perficiendum, relicto amplius hoc, vt ii quoque audiantur, qui Viri docti opinationes de resurrectione variis modis reprehenderint. Atque in his cum primum fere, quatenus constat, prodierit *Methodius*, huic ergo primas quoque actoris partes in nostra narratione concedemus, non admodum verentes magnitudinem libelli, quem scripsisse fertur, cum *Epiphanius* cumque eo *Photius* primaria eius momenta in compendium redegerint in libris atque locis supra laudatis: Itaque horum vtemur opera.

Methodii actio c. *Origenem* in capite de *resurrectione* — Origenes affirmat, *Scripturas si quis accurate intelligat, sciet, resurrectionem nequaquam* ad hoc corpus *debere referri* — — *sed ad spiritale potius, in quo* eadem, *quae mortali huic inest*, nota ac figura *conseruabitur, vt adeo quisque nostrum, quoad* formam *corporis*, idem *existat*, —— *talem statuit futuram* resurrectionem *fore; fluxo enim corpore materiali nec vel per breuissimum tempus in suo statu permanente, necesse* [1]) *omnino esse, vt resurrectio in sola forma*

1) ap. *Epiphan.* T. I. p. 539 seq. ταυτας γαρ (ita *Proclus* in persona *Origenis*) ἐαν τις οιος τε ᾐ — ακρι-

forma fiat — quod *Eliae et Mosis apparitiones clarissime demonstrent* [1]). Idem asserit in Interpretatione Psalmi LXV, *resurrectionem* dicens, *soli hominis formae conuenire putandum est; cuiusmodi Jesus habuit post transfigurationem, quando in montem cum Petro, Mose et Elia ascendit* [2]). Sed multo plura nugatur, vt: *distinguendum esse inter* corpus *et* carnem [3]); *corpus hoc*

— — ἀκριβως νοειν, εἰσεται την ἀναςασιν ἐπι τουτου μη χρηναι παραλαμβανεσθαι του σωματος — — — ἀλλα ἐπι του πνευματικου, ἐν ᾡ αὐτος, ὁ και νυν ἐν τουτῳ διασωζομενος χαρακτηρ τηρηθησεται, ἱν᾽ ἑκαςος ἡμων και κατα την μορφην ὁ αὐτος ἡ — — ἐλεχθη Ωριγενει — οὑτω ἐκεινος ἐσεσθαι τιθετη την ἀναςασιν· ῥευςου γαρ ὀντος του σωματος του ὑλικου και μηδεποτε μενουντος ἐφ᾽ ἑαυτῳ, καν το βραχυ — — — ἀναγκη, (hic consequentia desunt apud Epiphanium, sed *Photius* seruauit aeque vt antecedentia sic:)

1) ap. *Phot.* c. 234. p. edit. Rhotomag. 925. (ἀναγκη) δη την ἀναςασιν ἐπι μονου εἰδους ἐσεσθαι — — οὐκουν, ὡ Ωριγενες, εἰ — — — ἀποδειξιν δοκιμωτατην την κατα τον Ηλιαν ἡμιν ὀπτασιαν και Μωσεα παρεχεις κ. τ. λ.

2) ap *Epiphan* T. c. p. 560. ἐν τῃ κατα τον ἑξηκοςον ψαλμων προφητειᾳ και πεμπτον — φησι, την ἀναςασιν ἐπι μονου του εἰδους σωζεσθαι δει προσδοκαν — — — ὡσπερ οἱον τῳ Ιησου κατα την μεταμορφωσιν ἠν, ὁτε εἰς το ὀρος ἀνεβη μετα Πετρου και του Μωυσεως κ. τ. λ.

3) ap. *Epiphan.* T. c p. 580. ἐαν δε ΔΙΑΦΟΡΑΝ εἰναι σωματος προς σαρκα ὑποτοπαζωσιν — και ΣΩΜΑ μεν ἀλλο νομιζοιεν, οἱον αὐτης της ψυχης, ὁ μη βλεπεται, ΣΑΡΚΑ δε τουτο το ἐξω το βλεπομενον κ. τ. λ.

hoc carneum animae carcerem, vinculum, compedes *esse* [1]); in Scripturis ipsis idem siue etiam ipsam mortem cum tunicis pelliceis comparari [2]); *futurum angelicum corpus* [3]) ex puro aëre atque igne

1) — — — — p. 567. οὐχι κἀκεινο — δοκει σοι μη ὀρθως ἐχειν — δεσμον και πεδας το σωμα μεμηχανησθαι κατα της ψυχης; και ὁτι και ὁ προφητης δεσμους γης ἐφη ἡμας — και ὁ Δαβιδ πεπεδημενους· — et ap. *Phot.* p. 908. — οὐ δεσμον φησι (Μεθοδιος) το σωμα της ψυχης ἐιναι, ὡς Ωριγενης ᾡετο, οὐδε δεσμωτιδας τα ψυχας παρα του προφητου Ιερεμιου καλεισθαι — —

2) — — — — p. 566. ἀναγκη γαρ (ita *Aglaophon* in persona *Origenis*) μοι δεδωκοτι τους δερματινους χιτωνας ἐιναι τα ΣΩΜΑΤΑ, ὁμολογειν — et mox: δια την παραβασιν οἱ χιτωνες αὐτοις και δι' αὐτων ἡ τουτων αὐτοις κατασκευασις, et ap. *Phot.* p. 909. δερματινας χιτωνας τον ΘΑΝΑΤΟΝ φησι· λεγει γαρ περι του Αδαμ — ὁ Θεος — — τους δερματινους χιτωνας δια τουτο (κακον) κατεσκευασεν, οἱονει νεκροτητι περιβαλων αὐτον, ὁπως δια της λυσεως του σωματος παν το ἐν αὐτῳ γεννηθεν κακον ἀποθανῃ. Haec accuratius descripsimus, vt pateat non pugnasse secum *Origenem*, dum mox *mortem*, mox *corpus* in illis *tunicis* quaesiuerit, aut pugnantem eum facere *Methodium* vtramque promiscue ipsi tribuentem interpretationem. Nam *corpus* mortem affert, vnumque ex altero consequens.

3) ap. *Epiph.* T. c. p. 556. φρασας (Ωριγενης) ἀποφηνασθαι τον Κυριον, ὡς οἱ της ἀναστασεως τευξομενοι ἐσονται τοτε ὡς ἀγγελοι, ἐνθα πειραζουσιν αὐτον οἱ Σαδδουκαιοι ἐπεφερεν· οἱ δε ἀγγελοι ἐκτος ὀντες σαρκος ἐν μακαριοτητος ἀκροτητι, δια τουτο και δοξης εἰσι και ἡμας δε ἀρα ἐξισαζεσθαι μελλοντας ἀγγελοις ἀναγκη δη σαρκων ὡσαυτως ἐκεινοις γυμνους ἐσεσθαι δειν. — —

igne *compositum fore* [1]): *Itaque etiam Apostolum hoc nostrum* terrestre et destruendum habitaculum *appellare* [2]); *affirmare eandem* carnem et sanguinem regnum Dei possidere non posse [3]); *optare*, vt liberetur a corpore hoc mortali et *lege peccati*, quae sit corpus [4]); *profiteri*, nihil boni in

1) ap. *Phot.* p. 924. παν το ἐκ καθαρου ἀερος.και καθαρου πυρος συνιςαμενον συγκριμα και τοις ἀγγελικοις ὁμοουσιον ὑπαρχον — — τοιουτον και ἐκ τουτων το ἀναςηναι μελλον σωμα ἀνθρωπον Ὠριγενης ἐφανταζετο, ὁ πνευματικον ἐφησεν.

2) *ibid.* p. 920. το· οἰδαμεν γαρ ὡς ἐαν ἡ ἐπιγαιος ἡμων οἰκια του σκηνους καταλυθη κ· ε· οἱ Ὠριγενιαςαι εἰς ἀναιρεσιν της των σωματων ἀναςασεως προβαλλονται, σκηνους το σωμα και ἀχειροποιητον ἐν οὐρανοις οἰκιαν τα παρ᾽ αὐτων πνευματικα ἐνδυματα λεγοντες.

3) ap. *Photium* p. 921. τουτο δε 'φημι ἀδελφοι, ὁτι σαρξ και αἱμα κληρονομησαι — — — οὐδε ἡ φθορα την ἀφθαρσιαν κληρονομει — — ΣΑΡΚΑ φησιν (haec *Methodii* verba, vnde tamen patet *Origenem* dixisse quod negatur) οὐ την σαρκα αὐτην ἐδηλωσεν, ἀλλα.την ἀλογον προς τας ἡδονας ὁρμην — ΦΘΟΡΑ δε οὐκ αὐτο ἐςι το φθειρομενον, ἀλλα το φθειρον —

4) ap. *Epiphan.* p. 581. ἐφεξης — — και τα ἀλλα προσαπορουσι κεφαλαια — — το, ἐγω δε ἐζων χωρις νομου ποτε την ἐν τῳ παραδεισῳ — — — προτης ἐντολης οὐκ ΕΚΤΟΣ ΣΩΜΑΤΟΣ (hoc itaque *Origenes* dicebat) ἀλλα μετα σωματος ἡμων ἐν τοις πρωτοπλαςοις διαγωγην παρεγγυα (cf. ap. *Phot.* ead. p 910.) et p. 589 οὐ το σωμα τουτο — ΘΑΝΑΤΟΝ, ἀλλα την ἁμαρτιαν την κατοικησαν δια της ἐπιθυμιας ἐν τῳ σωματι λεγει.

in carne ſua eſſe [1]); *Prophetam* vinctos *propter corporis moleſtias* nos in terra *dicere, atque Davidem* compedibus conſtrictos [2]). *His ita allatis locos a communis opinionis defenſoribus ipſi oppoſitos allegorice explicat, vt* Orationem apud Ezechielem de reuocatione Iſraelitarum ex captiuitate babylonica [3]). Et vt tandem vno intuitu locus, vnde in peruerſa opinatione exit, ad quem pergit, et in quo ſubſiſtit, peruideatur, ſummam diſputationis eius hanc habete: *Anima corpus, quod circumdatum nobis eſt, in delicti poenam accepit, cum ſuperioribus temporibus ab eo ſeparata ſumma in felicitate degeret; hac SCORTEAE TVNICAE ſunt, quibus incluſae ſunt animae, vt mortuum illud corpus circumferentes, eorum quae commiſerant, poenas luerent; magno nobis nunc impedimento eſt hoc corpus ad eorum, quae reuera ſunt, perceptionem et ſcientiam, quod partim in eo curando atque fouendo ſimus occupati, partim ventris nos illecebrae ac cupiditates pertur-*

1) ap. *Epiphanium* p. 587. οἶδα ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτ᾽ ἐϛι, ΕΝ ΤΗ ΣΑΡΚΙ μου, το ἀγαθον, κ. ε. την ἀπο της παραβασεως δια της ἐπιθυμιας εἰϛοικιϑεισαν εἰς ἡμας ἁμαρτιαν βουλεται μηνυειν (nempe per ἐν τῃ σαρκι) cf. ap. *Phot.* p. 915.

2) — — — p. 567. et ap. *Photium* p. 907. verbis paulo ante exſcriptis.

3) ap. *Photium* p. 929. το παρα του προφητου Ιεζεκιηλ περι της ἀναϛασεως των νεκρων ῥητον εἰρημενον, Ωριγενης ἀλληγορουν — εἰς την των εἰς Βαβυλωνα αἰχμαλωτιϑεντων Ισραηλιτων ἐπανοδον ἐκβιαζει εἰρησϑαι.

perturbent: Itaque necesse est, vt post discessum e vita anima, quo sine peccato et lapsu in coelo viuere cumque angelis vno domicilio frui possit, libera a corpore nudaque existat [1]). — — — Hactenus ille: Vos nunc, optime Theophile, vosque ceteri arbitri orationis nostrae cognoscite [2])!

Epiphanii actio contra *Origenem* in capite de *resurrectione* [3]): *Arrogans homo, sibi sapiens, per-*

1) ap. *Epiphan.* — p. 564. f. ἐλεγετο — ἡ ψυχὴ το σωμα δια την παραβασιν ὁ περικειμεθα τουτο ἀνειληφεναι, χρονοις τοις ἀνω χωρις αὐτου μακαριως διαξασα· τους γαρ δερματινους εἰναι χιτωνας σωματα, εἰς ἁ ἐνειρχθαι συνεβη τας ψυχας; δικην ὁπως ὡν ἐδρασαν νεκροφορουσαι παρασχωσιν. — —| ουχι και τουτο ἐν τοις ἑξης ἐλεγετο — ὑπο σου, ὡς ἐμποδων προς την καταληψιν ἡμιν το σωμα των ὀντως ὀντων, και γνωσιν, δια τας προς το κοσμειν ἀσχολιας αὐτο και θεραπευειν, γινεται; και τας ἀλλας τας περι την ἐπιθυμιαν της γαστρος προσβολας — — και δια τουτο μετα την ἐντευθεν ἀποδημιαν ἐκτος ἁμαρτηματων ὁπως ἐσοιτο, και παρακοης ἐν τοις οὐρανοις ἐνθα και τας διατριβας ἐξει μετα των ἀγγελων, ἐλευθεραν αὐτην και γυμνην χρηναι διαμειναι σωματος — — —

2) Ita *Methodius* ὠ κρατιστε Θεοφιλε — και οἱ λοιποι κριται των λογων. ap. *Epiph.* p. 560.

3) Imitabimur vel potius seruabimus accurate vehementiam sermonis, qua *Epiphanius*, vt erat Viri ingenium, etiam in hoc loco vtitur, vt et iuniores hoc exemplo discant, quomodo nullo tempore defuerint acerbi in ecclesia declamatores adeoque non nimis terreantur per vociferationes recentiorum quorundam, et vt praeterea *Methodii*, etsi in simili caussa versantis, modestior tamen disputatio hoc magis ad sequendum se insinuet. Nam

perscrutator imperscrutabilium, transscendens coelestia [1]), *Origenes, vanissime se Adamantium appellans* [2]), *inter alia absurda dogmata et perniciosam in multis fidei capitibus doctrinam* [3]) *etiam mortuorum resurrectionem mancam asserit, partim verbis eam stabiliens, partim funditus tollens, aliquando vero partem tantum hominis excitari putans* [4]), *cuius iam improbitatem vel tribus certe*

vt dicebatur etiam Ευβουλιος, ita excerpta credere iubent, eum per totum Dialogum nominis memorem fuisse.

1) T. I. p. 531. ἀρχη μοι λεγειν προς τον κομπωδη και δοκησαι σοφον, και ἐρευνητην ἀνερευνητων, και ἐκβιβαςην των ἐπουρανιων p. 603. προς τον ἐθελοσοφον.

2) — p. 603. προς τὸν — Ὠριγενην τον ματαιως ἑαυτῳ ἐπιθεμενον ὀνομα Αδαμαντιον.

3) — *ibid.* προς την αὐτου ἀτοπιαν και κατα της ἀληθειας ἐν πολλοις μερεσι της πιςεως κακως ἐπινενοημενην ὀλεθριον διδασκαλιαν.

4) — p. 528. την των νεκρων ἀναςασιν ἐλλιπη ποιεται πη μεν λογῳ παριςων ταυτην, πη δε ἐξαρνουμενος τελεωτατα, ἀλλοτε δε και μερος ἐξ αὐτης ἀνιςασθαι. (Haec postrema cum *Petauio* vertimus, quoniam non intelligimus, quorsum referendum sit femininum ἐξ αὐτης, hac quidem lectione et distinctione seruata. Quoniam vero mox sequitur ἀλληγορει δε τὸ λοιπον, forte ad τελεωτατα punctum ponendum; αὐτης referendum ad antecedens γραφης cum suo μερος, quemadmodum sequens τὸ λοιπον; vt sit interpretatio — *funditus tollens.* Alias vero partem scripturarum *restituit*, (nempe in Hexaplis) reliquum vero *allegorica* interpretatione explicat. Hic, nisi me plane amor coniecturae fallit, vnice verus

certe verbis ex Commentariis in Pſalmum primum allatis aperiemus; (nunc ea ſequuntur, quae ſupra ſummatim dedimus)[1]). *Sic ſubdolè callideque reſurrectionem confitetur, ſpeciem tantum retinens et ſolum nomen vſurpans, cum animae tanquam non cadentis nulla cogitari poſſit, et aeque minus, quod vult, partis tantum corporis*[2]). — *Aliud animale aliud ſpiritale corpus eſſe dicit, non eiusdem diuerſos ſtatus*[3]) *corpora noſtra affirmat ſcorteas tunicas eſſe*[4]), *ſeductus a Graecorum fabulis, et quo hoc melius tueatur*

Q 2 *ſuam*

verus ſenſus; nam volebat duo praecipua merita *Origenis* reprehendere tanquam Theologo indigna, cuius potius ſit Panarium contra omnes haereſes ſcribere, et vt volumen exeat, ſexcentas nouas fingere — —)

1) T. I. p. 529. *αὐτας τας αὐτου λεξεις παραθησομεθα ἐκ του προτου ψαλμου — ἀπο της μιας ἠ δυὸ, ἠ τριων λεξεων το παν το περι την πιστιν της μοχθηριας ἀποκαλυψωμεν.*

2) T. I. p. 592. *ἀναστασιν δε παλιμβολος και αὐτος ὁμολογων πεφαντασασμενην δοκησιν και οὐκ ἀληθινως ἐχον — μονον το ὀνομα λεγειν· ἀναστασις οὐν ποια ψυχης δυναται λεγεσθαι της μη πιπτουσης .. — εἰ δε και μερος της ἀναστασεως ἐγειρεται, μερος δε ἀποτιθεται, ἀρα τουτο το μερος πως ἐσαι.*

3) *ibid.* — *οὐκ ἀλλο σωμα πνευματικον, και ἀλλο ψυχικον, ἀλλ' αὐτο ψυχικον, αὐτο πνευματικον.*

4) — — p. 594 *συ δε φασκεις — ταυτα τα σωματα εἰναι τους δερματινους χιτωνας* — — et p. 591 *φασκεις, ὡ οὑτος, ἐπισκωμματιζων, ὁτι μη ἀρα βυρσοδεψης ἠν ὁ Θεος, ἱνα χιτωνας δερματινους* ΤΟΙΣ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΑΔΑΜ (non *Adamo* vt *Petauius*, ſed *puden-*

suam de resurrectione opinionem [1]) *infidelis homo et omnibus infidelibus deterior* [2]); *ad corporis nostri materiem perpetuo siue affluentem siue defluentem prouocat* [3]); *immo audet pronuntiare I. C. parte sui corporis deposita vna, alteram tantum excitasse* [4]); *vrget exemplum Apostoli de grano non toto iterum surgente* [5]), *vt nihil ad insolentem loquacitatem deesset. Sile, o Babylon, vetus illa nobis instaurata confusio! Tace, Sodoma, horri-*

pudendis Adami) ποιησῃ κ. τ. λ. cf. eius ep. ad *Ioannem* ep. Hier. III. opp. *Hieron.* f. 72. a.

1) T. I. p. 594. δια τα ἐν σοι ἀπ' ἀρχης σπερματα καταβληθεντα της ἀπο των Ἑλληνων ἐθνομυθου διδασκαλιας — — — και δια τον — κακοτροπον λογισμον της περι της ἀναστασεως ἀπιστιας.

2) — — p. 595. Απιστε και ἐπεκεινα των ἀπιστων τυγχανων — —

3) Haec reprehensio iis continebatur, quorum iactura in *Petauii* editione, qua vtimur p. 596. stellulis notata est, vt patet ex longiore disputatione p. sequente.

4) T. I. p. 597. εἰχεν ἀρα ὁ Σωτηρ ἡμων — — — μερος αὐτου ἀποθεσθαι, μερος δε ἐξεγειραι κατα την μυθωδη σου ἀνασκευην — —

5) — p. 598. ὁλος ὁ κοκκος αὐτου (Χριστου) ἀνεστη — — και οὐκ ἀλλος κοκκος παρα τον ὀντα ἀνεστη (alludit nimirum ad demonstrationem formae corporis in resurrectione per similitudinem grani ab Apostolo adhibitam, quam ipsis antea *Origenis* verbis posuimus.)

horribilium tuorum criminum clamor ad Deum vsque prouectus [1]). — —

Hieronymi actio in *Origenem* in capite de resurrectione [2]); *In famosissima de resurrectione carnis et corporis quaestione* [3]) *plane haereticus est Origenes eamque verbis tantum confitetur, ipsa vero* assertione destruit [4]). *Nam primum in libris* ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ *ea ponit, quae eandem plane tollant,* vt, rationales creaturas per negligentiam (παραβασιν vt erat supra in graeco *Methodii* contextu) ad terrena corpora esse delapsas; corporales substantias aliquando plane delapsuras, aut futura esse corpora, quod nunc sit aether et coelum; immo aliquando etiam ab his liberari, vt totae sint spiritus; desperandum nobis fore de similitudine Dei, si eadem simus semper corpora habituri [5]). *Deinde in libro*

1) — — p. 601. Σιωπα Βαβυλων, ἡ αρχαια παλιν ἡμιν ανακαιζομενη συγχυσις· πεφιμωσο Σοδομα, και ἡ της πολλης σου δεινοτητος προς Θεον κραυγη ανερχομενη —

2) Vt tempori atque chartae parcamus, superiorem orationem ipsis, quantum fieri potest, verbis *Hieronymi* colligabimus, locis tantum, vnde ea desumsimus, hic infra notatis.

3) Ipsa eius verba in ep. ad *Pamm.* adu. errores *Iohannis. Hieron.* f. 77. b.

4) ad *Pammach.* et *Occanum* de erroribus *Origenis* f. 81. b.

5) ad *Auitum* f. 68. b. f. 70. a. ad *Pammach.* adu error. *Iohan.* f. 76. b. Apol. adu. *Ruffinum* l. I. p. 93. b.

quoque de resurrectione quarto *et* in expositione primi Psalmi *et in* Stromatibus, *quamuis etiam* in aliis locis *aperte dicit duplicem versari in ecclesia errorem, quoad hoc dogma*, nostrorum et haereticorum. Nos simplices (ἁπλουστερους) et φιλοσαρκας dicere, quod eadem ossa et sanguis et caro, id est, vultus et membra totiusque compago corporis resurgat in nouissima die; scilicet vt pedibus ambulemus, operemur manibus, videamus oculis etc. Consequens autem esse, qui ista credamus, dicere nos, quod et comedendum nobis sit et bibendum, digerenda stercora, effundendus humor, ducendae uxores, liberi procreandi: Quo enim membra genitalia, si nuptiae non erunt? Quo dentes, si cibi non molendi sunt? Quo venter et cibus, si iuxta Apostolum *et hic et ille destruetur?* Ipso iterum clamante, caro et sanguis regnum Dei non possidebunt, neque corruptio incorruptionem! Haec nos innocentes et rusticos asserit dicere: Haereticos vero, in quorum parte sunt *Marcion*, *Appelles*, *Valentinus*, *Manes* — penitus et carnis et corporis resurrectionem negare et salutem tantum tribuere animae, frustraque nos dicere ad exemplum Domini resurrecturos, cum ipse quoque Dominus in φαντασματι resurrexerit, et non solum resurrectio eius, sed et ipsa natiuitas putatiue magis visa sit, quam fuerit: „sibi autem vtramque displicere „sententiam, fugere se et nostrorum carnes et „haereticorum phantasmata; quia vtraque pars „in contrarium nimia sit — cum anima caducum hoc corpus dimiserit, omnia redire ad ma-

„trices

„trices ſuas ſubſtantias, carnes in terram, halitum in „aëra et ſic porro; ſubſtantias tamen non perire, „in originalibus materiis, non tamen in antiquam „redire compagem — vt ſoliditatem carnium, „craſſitudinem neruorum — — — Singulis ſe„minibus ratio quaedam a Deo artifice inſita eſt, „quae futuras materias in medullae principiis te„net — — — vt in grano tritici (nudo) ra„dices, culmus, folia, ariſtae, paleae ſunt diſſolu„tae (h. e. ſparſim diſtributae), ſic in ratione hu„manorum corporum — in illo corpore ſpiri„tuali toti videbimus, toti audiemus, ambulabi„mus — — — *et transfigurabit Dominus* „*corpus humilitatis noſtrae, conforme corpori cla-„ritatis ſuae gloriae*: quando dixit transfigurabit, „membrorum, quibus nunc vtimur, diuerſitas de„negatur (hic niſi in verbo *denegatur* lapſus interpretis eſt, *diuerſitas* intelligenda eſt de *varietate* membrorum, ex qua alia pedes, alia manus ſunt, quod vtrinque contextus cogit) aliud „nobis ſpirituale et aethereum, quod nec tactui „ſubiacet, nec oculis cernitur etc. — — — „alioquin rurſum mares et feminae *(cum tamen ſexus diuerſitas omnis tollenda ſit*, haec nimirum aliunde addidimus) rurſum nuptiae, barba, mu„lierum pectora — — — reſurgent ſenes, „infantuli — — — Nec te decipiat reſurrectio „Domini — — illud corpus aliis pollet priui„legiis, quod de viri ſemine — non natum eſt. „— Apoſtolis fidem facere voluit reſurrectionis „ſuae, ſed tamen non diſſimulat naturam aërei

„corporis et spiritalis clausa ingrediendo ostia [1]).„ *Haec ille* Origenes: *Neque aliquis dicere possit,* libros eius ab haereticis esse deprauatos; *nam si homilias exceperis, in quibus locus moralis tractatur, et in quibus valde nobis probatur* [2]), *omnes eius reliqui libri, Tomis* (Commentariis) *non exceptis, pleni sunt erroribus,* vt nunc consequens *foret, nihil Origenis superesse* [3]). *Et quis Latinorum ausus est vnquam, transferre eius libros* de resurrectione [4])? *Quin adeo, in quo alii excusationem quaerunt, non sit ita fatuus, vt contraria sibi loqui possit. Ego noui* [5]); *neque audio, si ipse* (libro primo περι αρχων ad extr.) *audaciam opinandi tegat illo;* Haec iuxta nostram sententiam non sunt dogmata (decreta) sed quaesita tantum, ne penitus intractata viderentur [6])

— — —

Theophili Alexandrini actio contra *Origenem* in capite de resurrectione [7]): *Origenes in loco de resur-*

1) adu. *Ioann Hiero.* f. 78. 79. cf. adu. *Ruffinum* l. II. f. 97. a. 99. b.
2) adu. *Ruffin.* l. II. f. 102 *in adolescentia homilias tantum eius ad populum,* in quibus *non tanta scandala scribuntur, transtuli.*
3) adu. *Ruffin* l. II f. 101. a.
4) adu *Pammach.* et *Occan.* f. 87. b.
5) adu. *Ruff.* l. II. f. 99. a.
6) ad *Auitum* quid cau. in II. περι αρχων f. 69. a.
7) cf. eius epist. *Synodicam* ap. *Mansium* T. III. p. 98: et plura in libris eius *Paschalibus* ab Hieronymo translatis.

resurrectione mortuorum perspicue blasphemat, et dicit, quod post multos seculorum recursus corpora nostra paullatim redigantur in nihilum et in auram tenuem dissoluantur, *ac ne paruum hoc putaremus*, adiecit, resurgens corpus non solum corruptibile, sed mortale erit. —

Habetis nunc, Lectores, caussam omnem *Origenis*, in hoc argumento, fide Actorum munitam, aut certe ita descriptam, vt neque *Halloixii* neque *Huetii* vobis amplius opus sit ad eam cognoscendam auxiliis. Itaque liberum quoque iudicium vobis relinquimus, neque nostrum obtrudimus, verum modo declaramus in opinando, *Origenem* resurrectionem *carnis* et *vel corporis*, crassiori sensu cogitatam, vno verbo *huius*, negasse. Est enim primum plane consequens hoc eius opinionis, quam de *praeexistentia* (προυπαρξει) animarum tuebatur et quam *Huetius*[1]) verissime fontem plurimarum eius opinionum dixit: Nostis vero qualem illam cogitauerit, vt diceret nimirum, animas omnes ante corpus hoc *terrenum* (nam hoc quoque non praetermittendum est) extitisse purissimo atque subtilissimo corpusculo indutas, atque deinceps poenae caussa in carneam hanc molem quasi vinculum iniectas fuisse. Cohaeret deinde (de quo plura disserendi Cap. V. commodior locus erit) cum eius aduersus *Chiliastas* pugna, quos adeo in interpretatione *primae* et *secundae* resurrectionis, ex Φρασει

 Johan-

1) in *Origenianis* l. II. qu. 6.

Johannea, in excerpto apud *Pamphilum* non obscure petit. Non pugnat porro cum altera eius non minus euicta, vt mihi quidem videtur, persuasione, *animam nunquam sine corpore extitisse*. Ponebat tamen hoc ex Platonis disciplina, quam c. II. p. 165. paucis explicauimus, hoc tantum discrimine, vt in effectis, doctrinae christianae caussa, illam scholam desereret. Nam quod illi dicebant, semper habuit corpus aethereum et subtilissimum, crassiori tanquam vestibus superaddito, quo deposito illud solum remanebit, hoc ita cum decretis religionis comparabat, vt diceret, *habuit olim corpus aethereum* (nunquam sine corpore extitit) sed *amisit*, et crassius *pro eo* nunc in poenam circumfert; *sed cum in eodem insint quasi semina nobilioris aërei corporis, eueniet, vt ex eo deposito et in terram illato tanquam ex grano* nouum *rursus spiritale corpus surgat, animae de nouo reddendum*. Sed pergamus! deprehendisse enim etiam nobis videmur tanquam quartum, ex quo ad denegatam ab *Origene* carnis resurrectionem haud fallax fieri possit conclusio, hoc, quod ipse locum de resurrectione *vniuerse* tantum sumtum ex superiore *Pamphili* recensione in iis numerauerit, qui et manifeste (σαφως, quo verbo saepius alibi in eiusmodi contextu vtitur) tractentur, et a doctore ecclesiae negari non debeant; vnde cogitur descriptionem *modi* et *rationis*, ex quibus futura sit, eundem inter ea retulisse, quorum non certa atque constans omnium vna esse siue debeat siue possit definitio, adeoque sibi etiam in ea describenda doctam libertatem

bertatem relictam esse indicasse. Quin adeo ipse hoc ita clare professus est in loco propinquo *Hieronymi*, vt ne his quidem ambagibus nobis opus fuisset, dum dicit *se in his non decreta ponere velle*, *sed tanquam in loco ambigue relicto, quaerere quid ex vtraque parte verissimum videatur*. Atque cohaerent haec omnino cum moderamine Veterum in rebus ad religionem pertinentibus scribendo docendoque tractandis, de quo nuperrime libellus in Academia Lipsiensi singularis clar. *Bayeri*, Catechetae Petrini, prodiit; dignus ille quidem munere atque doctrina Viri, vti alterius *Pierii* ab *Origene* Proto-Catecheta instituti, (quales vtrinque vt semper isti seminario doctorum ecclesiae contingant, ex verissimo eius tanquam ab Avo Viris tum primariis in ciuitate regenda persuasi, in Patrem deinceps piae memoriae et me quoque filium vndequaque benigni amore opto), sed tamen non ita perfectus, vt non in his multa addi, in aliis etiam aliter fortassis tractari debeant. Nam vt vtar opportunitate loci huic argumento paullisper inhaerendi, ne illa quidem partitio, quam in hac disputatione mox ab initio ponere solent Viri docti, in genus disputandi δογματικον et alterum οἰκονομικον, *siue* alio nomine γυμναςικον, ἀγωνιςικον, accurata satis mihi videtur, et nisi me omnia fallunt, tria potius genera statuenda erant, δογματικον, οἰκονομικον atque tertium γυμναςικον siue ἀγωνιςικον. Primum adhibebant in rebus manifeste in Scripturis traditis et quatenus definite tradita erant; medio et vltimo vtebantur pro tempore in

his,

his, quae non ex priore genere erant, in quibus ipsae literae diuiniores nihil certi constituerant, adeoque vt plurimum in *modo* rei definiendo, sed hoc iterum discrimine, vt οἰκονομικως agerent apud imbecilliores in populari institutione, quemadmodum defensione religionis apud exteros, atque hic in *re* per se certa *explicanda* tamen aliquando cederent opinionibus vulgi; contra γυμναστικως inter eruditos. Itaque etiam in commemorato libello primarios quosdam locos et ex ipso adeo *Origene* frustra quaesiuimus: vt illum *Tomo XV.* in Matthaeum: „*Exerceat* se autem aliquis in „hoc videndo, etiamsi nolit *inter dogmata* admit„tere, quae diximus:„ et mox: „dicta vero sint haec quoque siue *doctae exercitationis* caussa, siue, si quis ita velit, ex *vera certaque doctrina* [1]); alterum *Photii* in *Theognosti* mentione — siue, vt quis dixerit illius defendendi studio, *exercitationis* gratia haec proponens; *aut* ob *imbecillitatem* et *captum* auditoris nulla cognitione — imbuti et minus capacis accuratioris de religione cognitionis [2]). „

Putidae

1) edit. *Huetianae* p. 403. *Parisinae* p. T. III. p. 701. ΓΕΓΥΜΝΑΣΘΩ καν μη βουλεται τις εἰς ΔΟΓΜΑΤΑ παραδεξασθαι και τα λεγθομενα — λελεχθω και ταυτα, εἰτε ΓΥΜΝΑΣΙΑΣ χαριν λογικης, εἰτε βουλεται τις και ΔΟΓΜΑΤΙΚΗΣ.

2) *Cod.* 106. ex edit. *Rhotom.* p. 280. εἰτε (ὡς ἀν τις εἰποι) ἐκβιασαμενος την ὑπερ αὐτου ἀπολογιαν ἐν γυμνασιας λογῳ και οὐ δοξης ταυτα προτιθεις, ἠ και προς την του ἀκροατου ἑξιν και ἀσθενειαν, ἀμυητου παντελως ὀντος

Putidae hic diligentiae foret, lectores amplius admonere velle, quam accurate *Plotius* genus disputandi γυμναςικον ab οἰκονόμικῳ ipse diuiserit; neque minus cuiuis patens sit, *Origenem* eo modo prius opposuisse τῳ δογματικῳ, qui cum οἰκονομικῃ disputatione non plane conueniat. Et, vt hoc quoque addamus, in *hac* quasi dissimulabant tironum caussa, quibus satis esse poterat rem ipsam quocunque modo tenere aut plane ignorare [1]), in γυμναςικῃ vero doctam libertatem sibi sumebant. Quae si nunc cum re quaesita comparemus neque mirum sit, quomodo *Hieronymus* dicere potuerit, *non tanta scandala in Homiliis reperiri*, in quibus nimirum οἰκονομικως agebat, neque amplius obscurum, quare *Pamphilus* in oratione primum allata affirmet, se defensionis suae momenta non ex *publicis sermonibus*, sed priuatis maxime lucubrationibus *Origenis* deriuasse. Nam sine dubio eo tempore reperiebantur multi, qui defensoribus *Origenis* ita obuiam irent,

—— —— ὀυτος —— —— και μη δυναμενου δεξαθαι την της θρησκειας ἀκριβειαν κ. τ. λ.

1) cf. *Seuerus* in excerptis ex *Catena* MS. apud *Wolfium* in Anecdotis T. III. p. 188 — προσποιειται (nempe Paulus Act. XXIII, 3.) ἄγνοιαν οὐ βλαπτουσαν (*laedentem* aliquem) ἀλλ᾽ ΟΙΚΟΝΟΜΟΥΣΑΝ (se rebus accommodantem) ἐςι γαρ και μεταχειρισμῳ (lenis tractatio) ἰσχυροτερῳ παρρησιας· πολλακις μεν παρρησια (libertas in dicendo) ἀκαιρος ἔβλαψε την ἀληθειαν κ. τ. λ. et p 128 το ἐγειγερθαι αὐτον ὑπο του πατερος —— των μεν ἀκουοντων ᾠκονομει το ἀσθενες. ——

irent, vt dicerent eum in hoc vel illo de communi interpretatione affirmando tempori locoque se accommodasse. Quare et nos diligenter cauimus, ne ex aliis libris, praeter libros de *principiis*, *aduersus Celsum* et *Commentarios* in *Matthaeum*, quos posteriores inprimis prouecta iam aetate scripsit, sententias eius in capite de resurrectione decerperemus, cum constet hos fere omnes accurata diligentia ab eo elaboratos fuisse. Sed qui hactenus nobis visus est in accuratiore explicatione resurrectionem *huius* negasse *corporis*, amplius (quod *quartum* nostri iudicii fundamentum ponimus) talis reperietur, si cogitemus, quam valde sibi constet in huius loci pertractatione. Nam siue eum ipsum audias, siue *Methodio*, aut *Epiphanio* aut *Hieronymo* plus tribuere velis, tamen semper eandem differendi rationem deprehendes; manifeste simpliciorum ἔννοιαν de resurrectione reprehendit, quemadmodum ab aduersariis narratur fecisse; fere totidem verbis de *fluxa corporis materie*, *corpore* futuro *aethereo*, *vera comparationis apostolicae cum grano interpretatione*, iteratis vicibus differit, quot eiusdem recensent commemorati doctores; locorum porro scripturarum explicationes ipsi tributae ab his, vere apud eundem reperiuntur; oritur ex omnibus simul sumtis apte cohaerens demonstratio, quemadmodum *Hieronymus* eam summatim proposuit; dicit tandem aperte in extremo commentarii ad Psalmum primum, vt triticum ex grano natum, ita corpus futurum *figura*, *magnitudine*, *varietate* ab hoc nostro differre et quasi ex primis huius principiis

(λογῳ

(λογῳ σωματι ἐγκειμενῳ) naſci: Quae omnia trahunt, opinor, in eam ſententiam, vt iudicetur *Origenes* ex *Hieronymi* narratione mediam fere inter duas extremas opiniones, horum, qui carnis et huius ipſius corporis reſurrectionem ſtatuerent, atque illorum, qui eam plane negarent futuram, tenuiſſe. *Ipſam* rem in δογματι ponebat, *modum* vero rei ex eorum genere eſſe cenſebat, in quibus pro varietate locorum et ingeniorum mox οἰκονομια adhibenda ſit, mox γυμνασια vti liceat. Et iuuaret in hoc loco diſcipulum cum magiſtro, *Origenem* cum *Clemente* comparaſſe, vt quod in hoc, Actis non plus concedentibus, in ſuperiore narratione p. 113. ſuſpicabamur tantum, certis indiciis confirmetur: Sed cum haec iudicis potius ſint, quam narratoris, ſeponemus paullisper huiusmodi examen inter capitis *quinti* argumenta, in quo etiam pluribus Φρασεολογιαν doctorum Alexandrinorum in hoc de reſurrectione capite reliquisque cum eo connexis indicabimus. Iam hoc vnum reſtat, vt *Pamphilum* cum *Origene* conſentientem reddamus, qui expreſſis verbis atque ipſis adeo *Origenis* probabile reddere vult, eum docuiſſe, *hoc* corpus reſurrecturum eſſe, J. C. *carnem* in coelum *euexiſſe* (vt verbum eius retineamus); non ſolum *corpus*, ſed *carnem* in nobis omnibus futurae reſurrectionis participem fore. Eſſet nimirum facilis reſponſio, vnum aut duo teſtimonia, tot aliis contrariae ſententiae documentis non opponi poſſe atque ex plurimorum conſenſu iudicium formandum eſſe. Sed video praeterea multa alia ad dicendum relinqui. Etenim qui

qui dicit *hoc* corpus, non propterea cogitur *idem*, iisdem partibus atque membris, in eodem ſexu, intelligere aut defendere; vnde etiam nunquam eadem comprehenſione verborum *Origenem* locutum eſſe deprehendimus, quin potius eam omnino reiicientem. Et quod de carne Chriſti et quidem in poſteriore loco Pſalmi decimi noni diſputaſſe dicitur, primum *Pamphilo* credendum eſt ſoli, graeco contextu non ſolum deperdito, verum etiam quod ad priorem locum attinet, ex Pſalmo decimo *quinto*, (nobis *ſexto*) relicto fragmento, ἡ σάρξ μου· ἀντι τοῦ, ἡ ἐμψύχωσις μου· οὕτω καὶ Ἰωβ φησι· σάρκα με καὶ κρέας ἐνεδυσας, quod plane abhorret ab enarrata per *Pamphilum* interpretatione; deinde vero non ſequitur, quod *Pamphilus* nimis liberaliter exiſtimabat, qui carnem Chriſti in coelum euectam dixerit, nunc etiam noſtram ſequuturam cogitaſſe, inprimis ſi alibi, vt *Origenes*, reperiatur carni D. N. ſingularem praerogatiuam honoris tribuiſſe, tanquam quae non ex communi naſcendi modo extiterit; rurſus etſi diuerſitate verborum vtentes tamen re ipſa conſentiunt Epiphanius cum Hieronymo et Methodius cum vtroque, quod I. C. poſt reſurrectionem medium inter terreſtre atque coeleſte corpus tribuerit, vt ſuſpicio oriatur, eum *carnis* verbum in ſerie orationis a Pamphilo repetita non ita craſſo ſenſu ſumſiſſe, per formam dicendi ebraicam pro *homine* quomodocunque vſurpaſſe voluiſſeque dicere, omnes ſtupuiſſe, *cum primum hominem in coelum aſcendentem* vidiſſent. Atque iudicent alii, an non is,

qui

qui Eliam et Enochum *plane* negat in coelum ascendisse, vt I. C. *primam* ascensionem vindicet, illam de se suspicionem mirifice augeat, cum si vere verbo *carnis* carneam hanc et palpabilem corporis massam cogitasset, non modo ipsi satis esse potuisset, *carnis* vnice in Elia et Enocho in coelum translationem negare, verum vniuersam quoque conclusionem aliter informare debuisset neque pergere, I. C. *caro* prima ascendit, *non Elias, non Enoch primi ascenderunt*, sed, *non caro Eliae aut Henochi.* Enimvero dixit tamen vere *Tomo* XVII. in *Matthaeum* ante a nobis excitato, *non detrectamus fidem* — omnis caro *videbit* rel. *suscitabit* cutem meam rel. Immo hoc dixit! Sed nimirum interpretationem illius *omnis caro* per *omnis homo*, vt alterius orationis totius Jobi per *restitutionem in pristinam felicitatem rebus humanis abundantem*, sibi apud animum seruans, vno verbo *οἰκονομικῶς* cedens, aut si quis ita malit cum *Epiphanio* mox inclementer interpretari studium ambigui meriti *subdole et callide* agens; nam hanc tamen ex superiore accusatione meministis, Lectores, in aliis eius criminationem esse.

Sed posita nunc hac magistri opinatione, quomodo non haud fallaci coniectura liceat affirmare eandem ad omnem familiam eius, et institutionis, et familiaris consuetudinis, seminibus, vti procreatam ita nutritam transiisse! Quin immo non desunt in quibusdam propinquiora indicia huius rei, vt, in *Theognosto*, quem *Pho-*

tius [1]) narrat in libris *Hypotyposeon* omnia ex ſententia *Origenis* diſputaſſe; in *Pierio*, qui ab eodem affirmatur in omnibus magiſtri placita ſecutus eſſe, praeter locum de Chriſto, adeo, vt plane quemadmodum ille animarum praeexiſtentiam defenderit [2]); in *Dionyſio* Alexandr. qui non modo in longa deſcriptione morbi peſtiferi [3]), ne vno quidem verbo tot corporum per eum ſublatorum reſurrectionis mentionem facit, quod tamen, niſi id quod quaerimus, ponatur, expectandum erat, verum etiam *Nepotis* opinionem de *millenario* in inſtituta eius refutatione hac quoque inprimis de cauſſa reprehendit, *quod ſimpliciores Chriſtianos inducat, vt nihil amplius praeclari atque magni* de reſurrectione noſtra ex mortuis *ſentiant omniaque* leuia et mortalia *ſibi fingant* [4]), et, vt patet, ſtudioſe declinat vniuerſam φρασιν *reſurrectionis corporis*, — in ipſo *Pamphilo*, qui in introitu defenſionis ſuae etiam diligenter cauet, ne reſurrectionem *corporis huius* ſ. *carnis* in iis numeret, quae *manifeſte* in eccleſia tradantur, ſola reſurrectionis *mortuorum* mentione facta — — Sed enim ad eum nimirum peruenimus locum, in quo nobis ipſis a coniecturae vanitate cauen-

1) *Cod.* 106.

2) *Cod.* 119. ὑπαινιττεται δε — κατα τον Ωριγενους ὑϑλον, και προυπαρξιν ψυχων —

3) ap. *Euſebium* l. VII. c. 22.

4) ap. *eundem* l. c. cap. 23. — και τους ἁπλουςερους ἀδελφους ἡμων οὐδεν ἐωντων ὑψηλον και μεγαλειον φρονειν — περι της ἡμετερας ἐκ νεκρων ἀναςασεως — — ἀλλα μικρα και ϑνητα κ. τ. λ.

cauendum est. Itaque nihil addimus, cum praecipue e regione adstent *Nepos* cum suis, ad se nos seuocantes non sine indignationis significatione, quasi nolint nos diutius doctrinae Alexandrinae cognoscendae operam dare. Itaque, si placet, mox accedamus, vt et animum liberum a tenaci vnius partis studio videant, et recreetur fortassis animus in studiorum contrariorum spatia deductus

Hippolyti, NEPOTIS, *Apollinarii* senioris, *Victorini Pictaui.*

Et ecce recte ominati sumus! Nam etsi nobis cunctantibus per doctores Alexandrinos interea fugati sunt, tamen reliquerunt schedulas quasdam suae disciplinae indices haud obscuros, quas collegerunt *Eusebius* [1]), *Hieronymus* [2]), *Photius* [3]), et vnde valde probabile fit, eos resurrectionem *carnis* cum omni suo apparatu affirmasse. Eas itaque nostrae narrationis caussa secum comparemus.

Hippolytus primum *Irenaei* discipulus fuisse constanter affirmatur; in compendium redegisse libros *Irenaei aduersus haereses* [4]), peculiares

libros

1) in *histor. eccl.* l. VI. c. 22.

2) in *Catal.* Scriptor. eccl.

3) *Cod.* 121 et 202.

4) *Photius* l. c. Ἀνεγνώσθη — τὸ σύνταγμα κατὰ αἱρέσεων λβ· — — ταύτας δὲ φησιν ἐλέγχοις ὑποβληθῆναι ὁμιλοῦντος Εἰρηναίου, ὧν καὶ συνοψιν Ἱππόλυτος ποιουμενος κ. τ. λ.

libros scripsisse aduersus *Marcionem*. Qui si nunc quoque legatur locum de *resurrectione* ex instituto tractasse, vti legitur apud *Hieronymum*, quis a coniectura sibi temperare possit, eum quoque cum *Irenaeo* consensisse in eius professione et non minus a Marcionitarum et reliquorum Gnosticorum doctrina abhorruisse? Itaque tamen, non negamus, coniectura manet, hactenus quidem! Sed deprehendimus etiam eum secundum *Hieronymum* in *Apocalypsin*, et per eundem atque *Photium* in *Danielem* commentarios et de *Anti-Christo* librum elaborasse, praetereaque, *Eusebio* narrante, in quaedam *Ezechielis* capita, quae si rursus comparemus cum his, quae in facto posita sunt, *Irenaeum* regnum millenarium crassiori sensu defendisse, nuncque audiamus discipulum eius omnes illos libros Scripturarum S. interpretatione adiisse, in quibus maxima suae opinionis praesidia quaerunt millenariae in terris felicitatis statores, non mera profecto relinquitur coniectura, *Hippolytum* eidem opinioni addictum adeoque coactum fuisse resurrectionem *huius eiusdem carnis* in *prima* certe, quam cum suis millenarii prodromum faciebat resurrectione, tueri. Neque etiam, vt hoc tandem addamus, Actorum fide omnino destituti sumus. Ita enim *Photius* [1]): *in Daniele multa differit ex veteris doctrinae forma* (*ἀρχαιοτρόπως*) *non vt postea accuratius excussa fuere* (*οὐκ εἰς το ὕστερον διηκριβωμενον*). *Quod ipsi tamen condonandum est,* nam

1) *Cod.* 202.

nam qui prima fundamenta disciplinae alicuius ponunt (ἀρχην θεωριας καταβαλλομενους) — *in his contenti esse debemus conatu ipso et quatenus rem assequi iis licuit* — — *Antichristi adventum quingentesimo post Christum anno adscripsit, quasi a primo mundi initio* sex *millibus annorum tum decursis eius interitus instaret* — — — *legimus et eius homiliam de Christo et Anti-Christo* — *in qua eadem sensuum simplicitas atque vetustas*, [το (αὐτο ex antecedente αὐτη abstrahendum) ἁπλουςερον τε και ἀρχαιοτροπον.] Hic puto quemuis per se intelligere, doctrinam millenarii illam lenitate orationis ἀρχαιοτροπως και ἁπλουςερως tegi, nam *Photii* profecto tempore fere tota in obliuionem venerat et λογικωτεροις tum certe displicebat.

In *Nepote* adiuti etiam Commentario nuperrime edito [1]) Christ. Guil. Franc. *Walchii*, Theologi Goettingensis celeberrimi, mox clariora indicia adferre poterimus, quibus etiam penuria eorum aliquatenus leniatur. Hic itaque in *refutatione Allegoristarum* (h. e. ex coniectura *Walchii* admodum facili, *Origenistarum*) non modo ab *Eusebio* [2]) narratur millenarium tempus deliciarum *corporis* docuisse et a *Dionysio* [3])

 repre-

1) im *Entwurf einer vollstaendigen Historie der Ketzereyen, Spaltungen* etc. P. II. p. 136 sqq.

2) l. VII. c. 24. και τινα χιλιαδα ἐτων ΤΡΥΦΗΣ ΣΩΜΑΤΙΚΗΣ — ὑποτιθεμενος.

3) *Ibid.* τους ἁπλουςερους ἀδελφους ἡμων ουδεν ἑωντων ὑψηλον και μεγαλειον φρονειν — περι της ἡμετερας ἐκ νεκρων ἀναςασεως — ἀλλα μικρα και θνητα κ. τ. λ.

reprehenditur, quod non patiatur infirmiores *magni aliquid atque praeclari* de nostra resurrectione sentire, *exigua* omnia et *mortalia* iis persuadens; verum etiam a *Gennadio* [1]) affirmatur, primam apud *Johannem* in Apocalypsi resurrectionem piis vnice tribuisse, hoc euentorum ordine constituto, vt eam sequeretur proxime regnum millenarium in terrestribus *deliciis* (ipso verbo *Gennadii* vtimur), peractum hoc excipiant insignes calamitates bellorum, tum deinceps resurrectio *secunda* impiorum eueniat, et sic summa in coelo beatitas et in inferno poenae perpetuae initium suum capiant. Quibus omnibus simul sumtis efficitur omnino resurrectionem carnis siue huius eiusdem corporis a *Nepote* clare affirmatam fuisse.

De *Apollinario* f. *Apollinari* patre, quem non dubitandum est iam labente hoc seculo floruisse, in perpetuo silentio veterum Scriptorum, neque nos ii sumus qui audeant fingere magis quid dicere potuerit, quam quid vere super hoc argumento dixerit enarrare. Quare *Nepoti* eum in introitu adiunximus eo solum proposito, vt in hoc loco aliis ad curiosius inquirendum relinqueremus, annon ex filij aduersus *Dionysium* pro *Nepote* pugna seculo proximo huiusque in millenarios fauore patris quoque mores eruditos in doctrina de resurrectione quasi per speculum intueri liceat. Nam erat tamen ille ex huius non solum disciplina emissus, verum temporibus quoque

1) De *Dogmat. eccles.* c. 53.

quoque *Dionysii* eiusque in Nepotianos disputationis recentis adhuc non ita propinquus, vt sine intercedente aliqua Patris adhortatione refellendi consilium cepisse existimari possit. Sed aliorum, vt decet, opportunitatibus hoc quaerendum relinquimus.

Victorinum etsi latinum hominem, ex certioribus argumentis cum his resurrectionis carnis defensoribus coniunximus, cum *Hieronymus* apud Venerandum *Walchium* loco paullo ante laudato in primariis millenarii auctoribus eum numeret; vnde amplius non mirum esse debet, si ipse quoque commentarios in Apocalypsin scripsisse dicatur. Vt tamen in hoc quoque dolendum sit, nihil superesse, ex quo accuratior eius de resurrectione *θεωρια* informari queat. Quare et mox discedamus audiamusque

METHODII

quae supersunt in hoc argumento conclusiones *Photio* atque inprimis *Epiphanio* testibus adhibitis. Sunt autem hae in summam quidem coactae: *Manifestum est* huius corporis *substantiam post resurrectionem perpetuae durationis fore* [1]*): Id quod* primum *probabili ratione efficitur ex* praestantia corporis humani *prae reliquis aliorum animalium,*

1) ap. *Phot. cod.* 234. extremo: *ὁτι τιμιωτερον σωμα ἀνθρωπου των ἀλλων ζωων, ὁτι χερσι τε Θεου λεγεται πεπλαθαι — πως τουτο μεν ὀλιγοχρονιον ἀλογων δε τινων πολλῳ πολυχρονιωτερα; ἠ δηλον, ὡς ἡ τουτου πολυχρονιος ὑπαρξις μετα την ἀναςασιν ἐςαι.*

malium, *quod si huius breuis aeui tantum esset, multis horum aliquando longissime perdurantium inferius foret*. Deinde *Johannes in Apocalypsi clare affirmat*, mare et infernum h, e. *aerem ab obscuritate ita appellatum*, mortuos suos dedisse, *quo efficitur sane, tempus fore, quo partes ab elementis ad vnius cuiusque corporis reparationem reddantur* [1]). *Et* Paulus *docet*, mortuos in Christo, *intellige nostra haec ipsa corpora*, primum resurrecturos, *deinde* nos qui viuimus *nimirum* animas nostras, *quae superstites remanserint, corpora illa excitata recepturas esse* [2]), *Et quae non fingere coguntur, qui resurrectionem* formae s, speciei *corporis solum esse pronunciant! quam non Scripturas torquere!* Audiamus! *Fingunt itaque corpus hoc in poenam animae antea soli existenti circumdatum esse, hoc esse* pelliceas tunicas, *et tamen alibi dicunt* animam per se non posse peccare. *Quomodo haec sibi cohaereant! Nam* aut sine corpore *peccauit, siue* ante corpus, aut cum corpore; *si prius sumant, sequitur, corpus non caussam peccati esse, vt propterea necesse sit illud aboleri*,

1) *ibid*, p. 924. — Ιωαννης, ἐδωκεν, ἡ θαλασσα τους νεκρους, λεγων, και — ὁ ἁδης ἐδωκαν τους νεκρους, τα ἀπο των στοιχειων ἀναδιδομενα προς ἀποκαταστασιν ἑκαστου μορια ἐδηλωσε — ἁδην δε (εἰναι) τον ἀερα παρα το ἀειδες.

2) *ibid*. Οἱ νεκροι ἐν Χριστῳ — — ἐπειτα ἡμεις οἱ ζωντες — τουτ' ἐστιν, αὐτα ἡμων ταυτα τα σωματα· ἡμεις γαρ οἱ ζωντες, αἱ ψυχαι ἐσμεν, οἱ ἀπολαμβανοντες ἐγερθεντας ἐκ της γης τους νεκρους.

aboleri, omnisque adeo eorum contra resurrectionem corporis disputatio euanescit; sin posterius concedant, relinquitur tunicas pelliceas apud Mosen non ad corpus referri posse, quae quidem post transgressionem demum consuebantur [1]). *Sed pergunt* corpus vinculum, catenas, compedes animae esse, et quid non? *Quodsi vero tale sit, coercebit potius animam quam* vt eam *impediat, reprimetque impetum peccandi* [2]); vt non dicamus hoc male sumi, *nam experientia constat, animam in omnibus vti corporis ministerio, tantum abest, vt se vinciri eo patiatur* [3]). Quando nunc Scripturis vtuntur, *vt illis Apostoli:* viuebam *sine* lege; sapientia *carnis* Deo inimica; caro et sanguis regnum Dei non haereditabuntur; quis me liberabit a corpore mortis huius; scimus si terrestris domus nostrae habitationis destruatur etc. *non*

R 5 *vident,*

1) ap. *Epiphan.* l. c. p. 565, *καλως δε σοι δοκει τιθεσθαι και ὀρθως, ὡς ἑαυτῳ τα ἐναντια λεγων και ἀσυμφωνα — — ἠτοι γαρ προ σωματος ἡμαρτε και οὐδεν τι μαλλον καν μη λαβῃ σωμα ἁμαρτησεται και ματαιος ἡ περι του μη ἀνιςασθαι το σωμα περισσολογια· ἡ μετα σωματος, και οὐ δυνανται σωμα οἱ χιτωνες νομιζεσθαι εἰναι οἱ δερματινοι· εὑρισκεται γαρ προ της κατασκευης αὐτων ἀθετησας ὁ ἀνθρωπος κ. τ. λ.* cf. etiam p. 575.

2) ap. *eund.* §. 44. *ὁ γαρ δεσμος αὐτῳ δηλον, ὡς την προς το ἀδικειν ὁρμην ἀναιρει, μη ἐπιτρεπων ποιειν, ἁ θελει* et hinc inde alibi vt mox §. f.

3) — §. 46. *ἀλλα μεν δη ὡμολογησαμεν, μη δυνασθαι δεσμον εἰναι το σωμα της ψυχης, ἐπειδη το μεν σωμα προς ἑκατερα, και προς το δικαιον, και ἀδικον συνεργει, ὁ δε δεσμος εἰργει του ἀδικειν.*

vident, *illud* sine lege viuere, *idem esse ac* sine praecepto [1]); *Apostolum porro* non carnem, sed *Φρονημα carnis* Deo inimicum dicere [2]); *rursus per* carnem et sanguinem *intelligendas esse pravas cupiditates* [3]); *iterum non* corpus mortem appellari, sed peccatum [4]); *tandem* terrestrem domum *esse hanc* vitam in mundo visibilem [5]). Itaque nemo nobis vel exquisitissimis *lenociniis verborum hanc de resurrectione carnis fidem eripiet*.

Haec itaque summa eorum, quae ex *Methodii* disputatione nobis relicta sunt. Nunc cum inter

1) ap. *Epiph.* l. c. §. 50. *πως ουν, λεγουσι, ὁ Αποστολος ταυτα απεφηνατο* (nempe *sine lege* vixi, quod illi explicabant de vita ante *sine corpore* acta) — — *ὁτι* (responsio Methodii) *νομον ειποιμ' αν, θεμενος ειναι την* ΕΝΤΟΛΗΝ cf. §. 56. 61. et ap. *Photium* mox ab initio.

2) — — — §. 51. *ου γαρ την σαρκα αυτην, αλλα το Φρονημα της σαρκος ὑποτασσεσθαι μη δυνασθαι τῳ νομῳ του Θεου ὑπεθετο, ἑτερον παρα την σαρκα ὑπαρχον.*

3) ap. *Photium*: *σαρκα Φησιν· ου την σαρκα αυτην εδηλωσεν, αλλα την αλογον προς τας μαχλωσας της ψυχης ὁρμην ἡδονας.*

4) ap. *Epiphan.* §. 62. *ου το σωμα θανατον αποφηναμενος, αλλα τον νομον της ἁμαρτιας, τον εν τοις μελεσι* — et mox: *ὡστε ου το σωμα τουτο — θανατον, αλλα την ἁμαρτιαν την κατοικησαν — εν τῳ σωματι, λεγει.*

5) ap. *Phot.* p. 920. *Φησιν ὁ ἁγιος Μεθοδιος επιγειον οικιαν την ενταυθα βραχυβιον ζωην καταχρηστικως ληπτεον, και ου το σκηνος τουτο.*

inter ecclesiae occidentalis doctores huius seculi *Cyprianus* inprimis celebritatem nominis assecutus sit, circumspiciamus, an de huius quoque in loco de resurrectione disserendi modo certa quaedam indicia reperiantur in libris eius —

CYPRIANI

dicimus. Et forte mecum putabitis, Lectores, mox huius examinis caussa nobis adeundos esse librum eius de *peste* s. *mortalitate*, alterumque qui continet *exhortationem* ad *Martyrium*, cum et vtriusque argumentum eiusmodi sit, quod fere cogat ad locum de resurrectione animum transferre et in reliquis, epistolis non exceptis, vt plurimum controuersias tractet cum hoc certe argumento non adeo cohaerentes. Itaque experiamur!

In priore de *mortalitate* inter alia haec leguntur: —

> *mori timeat, quem* de seculo recedentem *perennibus poenis aeterna flamma torquebit* — *multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur* h. e. *multi ex nostris* de seculo *liberantur* — *Quod* — *cum in iustis moriuntur iusti, non est quod putetis, bonis et malis interitum esse communem; ad* refrigerium *iusti vocantur, ad* supplicium *rapiuntur iniusti* [1]) — — — paullo post: *Nolumus*, inquit Apostolus, *ignorare* vos fratres de dormientibus — — adducet cum illo.

1) p. 161. edit. *Felli* (Bremensis.)

> *Eos contristari dicit in excessu, qui spem non habent. Qui autem spe viuimus; et in Deum credimus et Christum passum esse pro nobis et resurrexisse confidimus, in Christo manentes et* per ipsum atque in ipso resurgentes, *quid — recedere* istinc de seculo *nolumus? — ipso Christo Domino et Deo nostro monente ac dicente:* Ego sum resurrectio et vita — — — non morietur in aeternum — *Quod interim morimur, ad immortalitatem morte transgredimur — non est exitus iste sed transitus — Quis non mutari et* reformari ad Christi speciem — *exoptet! Paulo — praedicante.* Nostra autem conuersatio in coelis — vnde — I. C. qui transformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae — [1]) — iterum: *pauore mortis excluso* immortalitatem, quae sequitur, *cogitemus* [2])!

In *exhortatione* ad *Martyrium* haec pauca conquisiuimus. —

> *Mors infertur, sed* immortalitas *sequitur,* occiso *mundus eripitur, sed* restituto *paradisus exhibetur* [3]).

Pauciora omnino haec, quam vt accuratum ad ea iudicium fieri possit de *Cypriani* sententia quaesita.

1) pag. 164.

2) pag. 165.

3) pag. 183.

ta. Id quidem videmus, *φϱασιν de ſeculo exire* ſ. recedere, quae ipſi alibi etiam valde familiaris eſt, non ex Gnoſticorum aut *Clementis* vſu loquendi de corporis depoſitione ab eo frequentari, cum in extremo de *mortalitate ſeculum* et *mundum* ſatis aperte promiſcue dixerit, *quem* mundus *oblectat*, *quem* ſeculum —— *inuitat.* Neque nos *contra* illud monet, quod ex mentione *refrigerii*, *paradiſi* ſuſpicio oriatur, eum ſtatui poſt mortem intermedio animae fauiſſe, etſi non in Martyribus, quos alibi in *exhortatione* ea cogitatione confirmat, *quod* ſtatim *cum Chriſto gauiſuri ſint* [1]). Nam deinceps capite V. demonſtrabimus, reſurrectionem corporis quidem vniuerſe cogitatam cum illo ſummo connexam fuiſſe, ſed non plane *huius*. Ceterum illud tamen patet, eum de *reſtitutione* quidem atque *reſurrectione*, nunquam vero cum adiectione aliqua locutum eſſe. Atque etſi in *Apologia* ad *Demetrianum* in impiorum mentione non dubitet affirmare, *ſeruabuntur cum* corporibus ſuis *animae infinitis cruciatibus ad dolorem* [2]), in eadem tamen aeque manifeſte ſcribit: *quamdiu enim* corpus hoc *permanet*, commune *cum ceteris ſit neceſſe eſt et corporalis conditio communis* rel. [3]). Itaque tanquam in re incerta narratiunculae modeſtiam ſeruabimus.

Reſtat

1) pag. 183.

2) pag. 195.

3) pag. 193.

Reſtat hoc vnum, vt vnius adhuc ex Scriptoribus Apologeticis huius ſeculi formam differendi de futura reſurrectione quaſi abumbratam exhibeamus. Selegimus ex duobus qui nobis ſuperſunt, *Minucio Felice* et *Arnobio* illum praecipue, propter *perpetuum* ſermonem, quem in *Octauio* pro reſurrectione perorauit. Neque attinet in hoc loco curioſius cum illuſtri *Houeno* [1]) quaerere, an vere ſeculi *tertii* et non potius *ſecundi* opuſculum ſit, etſi fortaſſis non deſint, quae rationibus eius exquiſitis cum aliqua ſpecie opponere poſſimus. Prodeat itaque

MINVCIVS

qui in extremo *Caecilii*, quem ſibi aduerſarium finxerat, in reſurrectionem inſultus ita reprimit: — *Sic etiam conditionem renaſcendi, ſapientiorum clariores, Pythagoras primus et praecipuus Plato corrupta et dimidiata fide* (dixerat nimirum ante eos de diuinis praedicationibus prophetarum vmbram veritatis imitatos eſſe) *tradiderunt; nam corporibus diſſolutis ſolas animas volunt et perpetuo manere et in alia* noua corpora *ſaepius commeare* — — — *Sed ad propoſitum ſatis eſt, etiam in hoc ſapientes veſtros in aliquem modum nobiſcum conſonare.* Ceterum *quis tam ſtultus aut brutus eſt, vt* audeat repugnare *hominem a Deo, vt primum potuiſſe fingi, ita poſſe denuo reformari? nihil eſſe poſt obitum et ante ortum nihil fuiſſe; ſicut de nihilo naſci licuit, ita de nihilo licere reparari?*

1) In *Campenſibus* nuperrime editis *Faſc. I.*

parari? Porro *difficilius est id, quod non sit, incipere, quam id quod fuerit iterare.* Tu *perire et Deo credis, si quid oculis nostris hebetibus subtrahitur?* corpus *omne, siue arescit in puluerem, siue in humorem soluitur, vel in cinerem comprimitur vel in nidorem tenuatur,* subducitur nobis; *sed Deo* elementorum *custodi reseruatur. Nec, vt creditis, vllum damnum sepulturae timemus* (quoniam nimirum aduersarius ante irriserat Christianos, quasi *ignium sepulturas damnarent*, vtimur eius verbis, *aeternitatem sub terra sibi promittentes et dissolutionem metuentes) sed veterem et meliorem consuetudinem humandi frequentamus. Vide* adeo, *quam in solatium nostri resurrectionem* futuram omnis natura meditetur! *sol demergit et nascitur; astra labuntur et redeunt; flores occidunt et reuiuiscunt; post senium arbusta frutescunt; semina nonnisi corrupta reuirescunt: ita corpus in seculo, vt arbores in hiberno occultant virorem ariditate mentita: Quid festinas, vt cruda adhuc hieme reuiuiscat et redeat? exspectandum nobis etiam corporis ver est.*

Ita absoluimus tandem primam narrationis huic seculo destinatae particulam, vt nunc sine impedimento ad nouam pergere possimus. —

SECTIO

SECTIO II.

SYMBOLORVM IN CAPITE DE RESVRRECTIONE CARNIS AVCTORITATES.

In recente memoria *Minucii* ex huius quoque *Octauio* primam excerpemus professionem fidei de resurrectione. Nam etsi non expressam symboli formam referat, sitque potius recensio capitum religionis christianae a *Caecilio* tanquam aduersario in reprehensionem versa, tamen eandem vim, idem pondus habet. Nam est tamen ponendum, aduersarium ea non narrare potuisse, et quidem ferente *Minucio* et probante, nisi ex publica Christianorum professione ea cognouisset. Adscribemus itaque vniuersam seriem verborum [1]).

Vnde autem (ita enim reprehensionem ipsius doctrinae orditur) *vel quis ille, aut vbi* Deus vnicus, solitarius, destitutus, quem *non gens libera, non regna, non saltem romana superstitio nouerunt? Iudaeorum sola et misera gentilitas vnum et ipsi Deum sed palam, sed templis, aris, victimis, cerimoniisque coluerunt; cuius adeo nulla vis, nulla potestas est, vt sit Romanis numinibus cum sua sibi natione captiuus. At etiam* Christiani, *quaenam monstra, quae portenta confingunt? Deum illum suum, quem nec ostendere possunt nec videre,* in omnium mores, actus omnium, verba denique

1) Edit. Lugd. Bat. p. 10. f.

que et occultas cogitationes diligenter inquirere! *discurrentem scilicet, inquietum, impudenter etiam curiosum; siquidem adstat factis omnibus, locis omnibus intererrat, cum nec singulis inseruire possit per vniuersa districtus, nec vniuersis sufficere in singulis occupatus.* Quid? quod toti orbi et ipsi mundo cum sideribus suis minantur incendium, ruinam moliuntur? *quasi aut naturae diuinis legibus constitutus aeternus ordo turbetur, aut rupto elementorum omnium foedere, et coelesti compage diuisa, moles ista, qua continetur et cingitur, subruatur! Nec hac furiosa opinione contenti* aniles fabulas adstruunt et adnectunt; renasci se ferunt post mortem et cineres et fauillas: *et nescio qua fiducia mendaciis suis inuicem credunt: putes eos iam reuixisse* (hic periodos paucas omittimus, quibus mox alio loco commodiore vtemur) — — — *Hoc errore decepti* beatam sibi, vt bonis, perpetim vitam mortuis pollicentur, ceteris vt iniustis poenam sempiternam.

Haec si nunc in formam Symboli redigamus, huius sententiae foret: *Credo in Deum vnum, omnipraesentem atque omniscium, conseruatorem atque gubernatorem omnium, quamdiu hic mundus durabit; in cuius fine amplius spero resurrectionem mortuorum et vitam aeternam bonis destinatam, quemadmodum iniusti sempiternas poenas luent.*

Dolendum vero est, non iustiorem aliquam formulam fidei plenioremque simul nobis superesse, quae quidem *publicarum* (nam huiusmodi primum vti volebamus) auctoritatem tueatur.

Nam vel illa, quam *Epiphanius* in recensione controuersiae Noetianae ex Actis Concilii Asiatici seruauit et quam recentiores Conciliorum collectores repetierunt, potius ad eam religionis partem pertinet, cuius tuendae caussa eo tempore conuenerant. Est enim haec:

Nos quoque vnum colimus Deum, sed vt decet; et vnum habemus Christum, sed verum, nempe filium Dei passum sicut passus est, mortuum sicut mortuus est, qui et resurrexit, ascendit in coelum, ad Patris dexteram sedet et venturus est iudicare viuos et mortuos. Haec profitemur rel. [1]).

Sed vtemur fortassis ea in capitis extremi examine propter *Sykesii* tutelam formulae: *venturus iudicare viuos et mortuos*; vt adeo non plane eam descripsisse pigeat.

In *priuatis* non maiore copia abundamus, vno nobis seruato *Gregorii* Neocaesar. Symbolo, ambiguae tamen fidei et vtcunque sit, non huius loci. Itaque in tali penuria vel crumenas collegisse iuuabit ex lautissimo conuiuio, quod omnibus Christianis liberalioris indolis parauit *Origenes*,

1) cf. *Epiphan.* haer. 57. §. 1. et *Mansium* T. I. p. 789. ὅτι ἕνα Θεον δοξαζομεν και αὐτον, ἀλλ᾽ ὡς οἰδαμεν δικαιως δοξαζειν· και ἕνα Χριϛον ἔχομεν, ἀλλ᾽ ὡς οἰδαμεν ἕνα Χριϛον ὑιον Θεου, παθοντα καθως ἔπαθεν, ἀποθανοντα καθως ἀπεθανεν, ἀναϛαντα, ἀνελθοντα εἰς τον οὐρανον, ὀντα ἐν δεξια του πατρος, ἐρχομενον κριναι ζωντας και νεκρους· ταυτα λεγομεν κ. τ. λ.

nes, vir vere locupletissimus. Is enim *aduersus Celsum* primas certe lineas doctrinae Christianorum in hunc modum adumbrasse videtur:

l. I. §. 7. [1]). *Vniuerso fere orbi cognita est doctrina Christianorum: Quem enim fugit Jesu ex virgine natiuitas, et crucifixus et credita a multis resurrectio eius et futurum iudicium, quo iniusti meritis suppliciis et iusti meritis praemiis afficientur; quin adeo resurrectionis mysterium — — esse vero quaedam etiam praeter externa haec, non omnibus retecta, Christianae doctrinae commune est cum philosophia* rell.

l. III. §. 15. [2]). *Palam profecto nostrae doctrinae principia veneranda proponimus, neque — — — ea occultamus, dum* omnibus nos primum adeuntibus *instillamus* contemtum idolorum

1) σχεδον παντος του κοσμου ἐγνωκοτος το κηρυγμα Χριςιανων — — τινα γαρ λανθανει ἡ ἐκ παρθενου γεννησις Ιησου, και ὁ ἐςαυρωμενος, και ἡ παρα πολλοις πεπιςευμενη ἀναςασις αὐτου, και ἡ καταγγελλομενη κρισις, κολαζουσα μεν κατ᾽ ἀξιαν τους ἁμαρτανοντας, γερως δ᾽ ἀξιουσα τους δικαιους; ἀλλα και μην το περι της ἀναςασεως μυςηριον — — — ἐο δε εἰναι τινα μετα τα ἐξωτερικα, μη εἰς τους πολλους φθανοντα, οὐ μονου ἰδιον του Χριςιανων λογου κ. τ. λ.

2) σαφως δη το σεμνον της ἡμετερας ἀρχης παριςωμεν και οὐχ — — ἀποκρυπτομεν, ἐπαν και τοις πρωτοις εἰσαγομενοις καταφρονησιν μεν των εἰδωλων και παντων των ἀγαλματων ἐμποιησωμεν· και προς τουτοις ἐπαιροντες τα φρονηματα αὐτων ἀπο του δουλευειν τοις κτισθεισιν ἀντι του Θεου, ἐπι τον κτισαντα τα ὁλα, αὐτους ἀναβιβαζωμεν (ita enim totum interpungendum

rum omniumque ſimulacrorum *et deinceps* mentem eorum a cultu rerum creatarum diuino reuocantes ad conditorem rerum omnium *eos erigimus; porro* eum *demonſtramus*, qui praedictus eſt, partim ex vaticiniis de illo editis, *partim ex Euangelicis et Apoſtolicis ſcriptis curioſe traditis his, qui recte intelligere poſſunt*: — — — 16. *tandem* de Deo iudice, et ab hominibus omnium quae fecerunt rationem poſtulante, *variis argumentis partim ex Scripturis partim ex ratione ductis diſſerere ſolemus*.

In priore formula animaduertendum eſt, *Origeni* propoſitum fuiſſe, eos tantum locos doctrinae repetere, qui eſſent Chriſtianis plane *peculiares*, aliosque praeterire, quorum fama ex Iudaeorum diſciplina iam ante ad gentiles peruenerat. Hos enim recenſere non opus videbatur in praefamine diſputationis, quam vniuerſam in fauorem Chriſtianorum ſuſcipiebat, contraria neceſſitate in poſteriore loco, in quo calumnia Celſi reprimenda erat, quaſi Chriſtianorum doctrina occulta quaedam et lucifuga barbaries eſſet. Itaque hic ea omnia ponit, quae manifeſta et

dum et, vt ſupra fecimus, vertendum puto): ἐμφανως παριςαντες τον προφητευθεντα ἐκ τε των περι αὐτου προφητειων και ἐκ των ἐξητασμενως παραδιδομενων τοις δυναμενοις ἀκουειν συνετωτερον των ἐυαγγελιων και των ἀποςολικων φωνων — — — περι δικαςου Θεου και δικαζομενων ἀνθρωπων ἐφ᾽ οἱς ἐπραξαν πασι — μετα κατασκευης ποικιλης, πῆ μεν ἀπο των γραφων, πῃ δε και ἀπο του εἰκοτος λογου κ. τ. λ.

et aperta institutione σαφως, h. e. ex supra dictis, δογματικως, et quidem *apud gentes* traderentur. Quid nunc ex vtraque professione pro peculiari resurrectionis sequatur, alius docendi locus erit.

SECTIO III.

EXCERPTA EX ACTIS PVBLICIS HVIVS SECVLI IN CAVSSA RESVRRECTIONIS.

Progrediendum nunc est ad Acta, si quae ad manus sint, publica, inprimis huius seculi, quo acerbitas persecutionum tot publicos professores religionis Christianae in vitae extremitate peperit. Et nemo forte reperiatur, quin, tristitiam huiusmodi euentuum e longinquo intuens, expectet multitudinem testimoniorum, quae luculenter admodum probent, qua spe futurae resurrectionis homines e vita discesserint, qui mortem expetere magis quam expectare solebant. Sed ita etiam nobiscum miretur, si propius accesserit et *Ruinarti* aliorumque Martyrologia adhibuerit, ita plane expectationem falli. Plena omnia descriptionibus constantiae huius partis in fortiter ferendis cruciatibus, tot ac tantis, atque crudelitatis illius in parandis et artificiose protrahendis: Sed nemo producitur, qui firmum resurrectionis suae solatium oratione vltima ad iudices aut spectatores proclamet. Et tamen hic sola testimoniorum fide res firmanda est, omnibus,

quae post *Dodwellum* [1]) coniectura magis vtentes, ex Martyrum alacritate in vitae periculis et mortis adeo subeundis ad fidem resurrectionis immo millenarii concludere possemus, ad Caput vltimum reiectis. Itaque cum nec Conciliorum reliqui euentus, quatenus nobis constent, aliquam cum nostra narratione coniunctionem habeant, verendum esset, ne et ipsi videamur lectores magnifico titulo *excerptorum* fefellisse, nisi *sepulturae* cerimonia, in martyribus etiam defunctis religiose custodita, vti erat per se publica inprimis sollennitas, ita documentis quibusdam certis illustranda restaret, vnde deinceps in extremo quaestio formetur, annon huiusmodi religionis reuerentia per corporis resurrecturi fidem, nisi nata, tamen aucta fuerit? Documenta ergo, quae diximus, haec pauca ex *Eusebii* Commentariis sufficiant:

l. VII. c. 22. in excerpto ex epistola *Dionysii* Alexandr. de *lue pestifera*: *Hi itaque corpora Sanctorum manibus supinis atque gremiis excipientes, comprimentes oculos et ora claudentes; deportantes porro eos humeris suis et componentes; adhaerentes illis, complectentes, lauacris etiam et vestimentis ea ornantes*, breui post *eadem experti sunt* [2]).

l. *de*

1) in *Dissertt. Cypriani.* XII. de *Martyrum fortitudine.*

2) *και τα σωματα δε των ἁγιων ὑπτιαις χερσι και κολποις ὑπολαμβανοντες, καθαιρουντες δε τους ὀφθαλμους,*

και

l. *de Martyribus* c. 11. *Quibus peractis quidam ex domesticis Pamphili — — cum sententiam aduersus Dominum latam cognouisset, ex medio populo exclamat, postulans, vt cadauera terrae traderentur* [1]). Et paullo post: *horum sancta cadauera per quatuor dies et totidem noctes ex decreto impii Praesidis in laniationem carniuorarum bestiarum exposita fuere. Sed cum praeter omnium expectationem nec fera, nec volucris vlla — accederet, integra moderante sic diuina prouidentia relicta, consuetae tradita sunt sepulturae* [2]).

His nunc addimus ex *Minucii* Octauio illam, quam paullo ante a reliquorum contextu exclusimus, *Caecilii* vocem Christianorum in sepeliendis mortuis curam subridentem: Dixerat tamen, *putes eos iam reuixisse?* atque nunc pergit:

και ϛομαϛα συγκλειουντες· ὠμοφορουντες τε και διατιθεντες προσκολλωμενοι, συμπλεκομενοι, λουτροις τε και περιϛολαις κατακοσμουντες, μετα μικρον ἐτυγχανον των ἰσων.

1) τουτων ἐπι περας ἀχθεντων, μειρακιον της οἰκετικης ὑπαρχον του Παμφιλου θεραπειας, ὡς ἐγνω την κατα του δεσποτου ψηφον, ἀπο μεσης της πληθυος ἀναβοα, γη τα σωματα παραδοθηναι ἀξιων.

2) τουτων ἐπι τεσσαρας ἡμερας τοσαυτας τε νυκτας ἐκ προσαξεως του δυσσεβους ἡγουμενου τα ἱερα και ὀντως ἁγια σωματα εἰς βοραν τοις σαρκοβοροις ἐτηρειτο· ὡς δ' οὐδεν αὐτοις παραδοξως οὐ θηριον — — — προσεπιλαζεν, αὐθις ἐξ οἰκονομιας της του Θεου προνοιας ἀβλαβη ληφθεντα, — — τη συνηθει παρεδοθη ταφη

Anceps malum et gemina dementia! coelo et astris, quae sic relinquimus, vt inuenimus, interitum denuntiare; sibi mortuis, extinctis, qui sicut nascimur, et interimus, aeternitatem repromittere. Inde *videlicet* et execrantur rogos et damnant ignium sepulturas: *quasi non omne corpus*, etsi flammis subtrahatur, (h. e. non igne cremetur) annis tamen et aetatibus in terram resoluatur! nec intersit, *vtrum ferae diripiant, an maria consumant:* an humus contegat, *an flamma subducat, cum cadaueribus omnis sepultura, si sentiunt, poena sit: si non sentiunt, ipsa conficiendi celeritate medicina.*

SECTIO IV.

PHILOSOPHORVM EXTERORVM ET ACATHOLICORVM DE RESVRRECTIONE CARNIS OPINATIONES.

Postulat nunc propositi ratio, vt eorum de resurrectione opinandi disserendique modum breui narratione explicemus, qui huius seculi temporibus aut per se a professione Christianorum se abstinuerunt, aut ab eius externo certe exercitio exclusi fuerunt propter informationem doctrinae patefactae a communi abhorrentem. In illis vero cum *Porphyrius* inprimis aduersus Christianos scribere conatus sit, atque inde probabile reddatur,

tur,

tur, eum non intermiſſurum fuiſſe, hunc quoque de reſurrectione locum ratiunculis quibusdam petere, optaſſemus noſtrae narrationis cauſſa, vt hactenus certe eius συγγϱαμματα nobis ſupereſſent; excerpta enim pauca apud *Euſebium* in *Commentariorum* libro ſexto et *praeparatione Euangelica* ad nos non pertinent. Quare ne tamen locus plane vacuus relinquatur, transferemus in eum, quae *Celſus*, etſi, vt in Epicureo Philoſopho credibile eſt, paulo impotentior *Porphyrio* tanquam Platonico, iam ſuperiore ſeculo aduerſus fiduciam reſurrectionis diſputauerat, eaque in faſciculum colligemus ex Diſputatione aduerſus eum ab *Origene*, quemadmodum ſatis conſtat, perfecta. Enimuero hanc perfectam cum dicimus, atque certum ſit, *Origeni* propoſitum fuiſſe, *Celſi* inceſſibus preſſe admodum inhaerere, eumque abſolutiſſima opera refellere, conſequens omnino eſt, vt exiſtimemus, eum primaria quoque capita Celſianae in reſurrectionem orationis ſub examinis ſubtilitatem vocaſſe, nosque adeo ſi vndequaque conquiramus, quae ex contextu Origeniano ad hoc argumentum pertineant, non quidem totum quaſi corpus eiusdem cum omni ſuo robore reſtituere poſſe, (quod maneat etiam deperditum, cum ipſe noluerit reſtitui) ſed tamen oſſa diſperſa membratim colligare. Quin adeo ipſe videtur non ex ordine atque peculiariter aduerſus eam egiſſe, ſed vaga ſolum excurſione mox hic mox illinc eam exagitaſſe. Hoc itaque agemus, etſi in tertii ſeculi verſemur finibus illumque non ignoremus medio fere ſecundo prodiiſſe

ad ſcribendum. Eſt enim nobis plane perſuaſum, pertinere niſi ad fidem, tamen veluti ad decorum eiuſmodi, qualem ſuſcepimus, narrationis, vt aſſumantur res, quae in facto poſitae ſunt, in illo demum loco, quo primum ſe offerant certa eorum indicia. Itaque ſupra debebamus quaſi ignorare *Celſum*, quoniam nondum aderat *Origenes* aliquis, qui nos de eo admoneret. Sed ad rem! hoc eſt, ad

CELSI

aduerſus reſurrectionem diſputationem, in qua verba eius accurate retinebimus, in ordinem tamen aliquem maxime probabilem redacta, vt legentium commoditati conſulamus — *Quomodo vero non abſurda haec veſtra, corporis quidem tali deſiderio duci et ſperare HOC IDEM* (idem non ſatis accurate latina verſio recepta omittit, et vtemur eo ad quaerendum capite extremo, quatenus ex hac aduerſarii recenſione rationis Chriſtianorum ſeculi II. de reſurrectione diſſerendi vera eorum ſententia certa argumentatione effici poſſit) *ex mortuis reſurrecturum corpus, quaſi nihil noſtri praeſtantius atque carius exiſteret* [1])! *anima Dei eſt opus, corporis vero alia natura, ex qua profecto, nihil differt, veſpertilionis, aut vermis, aut ranae aut hominis corpus, cum materies eadem*

1) l. VIII §. 49. ἔτι δὲ πως οὐκ ἄτοπα, ὑμων ταυτα, το μεν σωμα ποθειν, και ἐλπιζειν, ὅτι αὐτο τουτο ἀναστησεται, ὡς οὐδεν ἡμιν τουτου κρειττον οὐδε τιμιωτερον.

eadem sit et eadem eorum omnium corruptionis necessitas [1]), *tota eius massa vicissim abeat et redeat, et nihil immortale, quod ex materie nascatur* [2]): *A* ligno carnis *resurrectionem* repetunt; *quam lepide si per lignum caro resurgat* [3])! *Et postquam vndequaque refutati sunt et conuicti, rursus, quasi nihil audientes, ad eandem recurrunt quaestionem*, quomodo igitur cognoscemus Deum? quomodo videbimus? quomodo ad eum ibimus [4])? *Sic nimirum sperant futurum*, vt oculis corporis Deum intueamur, auribus vocem eius audiamus, et manibus corporis eum contrectemus [5]). *Quodsi talem Deum sibi velint palpabilem*

1) l. IV. §. 56. — φησιν ὁ Κελσος, ὁτι ψυχη μεν Θεου ἐςιν ἐργον, σωματος δε ἀλλη φυσις· και ταυτῃ γε οὐδεν διοισει νυκτεριδος, ἠ ἐυλης, ἠ βατραχου, ἠ ἀνθρωπου σωμα· ὑλη γαρ ἡ αὐτη και το φθαρτον αὐτων ὁμοιον.

2) *l. eod.* §. 60. — εἰθ' ἑξης φησιν, ὁτι κοινη ἡ παντων των προειρημενων σωματων φυσις και μια ἐς ἀμοιβην παλιν τροπον ἰουσα και ἐπανιουσα. §. 61. φησι δε, ὁτι και ὑλης ἐκγονον οὐδεν ἀθανατον.

3) l. VI. §. 36. — οὐκ ἀρκεσθεις (ὁ Κελσος) τοις εἰρημενοις, φησι, λεγεσθαι ἀναςασιν σαρκος ἀπο ξυλου· παρακουσας, οἰμαι, του συμβολικως εἰρημενου, ὁτι δια ξυλου θανατος και δια ξυλου ζωη; θανατος μεν κατα τον Αδαμ, ζωη δε κατα τον Χριςον.

4) l. VII §. 33. — και τοιαυτα φησιν· ὁταν δη παντοθεν ἐξειργονται και διελεγχονται, (ita enim distinguendum) παλιν, ὡσπερ οὐδεν ἀκηκοοτες, ἐπανιασιν ἐπι το αὐτο ἐρωτημα; πως οὐν γνωμεν και ἰδωμεν τον Θεον; και πως ἰωμεν προς αὐτον;

5) mox: καταψευδεται οὐν ἡμων Κελσος, λεγων, προσδεχεσθαι ἡμας ὀφθαλμοις, σωματος Θεου ὀψεσθαι και ὠσι της φωνης αὐτου ἀκουσεσθαι, και χερσιν αἰσθηταις ψαυειν αὐτου.

pabilem et ſic porro (cogimur enim haec, quae ſic iuncturae ſermonis cauſſa, ex eius tamen ſententia, vt mox ſequens oratio vincit, inſerimus, ob turpitudinem rei abrumpere) *age! abeant ad Trophonii, et Amphiarei et Mopſi aedes, vbi Deos humana forma conſpicere poſſunt, et non ſemel atque praeteruolitantes, quemadmodum ille, qui eos decepit, ſed ſemper cum volentibus verſantes* [1]): *Si vero*, vti etiam faciunt, *porro inſtare velint et quaerere*, quomodo cognituri ſint Deum non externo ſenſu percipientes; quid ſine externa ſenſatione percipi poſſit? *reſpondemus: non hominis haec, non animae, verum carnis vox eſt. Audiant tamen, ſiquidem audire quid poſſunt, tanquam ſeruile et corpori addictum genus hominum, ſi ſenſu compreſſo, mente erecta adſpicietis et excitabitis oculo carnis auerſo mentis oculum, tunc vnice videbitis Deum* [2]). *Et veſtra profecto*

1) rurſus mox: οὐ χρεια — ἡμιν, ὡς ουτω ζητουσι τον Θεον, ἀπιεναι, ὁπου ἡμας πεμπει ὁ Κελσος, εἰς Τροφωνιου και εἰς Αμφιαρεω και εἰς Μοψου· ἐνθα φησιν ἀνθρωποειδεις θεωρεισθαι Θεους — — μετα ταυτα κακοηθως ὁ Κελσος φησι περι τῶν προειρημενων ἀνθρωποειδων κατ᾽ αὐτον Θεων, ὁτι ὀψεται τις αὐτους, οὐχ ἁπαξ παραῤῥυεντας, ὡσπερ τον τουτους ἐξαπατησαντα· ἀλλ᾽ ἀει τοις βουλομενοις ὁμιλουντας — —

2) *ibid.* §. 36. — οἱ δε και παλιν εἰρησονται, πως αἰσθησει μη καταλαμβομενοι γνωσονται τον Θεον (haec puto male in editis verti: *quomodo Deum, ſi ſenſu cognoſcere poſſunt, ſint cognituri*); τι χωρις αἰσθησεως μαθειν ἐστι δυνατον; — οὐκ ἀνθρωπου μεν, οὐδε της ψυχης, ἀλλα σαρκος ἡ φωνη· ὁμως δ᾽ οὐν ἀκουσατωσαν,

fecto tota de resurrectione corporis doctrina ex malo intellecta animarum e corporibus in corpora migratione orta est[1]). Verum satis haec sunto! *Nam homines huiusmodi opinionibus dediti et corpori addicti, indigni sunt, quibuscum super his rebus disseremus; sunt enim etiam quoad cetera agrestes et impuri et sine vlla ratione controuertentes. Cum illis quidem potius, qui animam aut mentem, (siue, si ita malint, SPIRITVALE* quod in nobis est, *siue spiritum intelligentem, sanctum et beatum, siue animam viuentem, siue diuinae et incorporeae naturae progeniem coelestem et incorruptibilem, siue quocunque alio nomine appellare ament,) qui itaque hoc quicquid sit aeternum cum Deo fore sperent, cum his,* inquam, *agam. Etenim hi sane recte arbitrantur, hos quidem qui bene vixerint beatitate fruituros esse, iniquos autem perpetuis suppliciis cruciatum iri. Atque ab hoc dogmate neque illi, neque alius vllus unquam discedere debent*[2]).

Iam

τωσαν, εἰ τι και ἐπαΐειν δυνανται ὡς δειλον και φιλοσωματον γενος· ἐαν αἰϑησει μυοντες ἀναβλεψητε νῳ και σαρκὸς ἀποςραφεντες ὀφϑαλμον την της ψυχης ἐγειρητε, μονως οὑτω τον Θεον ὀψεσϑε.

1) *ibid.* §. 32. Χρησιμον — τουτο μονον ὑποσημειωσασϑαι προς τον λογον, ὁτι οὐχ᾽ ὡς οἰεται Κελσος, της μετενσωματωσεὼς παρακουοντες τα περι ἀναςασεως φαμεν.

2) l. VIII. §. 49. ἀλλα τοις τουτο πειϑομενοις, και τῳ σωματι συντετηκοσιν, οὐκ ἀξιον τουτο διαλεγεσϑαι. Οὑτοι γαρ εἰσιν οἱ και τα ἀλλα ἀγροικοι και ἀκαϑαρ-

τοι

Iam, quemadmodum promisimus, non intermittemus in exitu narrationis in aliis hoc quoque quaerere, quid ex hac vniuersa *Celsi* reprehensione ad fidem Christianorum seculi secundi de resurrectione sequatur; quinam porro illi fuerint, ad quos tandem orationem traducit, et quid tandem de formula ab *Origene* allata et cum particula scripturarum coniuncta, *per lignum* etc. sentiendum sit. Nam haec talia multa iam apud nos seposuimus. Illud vnum tantum in hoc loco monuisse sufficiat, *Celsum* dum dicit suis verbis λεγεσθαι ἀναστασιν σαρκος ἀπο ξυλου, quae libere vertimus et magis ad sensum, videri scurrili ioco dicere voluisse, quasi Christiani verbum σαρκος a verbo ξυλος deriuent: Nam in eiusmodi sermonis petulantiis mirifice sibi placuisse, ex reliquiis aliis pluribus patet. Sed mittamus nunc haec quoque paullisper, tribus proxime verbis narrantes

Simonia-

τοι και χωρις λογου τῃ στασει συνοντες (denuo male edita versio latina haec transfert: *et seditionem nulla ratione faciunt*). Τοις μεν γε τὴν ψυχην ἡ τον νουν (ἐιτε πνευματικον τουτον ἐθελουσι καλειν, ἐιτε πνευμα νοερον, ἁγιον και μακαριον, ἐιτε ψυχην ζωσαν, ἐιτε θειας και ἀσωματου φυσεως ἐκγονον ὑπουρανιον τε και ἀφθαρτον, ἐιθ᾽ ὁ, τι και ὁ, τι χαιρουσιν ὀνομαζοντες) τοις τουτο ἐλπιζουσιν ἑξειν αἰωνιον συν Θεῳ τουτοις διαλεξομαι· τουτο μεν γε ὀρθως νομιζουσιν, ὡς οἱ μεν εὐ βιωσαντες εὐδαιμονήσουσιν, οἱ δε ἀδικοι παμπαν αἰωνιοις κακοις συνεσονται· και τουτου δε του δογματος μηθ᾽ οὑτοι μητ᾽ ἀλλος ἀνθρωπων μηδεις ποτε ἀποστῃ.

Simonianorum, Saturninianorum, Basilidianorum reliquorumque superioris seculi aduersariorum resurrectionis

δοξας, quatenus per hoc seculum in argumento proposito propagatae fuerint. Et a *Simonianis* quidem rarissima non modo eorum apud Scriptores huius seculi mentio, verum etiam *Origenis* manifesta affirmatio, suis temporibus vix triginta amplius eorum in toto mundo reperiri [1])., certum faciunt, doctrinae de resurrectione defensoribus nihil amplius timendum fuisse. Sed reliquos omnes, inprimis *Valentinianos* et *Marcionitas*, magno admodum numero superfuisse aeque constat ex tot eiusdem *Origenis*, et sequentis immo fere quinti Scriptoribus *Eusebio*, *Basilio*, *Chrysostomo*, *Hieronymo*, *Ruffino* testimoniis atque adeo libris iis oppositis. Itaque facile supersedere possumus argumentis pluribus, rem per se obuiam demonstrare, satisque habemus tirones monuisse, vt horum mentionem supra factam in memoriam sibi reuocent. Atque dabitur nobis mox ad sequentis seculi tempora delatis opportunitas perfectam *Marcionitarum* inprimis demonstrationem aduersus resurrectionem proferendi, quod hactenus nondum audemus, cum reperiatur in opusculo seculi fere quarti, neque nobis in simplice narratione liceat, illa omnia argumenta aduersario

1) adu. *Cels.* l. I.

rio huius seculi tribuere, quae forsitan sequente demum ad hanc summam creuerunt. Et prodiit etiam interea nouus, vt aiunt, ex Oriente homo, nouae et inauditae audaciae, atque hic idem nouas cudens machinas contra carnis restituendae munitiones. Quin itaque mox hunc adeamus, si quidem liceat hominem adire, qui praeterquam quod in arce munitissima habitare dicitur, et se ex more Orientis intra suos parietes includit, diu ante, quam ad nos eius fama peruenit, ab immensa multitudine quasi circumseptus est.

MANETIS f. *Manichaei*

iam puto intelligetis nobiscum obscuras fabulas. Has vero cum attingere coacti sumus, ipsi non desiderabitis ea omnia in hoc loco repetita legere, quae post *Beausobrium* ex nostris B. MOSHEMIVS et nuperrime Viri celeberrimi SEMLERVS [1]) atque inprimis C. G. F. WALCHIVS [2]) de vniuersa Manichaeismi ratione copiosa atque accurata doctrina disseruerunt. Nam sufficit in memoriam reuocasse primarium eius de hominis indole figmentum, ab eo narrando quasi exiisse, atque mox transitu facto ad consequens illius in loco de resurrectione hic demum vidisse, si forte aliunde et ex Scripturis N. T. suae opinionis argumenta conquisiuerit. In qua tamen adumbratione curiosius distinguemus, quantum possumus,

quae

1) Geschichte der christl. Glaubenslehre Sect. 2. p. 3.

2) l. c. *part.* I. p. 685.

quae ipsi *Maneti* tribuit auctoritas veterum Scriptorum ab his, quae vniuerse *Manichaeis* adscribuntur, his in aliud tempus nobis seruatis. Nam etsi praesentiamus difficultatem huius indicii, cautio tamen ipsa vti in omnibus auctoribus nouarum opinionum recte praecipitur; cum procliue sit cuiuis eas vniuerse sequenti his de suo aliquid addere, aliis demere, amplius aliis nouam formam induere, ita maxime ea tenenda in *Manichaeismo*, in quo aperte *Epiphanius*, *Photius* aliique inconstantiam horum notant, qui tandem omnes ei addicti fuere; vt non pigeat infra testimonia quaedam adscripsisse [i]). Enimuero bene nobiscum agitur, quod in tale lubricitatis periculum nostrum vnice propositum exequentes non admodum incurremus, cum vix obiter *Manetis* contra

i) *Epiphan. haer.* 66. §. 9. *ἐιναι γαρ φησι* ΑΥΤΟΣ (*Μανης*), ΚΑΙ ΟΙ ΑΠ ΑΥΤΟΥ *Μανιχαιοι την ψυχην μερος Θεου, και ἀπ᾽ αὐτου ἀποσπαθεισαν κ. τ λ.* (vnde relinquitur non per omnia aeque cum eo consensisse discipulos) Mox §. 24. *και* ΤΙΝΕΣ ΜΕΝ (*Μανιχαιων*) *παλιν* — *κατα ἐπινοιαν πανουργιας φησι* — (itaque non omnes) *Photius* c. *Manichaeum* l. II §. 5. *ἐιτα* — *ἀ καὶ μη* ΠΑΝΤΕΣ *αὐτων*, ΕΝΙΟΙ *δε ὁμως* — *λεγουσιν*: mox: ΤΙΝΕΣ *δε αὐτων, πολυσχιδης γαρ ἡ πλανη* — — l. IV. §. .. *και τουτο* (l. C. corpus verum ex virgine habuisse) ΤΟΙΣ ΜΕΝ ΠΑΛΑΙ *των ἀσεβων παρεγραφετο*, ΤΟΙΣ ΔΕ ΕΚΕΙΘΕΝ *φυεισιν, οὐκ οἰδ᾽ ὁπως ἐργῳ την ἀρνησιν ἀγαπωσι, της ἐν λογοις τιμης οὐκ ἐκβαλλεται.*

contra resurrectionem ratiunculas attigerint, qui copiosissimas de eius αἱρέσει nobis reliquerunt narrationes, vtplurimum fundamento doctrinae eius de duobus principiis insistentes, aut primas aedes de pugna inter V. et N. T. libros ei superstructas frequentantes. Sic itaque ille disputaverit fere:

Duo contraria cum in homine, quemadmodum in reliquis animantibus omnibus, insint principia, a totidem summis rerum initiis cum eo communicata, lux et tenebrae, *vt dicere amo, etsi ab aliorum* spiritus et corporis *appellatione non abhorreo, cum res eodem redeat; cum inquam haec duo in homine ponenda sint* [1]*) atque ab horum altero maligno, corpore nimirum, siue materie siue etiam tenebris, ex ipsis Apostolorum affirmationibus*: caro concupiscit aduersus spiritum; Deus seculi huius excoecauit mentes infidelium, vt non intueantur lucem Euangelii; totus mundus in maligno est; tenebrae lucem non compre-

1) Putidae hic quoque diligentiae foret, post tot veterum atque recentiorum illustrationes huius primi *Manetis* excursus, eundem pluribus testimoniis firmare velle in hoc loco. Neque iam ad nos attinet, intricatam admodum quaestionem, quatenus ex eo sequatur, *Manetem dualitatem* Deorum affirmasse, explicare velle, in qua etiam expedienda *Moshemius* atque *Walchius* ll. cc. aequissimum, vt puto, temperamentum statuerunt.

comprehenderunt [1]); *omnes vitiorum propagines tanquam ex semine* [2]) *oriantur: sequitur omnino, vt resurrectionis corporis nedum carnis nullo modo optanda sit, quam multi sibi fingunt, beatitas. Sed audio eos dicere, nos non tam* optamus quam speramus, *cum promissio diuina eius fiduciam nobis excitauerit! Itaque nos maius quid dicemus hoc; eam* ne *quidem* sperandam *esse, siue rem* ex se *aestimes, siue* ex Scripturis diuinis J. C. et Apostolorum, *quas minime abiicimus: Nam quomodo* primum in se *speranda sit, si cogites, quo tristi fato spiritus tanquam pars lucis purissimae per fallaciam inveteratam Diaboli, materies inspectoris, ex Dei lucis regiones gubernantis sedibus furto ablati et in hanc crassam corpo-*

 ris

1) *Epiphan.* l. c. §. 64. παλιν δε επιλαμβανεται της λεξεως ταυτης· ὁτι το φως εν τη σκοτια φαινει, και ἡ σκοτια αυτο ου κατελαβεν — §. 66. επιλαμβανεται παλιν ἑτερου ῥητου εις μεσον φερων — — ὁτι ὁ Θεος του αιωνος τουτου κ. τ. λ. cf. §. 68. Ap. *Archel.* in Actis §. 14. *ait Ioannes:* totus mundus etc. *Augustinus* de haer. 46. *carnalem concupiscentiam, qua caro concupiscit aduersus spiritum — substantiam volunt esse contrariam.*

2) — — §. 65. το ὁμοιον δε παλιν επιλαμβανεται ὁ αυτος Μανης απο του τον σωτηρα ειρηκεναι· ὁμοια εςιν (cet ex Matth. XIII, 24-30.) *in Actis Archel.* §. 13. *Manes:* cui enim debet credi, magistris vestris istis, — — ait Saluatori Christo Jesu dicenti — — *non potest arbor bona malos fructus — neque arbor mala bonos — facere.* cf. *Epiph.* §. 62.

ris materiem inclusi fuerint [1]), *hisque addas rem facti, nimirum Jesum propterea ex Sole a Deo missum esse, vt spiritus rursus ex corporis vinculis liberaret omnesque* scintillas *lucis ad eius habitacula reuocaret. Quae si itaque vere, vti ex ipsis Scripturis probatum dabimus* [2]), *hominis in captiuitatem redacti et iterum liberandi quasi genealogia est, quomodo non pugnet cum eadem illa multorum fiducia resurrecturae carnis?* Sed Jesus tamen ipse corpus habuit! *Immo non habuit, finxit habere; poteratque formam eius atque figuram, quin immo cuiuscunque alius corporis*

1) Recte successiones ab hac de J. C. carne φαινομενῃ ad carnis nostrae interitum opinionis notauit Auctor quisquis fuerit Actorum *Archelaï* §. 49. in hunc modum: *Sed et amplius adhuc omnibus ostendere cupio, vt agnoscant vniuersi, assertio tua quantum impietatis obtineat: Si enim non est natus, secundum tu dicis, sine dubio nec passus est; — quodsi non est passus, crucis nomen aufertur; cruce autem non suscepta, nec Jesus ex mortuis resurrexit; quodsi Jesus ex mortuis non resurrexit, neque aliquis alius resurget* etc.

2) *Epiphan.* §. 78. ἑτερα δε παλιν λεξει κεχρηται ὁ αὐτος Μανης φασκων, ὁτι ὁ Χριστος ἐξηγορασεν ἡμας ἀπο της καταρας του νομου γενομενος ὑπερ ἡμων καταρα: hic nunc maledictum legis *de dominio Diaboli* per vetus Testamentum interpretabatur, cf. fin. §. et § 24. haec: εἰ γαρ ὁλως το ἀπο του σωματος ἀπαλλαγηναι τας ψυχας σωτηριαν ΗΓΕΙΤΑΙ, ἐδει μαλλον τον σωτηρα ἀποκτειναι τον δαιμονωντα ἀνθρωπον, ΙΝΑ ΣΩΘΗ Η ΨΥΧΗ ΑΠΟ ΣΩΜΑΤΟΣ

ris volebat, ad tempus mentiri [1]). *Quin itaque me audiatis! Nam possum etiam vobis, quod* alterum *erat, demonstrare, neque* per Scripturae testimonia *eam sperandam esse. In his enim etsi reperiantur quae primo intuitu, resurrectionem fore suadeant credere, tamen contextum curiosius perspicienti patebit, ea omnia* allegorice de animae restitutione in pristinum statum purum atque lucis plenum *intelligenda esse* [2]), *cogimurque omnino ad hoc interpretationis subsidium recurrere toties, quoties videmus, hos locos crasso suo*

ΤΟΣ (nempe ex sententia Manetis) cf. *Augustinus* de *haer.* 46. *Christum nouissimis temporibus venisse ad animas non ad corpora liberandas.*

1) ap. *Archelaum* §. 50. *Manes dixit: — — — totus ille ipse descendens, semet ipsum in quocunque voluit* (loco) *transformauit in hominem eo pacto, quo Paulus dicit*, quia habitu repertus est vt homo. *Cuius igitur rei indiguerit, is, qui semet ipsum in omnia transformarit ostende! Quando enim voluit, hunc hominem rursum transformauit in speciem solis* etc.

2) Etsi testimonio careamus luculento, ex quo pateat *Manetem resurrectionis* verbum allegorice explicasse, tamen fecisse patet ex vniuersa defensione huiusmodi interpretationis, quam verbis Seruatoris tueri conabatur, *non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est scire mysteria regni Dei.* Cf. Acta *Archel.* §. 25. immo ex specimine quod proxime sequitur l. c. vbi in Seruatoris effato: *oues meae vocem meam audiunt*, suis verbis dicit, *oues* in *similitudinem poni animarum.*

suo sensu sumtos, pugnaturos esse cum tot aliis, in quibus corporis resurrectionem ne forte fingamus, diligenter cauetur; vt quando Apostolus *dicit:* caro et sanguis regnum Dei non possidebunt [1]); et alibi: iudicaui eum — tradere Satanae in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat in die Domini — *Quid hoc clarius? Carnis profecto interitus nihil aliud est,* quam eius absoluta extinctio; *quomodo igitur carne funditus extincta in potestate Diaboli, soloque seruato spiritu* corporum *aut* carnis *erit resurrectio* [2])? *Itaque hoc vnice agamus, vt huic nostro spiritui post corporis*

1) *Epiphan.* §. 87. *ἀλλα φησι γεγραπται, σαρξ και αἱμα βασιλειαν Θεου οὐκ κληρονομησουσι· και νομιζει ἐν τουτῳ λεγειν τι.* Mirum eum non, quemadmodum ex Gnosticis multi, demonstratione quoque Apostolica de homine *exteriore* et *interiore* in hoc argumento abusum esse! Sed certum est, eum sibi hactenus temperasse ex *Epiphanio* §. 74. vbi eum de vetere et nouo testamento *φρασιν* Paullinam interpretatum esse docet; cf. Acta *Archelai* §. 21.

2) Haec tota oratio ipsius *Manetis* ap. *Epiphan.* §. 86. *ἀλλην δε παλιν λεξιν ὁ αὐτος Μανης παρεισφερει λεγων· ὅτι οἰδα πνευμα σωζομενον ἀνευ σωματος· τουτο γαρ φησι διδασκει ὁ Αποστολος λεγων· ὅτι ὁλως ἀκουεται ἐν ὑμιν πορνεια — — — — ἐγω μεν — κεκρικα — παραδουναι τον τοιουτον — — — ἱνα το πνευμα σωθῃ ἐν τῃ ἡμερᾳ του Κυριου. Ὀλεθρος δε ἐπι σαρκος ὁ παντα πασιν ἐστιν ἀφανισμος· πως οὐν ἀφανιζομενοις της σαρκος ἐν χειρι του Διαβολου και σωζομενου του πνευματος, ἐτι ἐσται ἀναστασις σωματων, ἡ σαρκος;* Sed ita etiam venia a lectoribus roganda nobis est, quod

ris lapsum bene sit! cum purificatio eius a tenebrosa impuritate non adeo multis succedat solisque repurgatis spiritibus mox accessus pateat ad lucem lunae primum, deinceps solis, vsque dum ad summam perueniant; reliqui vero pro atrocitate aut paritate criminum, quibus hic se contaminarunt, cogantur in alia corpora murium, felium, elephantorum et quae alia forma atque adspectu adhuc terribiliora sunt, redire [1]). *Exeamus itaque e potestate Diaboli corporisque, eius figmenti,*

 et

quod supra p. 28. verba iis dedimus in extrema pagina, memoria in tanto rerum apparatu subministrando errante.

1) Ita omnes fere hanc μεταμορφωσιν et vel vnus *Epiphanius* toties *Maneti* tribuunt (cf. illum §. 28. 55. et *Augustinum*) vt si inde veritas aestimanda sit, dubium nullum relinqueretur. Sed cum ex Specimine quod mox afferemus, manifestum fiat, quam multa ipse *Epiphanius*, proximus tamen *Maneti*, ipsi male intelligendo affinxerit; quomodo *Augustinus* deinceps *Epiphanium* secutus sit et quam procliue denique, sit confundere *elementorum corporeae substantiae* cum *animae* ΜΕΤΕΝΣΩΜΑΤΩΣΕΙ, aliis examinandum relinquimus, annon potius *Manes* ex vniuersa sua θεωρια existimandus sit finxisse in quibusdam ita spiritum mole nimia σωματος atteri quasi, vt tandem plane euaporet, et corporis dissoluti particulae in alia corpora transeant. Et nescio fere, quomodo haec *Manetis* verba apud *Epiphan.* §. 28. πρωτον καθαριζεται ΜΙΚΡΟΝ ΤΙ απ' αυτης (ψυχης) ειτα μεταγγιζεται εις κυνος etc. aliter intelligi possint.

et vel huius necessitatibus ad victum et reliqua[1]) *parco sumtu prouideamus, vt sic onere terrestri, quod ipse* Omophorus *toties magno cum fragore abiicere gestit, liberati, aliquando toti* spiritu[2]) solo *viuamus*!

Haec

1) *Augustinus:* nec oua sumunt — nam et vinum non bibunt — nec misti aliquid vel recentissimi sorbent — — monent etiam auditores, vt si *vescantur carnibus*, animalia *non occidant* (*quomodo hoc fiat?*) — nuptias damnant etc.

2) Seruauimus in vniuersa narratione de industria verbum *Spiritus* (πνευμα). Nam illo vitio scatet *Epiphanii* recensio, quod πνευματος et ψυχης verba promiscue contra *Manetem* agens posuit, qui tamen studiose vtrumque in homine distinxit, vt haec esset *qua viuimus*, ille, *quo cogitamus*. Itaque illam etiam plantis et omnibus animantibus tribuebat non tanto profecto errore, quem *Epiphanius* ipsi propterea exprobrat §. 33. ποιον γαρ παρ᾽ αὐτῳ οὐ καταγελαστον; το ἡγεισθαι τα σπερματα βοτανων τε και γεννηματων — ΨΥΧΑΣ ἐιναι! Inde porro dicebat ex eodem *Epiphanio* §. 9. τον ἐσθιοντα σαρκας (forte addidit συν αἱματι) ψυχην ἐσθιειν τον τοιουτον, quoniam nimirum pars vitalis est in sanguine. Atque hinc demum mihi suspicio oritur, annon in verbis *Augustini*, de quorum repugnantia mox ante admonebamus, *quomodo hoc fiat?* pro *animalia* legendum sit, *animam non occidant* h. e. *non dentibus comminuendo deuorent*. Sed tamen *Augustinus* recte hoc vidit discrimen ab illis inter spiritum et animam statui, dum dicit, *duas animas vel duas mentes vnam bonum alteram malam in vno homine inter se habere conflictum*

volunt

Haec pauca verissime de *Manetis* aduersus resurrectionem pugna continua aliqua narratione dicere nobis licuit, de caussis ante allatis; quare nunc deinceps ad

HIERACIS

transeamus consensum; nam nollemus quidem dicere *Hieracitarum*, quoniam neque abundasse videtur discipulis, neque multos post se reliquisse. Eius nunc rationes in argumento de resurrectione allatas vnus fere *Epiphanius* commemorat, cuius omnia quae huc pertinent, quoniam pauca sunt, mox transscribemus:

Haeresi LXVII. *Plane hic quoque negat carnem resurgere, solam potius animam, vnde asserit spiritualem resurrectionem* (βουλεται γαρ και ουτος την σαρκα μη ανιςαναι, αλλα την ψυχην μονωτατην· πνευματικην δε την αναςασιν φασκει.) Et mox §. 2. *neque, ut dixi,* mortuorum *resurrectionem, quatenus per carnem fit, credit, et etsi resurrectionem admittat, animarum tantum et nescio quam spiritualem fabulatur* (ουδε [πιςευει] ὡς ἐφην, νεκρων αναςασιν την δια σαρκος, αλλ᾽ αναςασιν μεν νεκρων λεγει, αναςασιν δε την των ψυχων, και πνευματικην τινα φασκων μυθολογιαν.)

T 5 Atque

volunt (nempe *spiritum* πνευμα et *appetitum sensitiuum* ψυχην).

Atque ex his credo poteſt quidem non dubitari, *Hieracem* negaſſe *carnis* reſurrectionem, etſi obſcurum relinquatur, qualem animae poſuerit, vtrum ad huius vitae ſanctitatem e vitiorum quaſi ſepulchro, aut ad futurae vitae beatitatem ab temporaria ſepultura. Quod ſi in tanta *Epiphanii* ad plauſtra conuiciorum paranda alacritate ſatis tutum iudicium ex numero atque pondere horum quaſi terminorum polemicorum formare liceret, poſterior error tanquam pernicioſior ipſi tribuendus foret. Nam ita miro concentu, quem mox ab intelligentia Scripturarum, doctrinae copia et vitae ſeueritate laudauerat, mox rurſus vaniſſimum, ſtultiſſimum, venenatum ſerpentem, ſcorpionis inſtar anteriori poſteriorique parte ferientem, praedicat. Sed vt dixi talia in promtu habet. Itaque coniectura quisque per ſe vtatur, nobis aeque haec liceat, vt dicamus videri *Hieracem*, quem et *Origenis* interpretandi rationem allegoricam ſecutum fuiſſe affirmat *Epiphanius* et ſpecimine Paradiſi ab eo pro οὐκ αἰσθητῳ, hoc eſt, non vero, ſed figurato, habiti, probat, hac itaque de cauſſa eum nobis videri in loco quoque de reſurrectione cum *Origene* ſententiam dixiſſe, quam ſiue diſcipuli eius vtendo, ſiue *Epiphanius* repetendo ſic deinceps corruperint. Non pugnabimus tamen, vt in foro coniecturae omnibus patente, ſi quis contradicere velit, *Hieracem* ipſum *Origenem* non intellexiſſe, vt ita in duriorem ſenſum eius difficiliorem paullo ϑεωϱιαν conuerteret. Cogimur in

Arabi-

Arabicorum

recenſione eadem paucitate contenti eſſe, hoc eſt, vno *Euſebii* teſtimonio, luculento quidem in ſe, ſed tamen non ſatis copioſo. Eſt autem narratio eius haec: *Commemorato tempore rurſus alii prodierunt in Arabia, manifeſti erroris auctores, aeſtimantes, animam humanam vna cum corporibus morte* interire *atque* corrumpi; rurſus *vero tempore reſurrectionis*, cum iis ad vitam eſſe redituras: *Itaque tunc magna Synodus conuocata fuit, ad eandemque Origenes rurſus euocatus, qui cum colloquium ſuper hac quaeſtione inſtituiſſet, ſic certauit, vt ſententiam mutarent, qui ante lapſi fuerant* [1]).

Poterit hic quisque per ſe videre, illos homines reſurrectionem corporis cum anima ſimul ſtatuiſſe, quod ex verbis *Euſebii* συναποθνησκειν, συνδιαφθειρεσθαι, συν σωμασι αναβιωσεσθαι nimis

1) Αλλοι δ' αὖ παλιν ἐπι της Αραβιας κατα τον δηλουμενον ἐπιφυονται χρονον, δογματος ἀλλοτριου της ἀληθειας ἀσηγηται· οἱ ἐλεγον την ἀνθρωπειαν ψυχην τεως μεν κατα τον ἐνεστωτα καιρον, ἁμα τη τελευτη ΣΥΝΑΠΟΘΝΗΣΚΕΙΝ τοις σωμασι, και ΣΥΝΔΙΑΦΘΕΙΡΕΣΘΑΙ: αὖθις δε ποτε κατα τον της ἀναστασεως καιρον ΣΥΝ αὐτοις ΑΝΑΒΙΩΣΕΣΘΑΙ: και δη και τοτε συγκροτηθεισης οὐ σμικρας συνοδου κ. τ. λ.

nimis apertum esse verissime iudicarunt Viri integro animo iudicantes. Sed quibus nunc argumentis vsi sint et qualem corporis cum anima restituti habitum fore existimauerint, in tanto silentio veterum nos certe non definire audemus, etsi *Danaeus* [1]) in priore momento ausus fere est dicere, eos in locis Gen. VI, 3. II, 7. 1 Tim. VI, 16. robora suae sententiae quaesiuisse.

1) ad *Augustinum de haer.* c. 83.



CAPVT

CAPVT QVARTVM.

SECTIO I.

DOCTORVM SECVLI IV. DE RESVRRECTIONE CARNIS FORMVLAE LOQVENDI.

Sequitur vltima, quam percurrere proposueramus, periodus liberalioris eruditionis theologicae tristi omine vix vno atque altero *Didymo* in Alexandrina Schola aut *Eusebio* in illius aemula Caesareensi superstite. Itaque etiam nos, quando primum quaerendum est, quam disserendi rationem de resurrectione carnis secuti sint Viri doctrina meritisque hoc seculo clari, non quemadmodum in superiori enarratione peculiarem classem Alexandrinae siue Scholae siue disciplinae professorum constituemus, satis habentes in singulis, quos constet eidem vario nomine addictos fuisse, hoc paucis monuisse, vt tamen quasi genealogia opinionum manifesta reddatur. Liceat itaque cum Latinis incipere, ab his deinde ad Graecos progredi et in vtrisque ordinem temporis seruare.

IVLIVS FIRMICVS MATERNVS

primum prodeat. Nam etsi non ita magna doctrinae et ingenii laude floruerit, audiendus tamen erit, cum promittat se testimonium verissimum

mum exhibere velle [1]), quo *omnes errores profanarum religionum* patefiant. Is vero inter alia haec habet:

Noster lapis (I. C.) *Dei fundatus manu extruit, confirmat, erigit, munit et restaurati corporis gratiam perpetuae immortalitatis splendore condecorat* [2]): — — *Lapis autem hic sanctus, id est, Christus,* — — — *corporis et animi diversitatem, diuersam naturam, inuiolata homini immortalitate consociat* (nisi legendum sit separatim *in violata*, sensu, vtramque ad eam immortalitatem adducit, quae homini erepta fuerat) [3]) — — — *Hoc vnguentum* (Christus) *a mortalibus laqueis putres hominum artus exuit, vt sepulto primo homine ex eodem statim homine homo alius felicius nascatur* [4]): Quoniam dicit *statim*, forte de regeneratione in baptismo intelligendus esset, nisi mox sequentia aliud suaderent — — *Christus filius Dei, vt humanum genus a mortis laqueis liberaret, omnia ista sustinuit, vt captiuitatis durae* (nempe apud Satanam) *iugum tolleret, vt hominem patri redderet* (ante dixerat: *cum enim Dominus noster I. C. cum diabolo, pro nostra salute sollicitus, diuina maiestatis suae colluctatione certaret, vt de faucibus eius, quem*

1) mox ab initio: *in testificationem veritatis manifestis rationibus probabimus* etc.

2) p. m. 26.

3) p. 27.

4) p. 30.

quem gerebat hominem, liberaret) — — *vt promissae resurrectionis fructum propriò monstraret exemplo* — — *clausit ianuas sedis infernae* — — [1]) — — *Christus Deus calcata morte ad coelum, hominem quem susceperat, reuocat. Hoc a venerando propheta* — — *praecanitur* — — tollite portas Principes vestras — — *Hoc angelis nescientibus imperatur, neque enim scire potuerunt, quandò verbum Dei descendit in terram, ideo et ipsi sollicita interrogatione respondent:* quis est iste rex gloriae? etc. [2]) — — *post multa tempora nouissimis temporum spatiis* i. e. *nouissima pene seculorum hebdomade, verbum Dei humano se miscuit corpori, vt hominem liberaret, vt mortem vinceret, vt fragilitatem humani corporis cum diuina immortalitate coniungeret* [3]) — — — Haec ille, vt nunc quidem nulla dubitatio relinquatur, eum resurrectionem *corporum*, tanquam consequens redemtionis I. C. in primariis doctrinae Christianae partibus collocasse, non aeque tamen pateat, quibuscum adiunctis eam cogitauerit. Excipiat eum

HILARIVS

Pictauiensis, qui toties in *Commentariis* in *Matthaeum* et *Psalmos* locum hunc attigit, vt de compendio recensionis nobis cogitandum sit. Itaque mox in superiore hoc contextu locos, quos ad

1) p. 31.

2) p. 32.

3) p. 34.

ad rem pertinere intellexerimus, adſcribemus, eo tamen ordine, vt maxime conſonantes vnum in locum transferamus:

in Pſalm. LI. p. m. 305. *Lex moriendi legem non adimit* reſurgendi.

in Pſalm. LXII. p. 404. —— *terrena haec corpora, quae ad vitiorum concreta materiam ſunt, dum hic, quibus quaſi* naturaliter *delectantur, infecta ſunt, deſperant ſe conſequi poſſe conſortium* (futurae animae felicitatis) *munusque coeleſte* (immortalitatis) *quaſi non et animae naturam vitia corporis, quibus oblectantur, inficiant* — — *Sed nos ſpiritalibus doctrinis eruditi ſcimus, et* animae et corporis *ſalutem a Deo eſſe datam* — — — *Arduum autem ſed maxime verum eſt, aeternitaem ita corporis, vt animae ſperare.*

in Matthaeum Canone IV. p. 257. *Apoſtoli ſunt rerum coeleſtium praedicatores, et aeternitatis velut ſatores; immortalitatem omnibus* corporibus, *quibus eorum ſermo aſperſus fuerit, conferentes* —— *merito igitur ſal terrae nuncupati ſunt, per doctrinae virtutem ſaliendi modo* aeternitati corpora *reſeruantes.*

in Matthaeum Can. XVI. p. 296. —— *quia, ſicut aeternitas* (diuina J. C. natura) *naturae noſtrae corpus accepit, ita cognoſcendum eſt, naturam* corporis noſtri aeternitatis *aſſumere poſſe virtutem.*

in Pſalm. LXV. p. 419. — *per quem* (Jordanem) *populo* (Iſraelitico) *in repromiſſionis terram*

ram

rani (Canaan): *iter fuerat, per eum via nobis coelestis regni;* (hic nimirum interpungenda oratio, et a mox sequente vberiore explicatione separanda) *et* nouae generationis lauacro *possessio* aeternorum corporum inchoatur, *aquis ipsis baptismate Domini consecratis.*

in Matthaeum Can. V. p. 262. — *Quia corruptus circa futurorum curam infidelium sensus est, calumniantium, quae* in resurrectione corporum species sit futura, quae in substantia aeternitatis alimonia — — *igitur* — *ita admonet* nonne anima pluris est quam esca etc. — *Nihil est quod non in substantia sua et creatione corporeum sit; — — — num et animarum species siue obtinentium corpora, siue corporibus exulantium, corpoream tamen suae naturae substantiam sortiuntur — — atque ideo inertiam inutilissimae quaestionis Deus arguens, non patitur* anima et corpore in aeternitatis *substantia collocandis spem nostram futuri in resurrectione cibi et vestitus sollicitudine demorari* (retineri), *ne tanto pretiosiora reddenti*, corpus scilicet atque animam, *contumelia in non efficiendis leuioribus inferatur.* — — — *Cum enim vniuersorum* corporum, quae vitam hauserint, diuersitatem *in* vnum consummatum virum perfectumque *sit excitaturus* (ita alludit, opinor, ad Eph. III, 12. 13.) *solusque potens sit ad vniuscuiusque* proceritatem cubitum vnum et alterum tertiumue praestare (parare s. exhibere) *de* vestitu. *id est, de* specie *corporum cum tanta eius contumelia ambigemus? qui vt aequalem atque vniformem omnem hominem*

 efficiat,

efficiat, tantum mensurae sit humanis corporibus additurus. — —

in Matthaeum Can. XXIII. p. 313. sq. *Sadducaei extra fidem resurrectionis sunt: Et quia eam Dominus praedicaret*, calumniam diuinis rebus ex efficiendi voluntate (ordo verborum: *ex voluntate diu. re. calum. effic.*) *proponunt*, septem videlicet fratrum eandem coniugem, cuiusnam eorum in resurrectione futuram esse respondeat? *Atque ita quidem* publica opinio *accipit de resurrectionis* conditionibus *nihil in Scripturis prophetalibus contineri: Sed Dominus ait*, erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei — — *Hanc enim eandem calumniam afferre plures solent*, in quam formam muliebris sexus resurgat, et an rursus cum ipsis naturae suae et corporis officiis reformetur? *Nos quidem temere* (paullo audaciores) *locum hunc a* cunctis *ferme* praeteritum (nempe in Commentariis ad h. l.) *contingimus* — — *Et quidem suffecerat aduersus Sadducaeos ita sentientes, opinionem corporeae illecebrae recidisse* — — *Sed adiecit*, erunt similes angelis Dei: *Quia igitur eas* (foeminas) *angelis similes sacramentum scripturarum* (sacrae literae) *et diuinae virtutis potestates futuras esse demonstrat*, qualis *in Scripturis auctoritas est* de Angelis *opinandi*, talem *in resurrectione spei nostrae sensum oportet* de foeminis (ordo verborum: *talem oportet esse sensum nostr. sp. de foem. in resur.*) *Et haec quidem de resurrectionis* conditionibus *propositae reddidit* (reposuit) *quaestioni*,

ſtioni, *de* ipſa *vero reſurrectione aduerſus infidelitatem eorum ita locutus eſt* etc.

in Matthaeum Can. VIII. p. 270. *Porro autem vt ipſe in corpore poſitus* — — reſurrectionem corporibus *praeſtaret ait:* — — — ſurge, tolle lectum tuum — — *Primum remiſſionem tribuit peccati, dehinc virtutem* reſurrectionis *oſtendit:* et mox: *delati Deo honoris hinc cauſſa eſt, quod poteſtas hominibus hac via data ſit per verbum eius, et peccatorum remiſſionis et* corporum reſurrectionis, *et reuerſionis in coelum.*

— — — Can. IV, p. 256. *Mitibus terrae haereditatem pollicetur, id eſt,* eius corporis, *quod* ipſe Dominus aſſumſit habitaculum. *Et quia per manſuetudinem mentis noſtrae habitauerit Chriſtus in nobis, nos* quoque gloria clarificati eius corporis (alludendo ad Phil. III, 21.) *veſtiemur.*

in Pſalm LIX. p. 396. *Nunc autem per vnum in omnes donum vitae*, iuſtificationis gratia, *abundauit, vt quorum terra maledicta eſt, horum nunc* conformia Deo corpora ſint.

— — LXVII. p. 439. *Nam cum omnibus ſit ad nouam reſurrectionis* originem *voce virtutis* vtendum (reſcribendum putem *veniendum*; vult enim dicere, *etſi omnes ad vitam reuocandi ſunt per vocem Domini potentiſſimam) non vniverſis tamen glorioſus*, id eſt, reſurrectionis, (nam hic comma ponendum et verbum *honor* ad *glorioſus* referendum) *honor eſt praeparatus, Domino dicente,* nolite mirari iſta, quoniam venit

 hora,

hora, in qua omnes, qui ſunt in monumentis, — — — qui bona geſſerunt in reſurrectionem vitae, qui autem iniqua geſſerunt in reſurrectionem iudicii — — — Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, *in eis ſcilicet mirabilis*, quos *in vitae reſurrectione excitabit* aeternos. — — — *quos cum* conformes gloriae corporis ſui *fecerit*, per ſe, qui mediator eſt, *etiam in vnitatem paternae maieſtatis aſſumet* —— *quibus abſorpta morte immortalem vitam aeternamque reddiderit. Non enim* iam (f. tum) incrementis corporum *eſcarumque alimentis infirmitatumque caſibus vitae* humanae demutatio *laborque tolerabitur; ſed* aeternitas cunctis, *quae naturae ſuae virtute ipſa ſe continens, id eſt, quae ſe ipſum alat conſeruetque, donabitur* — —

in Pſalm. CXXIV. p. 543. *In eo enim ſumus reſurrectio, in reſurrectione noſtri in eo nobis eſt corporis contemplatione ſpeculatio* [1]). — — — *Loquatur* — *Paulus*, *et dicat:* noſtra autem conuerſatio in coelis eſt, vnde et Saluatorem noſtrum expectamus Dominum I. C. qui transformabit corpus humilitatis noſtrae, conformatum

1) *Eraſmus* interpunctionem hoc modo effecerat: *in eo enim ſumus reſurrectio in reſurrectione noſtri, in eo nobis* — — *eſt ſpeculatio*; omni, vt patet, ſenſu pereunte. Itaque nos eam mutauimus, vt ſit ordo verborum in poſteriore membro: *in eo nobis eſt ſpeculatio contemplatione noſtri in reſurrectione corporis.* Cf. locum proxime ſequentem et tertium ab eo.

formatum corpori gloriae ſuae — — *confidamus in Domino, vt conformes* corpori gloriae Dei *ſimus.*

in Pſalm. CXXVIII. p. 559. — — *Dicti apoſtolici meminiſſe nos conuenit* ad montem Sion et Hieruſalem coeleſtem acceſſiſſe nos, *in Dominum noſtrum I. C. credentes, in cuius glorificato corpore, quod in coeleſtem gloriam transformatum eſt, ſpei noſtrae honorem ſpeculamur, humilitatis noſtrae corpore in gloriam corporis ſui conformando.*

— — CXXXVIII. p. 609. — *Formamur, vt conformes ſimus gloriae corporis Dei.*

— — CXLI. p. 623. *Haec ei a Deo retributio eſt, vt* ei corpori, *quod aſſumſit, paternae gloriae donetur* aeternitas. *Quae autem ſit iuſtorum expectatio idem Apoſtolus docet, dicens:* noſtra autem conuerſatio in coelis eſt, vnde et Salvatorem noſtrum expectamus, Jeſum Chriſtum, qui transformabit corpus humilitatis noſtrae, conformatum corpori gloriae ſuae — — —

— — CXXXI. p. 573. Sacerdotes eius induam ſalutari] *Sacerdotes ſuperius* (in ſuperiore oratione) *iuſtitia induuntur, ſed profectum honoris ſui ſumunt* (in his verbis plus honoris ipſis tribuitur) *ſalutari ſcilicet induantur, conformes effecti gloriae ſalutaris: quia ſecundum Apoſtolum, de coelis* ſaluificatorem noſtrum expectamus, qui potens eſt ſecundum operationem efficientiae ſuae corpus humilitatis noſtrae conformare corpori gloriae ſuae.

in Psalm. LXVIII. p. 450. *in hoc ergo* corpore *Domini quod resurrexit ex mortuis, quod a dextris virtutis consedit, quod in gloria Dei Patris est, spem nostram vitamque* speculamur — *in* resurrectionis *gloriam, cuius spem in ipso ex mortuis resurgente, speculamur, peccatum, mors, corruptio a vita et immortalitate deuorata.*

— — CXLIII. p. 632. *Ipse — primogenitus est ex mortuis: Et* vt in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes resurgemus — — — *Regnabunt conformes* gloriae suae, *per assumtam ab eo naturae nostrae conditionem, rursum omnes in naturae* eius *communione mansuri.*

in Matthaeum Can. V. p. 263. *Cum in resurrectione similes omnes angelis erunt, sperare nos coelestis gloriae voluit operimentum, exemplo angelicae claritatis — — — Et haec recte perfecteque viuentium merces est, vt in nouam coelestium substantiam, ex* hac corruptibilis corporis materia *transferantur, et corruptio terrena coelesti incorruptione mutetur.*

in Psalm. LIV. p. 383. *Omnes secundum Apostolum resurgent, sed non omnes commutabuntur* — — demutatio *his* (impiis) *non relicta est. quia pro peccato semel mortuus est et resurgens eos tantum* demutatione *donauit, qui secum per fidem et caussa mortui sunt et resurgent.*

— — CXVIII. p. 493. — *Namque et resurrectionis consummationem videt. Scit enim* et demutationis *esse ordinem constitutum,* Apo-

stolo

ſtolo dicente — — omnes quidem reſurgent, ſed non omnes immutabuntur.

in Pſalm. CXXXIX. p. 616. habitabunt recti cum facie tua, *recti habitantes cum facie Dei. nihil in ſe corporale retinere intelliguntur. Natura enim carnis Dei non patitur adſpectum* — — Hoc iam coeleſtium eſt, *et transformatorum et terrenam corruptionem coeleſti incorruptione mutantium.*

— — LXIX. p. 451. *Nam, vt Apoſtolus ait*, omnis quidem *caro* reſurget, ſed non omnis demutabitur. *Reſurget autem, quia* in carne *ſiue bona ſiue mala egerint recipere conſtitutum eſt. Ergo et quaerentes animam iuſti* — — — et *confundentur* et *reuertentur in reſurrectione.*

— — LV. p. 386. ad verba: Sicut expectauerunt animam meam, pro nihilo ſaluos facies illos — *Nouus hic prophetae ſermo eſt, vt eos, qui expectant animam ſuam, ad nihilum* (ad perniciem) *Deus ſaluet* (ſeruet), *et cum aliud ſit* in nihilum, aliud ſaluari (vult dicere, *cum haec ſecum pugnare videantur)* nunc ſalus, *quae in eos fiet, in nihilum ſit* (eorum conſeruatio in perniciem iis cedat: ceterum poſt prius *ſaluet* non maior diſtinctio cum *Eraſmo* ponenda, pendet enim poſtremum *ſit* a ſuperiore *vt.*) *Eſt ergo quod ſaluetur in nihilum? Eſt plane!* (ita hic contra pro commate apud *Eraſmum* maior haec diſtinctio ſtatuenda eſt.) *Quicquid, reſurrectione conceſſa, demutatione non dignum eſt:* (ſic diſtinguo, et verba ordinanda eſſe cenſeo in hunc

 modum

modum — *non quicquid demutatione dignum est, resurrectione concessa*, etsi resurgat) *Nam cum* omnis caro *redemta in Christo sit vt resurgat, et* omnem assistere ante tribunal eius *necesse sit, non tamen omnibus* gloria et honor (supra dixerat, *gloriosus honor*) *est promiscuus resurgendi. Quibus ergo tantum* resurrectio, *non etiam* demutatio *est tributa, hi saluantur in nihilum* — — non timebo quid fuerit mihi homo] — — *vt doceret, idcirco se nihil ab homine pertimescere, quia, si quid potestatis suae exeruisset in corpore, id rursum resurrectionis gloria sine corporum labe reciperet* — — *Ipse* — *sibi resurrectionis est Dominus, ipse huic emortuo, et intra sepulchrum relicto corpori diuinae naturae suae tribuit consortium. Neque enim* resurrectionis *omnibus* ab exteriore materia corpus acquiritur, neque peregrinae originis externarumque caussarum natura recipitur, *sed* id ipsum *in profectum* claritatis emergit, *fitque in eo* demutatione *potius quam* creatione, *quod nouum sit.*

in Psalm. LVII. p. 391. — Vnusquisque *secundum Apostolum,* siue bona siue mala percipiet *in carne, cum ipsam materiam, ac* (quemadmodum) *sensum, in qua compurgatur,* habiturus sit peccator. *Ante resurrectionem* carnis — *viuens absorbetur ad poenam anima eius.*

— — LXIII. p. 409. *qui* resurrectionem carnis *negabit, sciet non difficilem* eius *instaurationem futuram ei, cui inchoatio prima sit facilis.*

in Psalm. II. p. 357. tanquam vas figuli confringes eos: — — *Significari* etiam *intelligitur illa, quae secundum Dei voluntatem resurgentium* corporum instauratio *est futura* — *confracta* reparabit, *non ex* alia aliqua, *sed ex* veteri atque ipsa originis suae materia *speciem illis complaciti sibi decoris impartiens, vt corruptibilium corporum in incorruptionis gloriam resurrectio, non* interitu naturam perimat (perdat) *sed* qualitatem conditione demutet. *Non enim* aliud *corpus, quamuis in aliud resurget* — — *Fit ergo* demutatio *sed non affertur* abolitio: *Et cum* id quod fuit, *in id quod non fuit surgit, non* amisit originem, *sed* profecit *ad* honorem.

— — CXVIII. p. 461. *Habemus autem etiam nunc admixtam nobis materiam, quae mortis lege et peccato obnoxia est, et in* huius caducae carnis infirmaeque *domicilio corruptionis labem ex eius consortio mutuamur, ac nisi* glorificato in naturam spiritus corpore, *vitae verae in nobis non esse potest natura* — — *post* demutationem resurrectionis *terreni corporis nostri effecta gloriosiore natura.*

— — IV. p. 491. — — *Futurorum bonorum significari tempus intelligatur, in quo et coelum nouum et terra noua et felix* demutandorum corporum *gloria et aeterna* — — — *expectationi nostrae praeparantur.*

— — — p. 503. *tunc saluabitur, cum ex* corporea terrenaque *natura in* spiritualem *gloriam transformatus* — — — *viuat inter electos angelos* etc.

in Psalm. CXX. p. 531. *Propheta — nouit illam beatitudinem temporum, in qua a nobis omnis* demutatio *corporeae infirmitatis abscedet — — — quisquis Domini custodiam promeruerit — — — glorificati corporis* sui *sumat solidam indemutabilemque naturam.*

in Matthaeum Canon. X. p. 276. sq. *Quemadmodum autem si euolarent* (anima et corpus) *vnum essent* i. e. *corpus in naturam animae transiret et grauitas illa* terrenae materiae *in* profectum et substantiam animae *aboleretur fieretque* corpus *potius* spirituale, *ita* etc. — — *Vt igitur nihil ex nobis periturum esse cognosceremus, quia* multo passeribus meliores sumus — — *Nullus igitur* corporum nostrorum *casus est pertimescendus, neque vllus* interimendae carnis admittendus *est* dolor, *quando pro* naturae suae et originis conditione resoluta, *in* substantiam spiritualis *animae refundatur.*

— — — Can. XXVI. p. 320. *Quarum omnium rerum indicio scire nos voluit tempus nostrae redemtionis, quo ex corruptione* corporum *in* honorem spiritualis substantiae *transferemur.*

— — — Canon. XXV. p. 319. Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur aquilae: *Sanctos de* volatu spiritualis *corporis*, aquilas *nuncupauit, quorum*, (congregantibus angelis) *conuentum futurum in loco passionis ostendit — — vbi nobis gloriam aeternitatis, passione corporeae humilitatis* operatus est.

in

in Psalm. LIV. p. 381. *ad verba:* quis dabit mihi pennas sicut columbae etc. — — *Euolare vt columba festinat*, i. e. *in* spiritualem *redire* naturam — — *Et harum quidem pennarum suarum in Psalmo alio meminit* (cf. locum sequentem): si sumsero pennas meas ante lucem ——

— — — CXXXVIII. p. 604. *ad verba:* si sumsero pennas meas ante lucem etc. *Cum sumsit pennas iam* corpore *non grauatur* — — *cum* ante lucem *sumsit*, *tempus* resurrectionis *ostendit* — — *pennas autem ad* demutationem terrenorum corporum in spiritualem atque aetheream naturam *referri prophetica auctoritas est* — —

in Matthaeum Can. V. p. 263. *Igitur requies nulla gentibus*, *neque mortis*, *vt volunt* — — *Sed* corporalis *et ipsis* aeternitas *destinabitur*, *vt ignis aeterni in ipsis* sit aeterna *materies* ——

in Psalm. CXXXI. p. 574. *videbunt enim filium hominis in maiestate patris sui et non salute sed confusione induentur*, terreno *scilicet* et indecoro corpore *resurgentes.*

Sic tandem conferendi exscribendique duram per se molestiam, in *Hilario* vero ob rusticitatem sermonis longe duriorem superauimus. Audiuimus puto omnes eum resurrectionem *corporis*, non item *carnis* affirmasse, illiusque indolem ita descripsisse, vt in *piis* corporis subtilissimi angelorum rationem imitetur, *vnius sexus*, *virilis staturae perfectae*, *splendidissimum*, *velocissimum aut plane*. (nam hoc fortassis non ita ad verbum intelligi

intelligi voluit ipse allegoriae studio seductus) *alatum*; in *impiis* vero extiturum sit *terrenum* et *indecorum*; quo posteriore verbo amplissimi sensus liberum forte cuiuis relinquere voluit imaginando pro viribus eius deformem habitum sibi fingere, laudanda profecto liberalitate, etsi nobis ad tempus hoc narrationis paullo molestiore. Sed transeant haec. Illud potius quaeramus, quomodo cum reliquis eius sententiis illa comparanda sit, quam ad Psalmum LV. exposuit; quid porro de laudatione loci Apostolici ad Psalm. LVII. sentiendum, et quatenus tandem haec vniuersa *Hilarius* ex suo sensu dixisse existimandus sit. Ab hoc nimirum vt respondendi initium faciamus, docta in eo haesitatio est, cum *Origenis* fere doctrinam in Commentariis secutum esse *Hilarium* viri docti opinentur. Sed mihi tamen maior *Hieronymi* auctoritas est, qui expresse affirmat [1]), *Hilarium* et *Victorinum Origenis* tractatus (Homilias) *non vt interpretes, sed vt auctores* proprii *operis transtulisse*. In quo quare non hoc magis libenter *Hieronymo* testi propinquo credamus, quo certius reperitur *Hilarius* per omnia secum constitisse vel in proposito argumento, toties de *aeternitate* corporis, eius *demutatione* in spiritualem naturam pronunciando, quod profecto non eius est, qui vnum aliquem superiorem temere imitatur. Sed non con-

1) ad *Pammach.* et *Occan.* de erroribus *Origenis* f. 87. b.

constat sibi! Itaque res redit ad primum et secundum quaestionis momentum. Atque in illo quidem parata responsio est, *omnis caro* ex φϱάσει ebraica, quam iam supra in *Origene* notauimus, vniuersum humanum genus significat, inprimis cum mox verba Apostoli laudet, in quibus simpliciter dicitur, oportet *nos omnes* manifestos fieri ante tribunal I. C. etc. Et forte etiam hoc ex *Origenis* oeconomica in homiliis loquendi modestia, nihil ipse tale sentiens, repetiit. Ex posteriore vero non negamus nobis ipsis suspicionem ortam esse, annon in impiis *carnis* resurrectionem futuram esse statuerit, eo modo, vt procedente tempore *plus externae materiae crassae* (cf. ibidem verba: neque enim resurrecturis *omnibus* ab *exteriore materia* etc.) assumant, donec euadat corpus illud *indecorum*, statura, quantitate etc. Hoc certum est, *carneam* indolem piorum corporibus eum denegasse. Nam ita non solum clare dicit in vno loco, *natura carnis Dei non patitur adspectum*, et alibi cum aperto non minus sermonis discrimine: nullus est *pertimescendus corporis casus* aut *interimendae carnis dolor* admittendus; quasi dixisset, *corpori cadenti cum resurrecturum sit nihil timendum, vti non dolendum carnem perituram esse*; verum *corpus carneum* a corpore vniuerse sumto accurate etiam distinguere solet, vt quando *Canone* XVI. in *Matthaeum* de I. C. scribit: *eiusdem periculi res est, vel corpus dicere sine Deo* (diuinitatem I. C. relicta sola humanitate negare) *vel Deum sine corpore* (humanam naturam φαινομένην ipsi tribuere velle, in qua Deus

appa-

apparuerit) *Corpus autem* carnis huius *in aeternitate spiritus Deo nullum est*; vbi tamen *Erasmus* male interpunxit post verbum *spiritus*, cum altero *Deo* arcte cohaerens, vt *Deus in aeternitate spiritus* sit: *Deus aeternae et spiritalis naturae*. Ceterum vti facile erit lectoribus in excerpto Psalmi II. *Hilarii* consensum cum his, quae ex *Tertulliano* ad p. 124. *not*. 1, 2. dedimus, animadvertere, ita nobis ad Capitis *quinti* examen delatis non molestum esse debebit amplius quaerere, vnde haec quasi Apostolica *Hilarius* hauserit: vnusquisque siue bona siue mala percipiet *in carne*. Iam tempus admonet, vt ad alios pergamus, vnius vero *Hilarii* mentio, vt alterius quoque

HILARII

Diaconi iudicium audiamus, siue potius inquiramus in illud. Et est omnino expectandum, interpretem epistolarum Pauli non contemnendum attigisse certe hunc locum, quoties Apostolus opportunitatem aliquam suppeditaret. Videamus itaque tum quibus in locis Paulinis illam sibi datam existimauerit, tum quo modo acceptam vsurpauerit. Atque hic mox

ad Romanos VII, 24. eum deprehendimus in interpretatione hac: *corpus mortis est, cuncta peccata* — neque plus de resurrectione ad futuram vitam cogitauit in loco propinquo

ad Romanos VIII, 11. quem de renouatione huius vitae intelligendum esse praecipit — *corpora dixit per quae* homines *significat: Et quia supra dixit*, propter peccatum corpus mori *morte*

secunda

ſecunda (peccato) *hic iterum propter* bonam vitam *mortalia corpora viuificari promiſit*, id eſt, totum hominem.

Poſſumus itaque celeriorem tranſitum facere ad priorem ad Corinthios epiſtolam. Hic

Cap. V, 5. interitum *carnis* explicat de *libidinoſa voluptate*, *ſpiritus* vero conſeruationem de *ſanctitate animi* ſ. *donis* Spiritus S. in hunc fere modum diſſerens: *carnis voluptas a Diabolo eſt, ac per hoc, cum huic voluptati remittitur, traditur Satanae* — — — vt ſpiritus ſaluus ſit etc. *niſi enim eiectus eſſet, non fieret ſaluus* ſpiritus eccleſiae — — *deſerebat enim omnes contaminationis cauſſa, vt in die Domini nudi ab Spiritu S. inuenti audirent a iudice Domino*, recedite a me — — — ſaluus ſit, *non vtique ſibi qui impoſſibilis eſt, ſed* nobis quibus datus eſt — — — *Res enim quae amittitur ſalua* non *eſt* ei a quo *amittitur.* Vult itaque dicere, Apoſtolum ſignificare voluiſſe, *ſe hominem perditum ſuae voluptati relictum eieciſſe ex ſocietate reliquorum, ne horum mores ſimul corrumperentur cogereturque Spiritus S.* ab iis *recedere.*

Cap. VI, 14. haec habet: eſca ventri et venter eſcis, Deus — — deſtruet] *Deſtructio ventris eſt, cum edendi ceſſat officium, eſcae vero deſtructio tunc erit cum* ſteterit *natiuitas* (ceſſauerit ſobolis procreatio). Corpus autem — Domino, et Dominus corpori] *quid Dominus corpori?* ſubauditur *immortalitatem* reſuſcitato *praeſtabit, corpus enim Deo dicatum,* dono

no spiritali *remunerabitur merito ducis*, *id est*, *animi*. Deus vero — et nos suscitabit etc.] *idem sensus est*, *quem exemplo dominicae resurrectionis voluit firmare*, *virtus tamen Dei Christus est*, *quo nos* suscitauit et *ipsum Dominum*. Haec itaque *Hilarius*, quae suadent credere, eum orationem Apostoli hanc de resurrectione vtraque tum figurate tum proprie sic dicta intellexisse, cum non modo donum *spiritale* eam appellet, sed etiam in forma verbi praeteriti, suscita*uit*, loquatur.

Capite XV. sine detrimento caussae *Hilarii* delectum sententiarum eius faciemus. Nobis certe haec ad peruidendam eius existimationem sufficerunt — — *Quamuis* — *generalem tribuerit resurrectionem*, *vt sicut in Adam* — *moriuntur*, *ita et in Christo omnes tam credentes quam diffidentes resurgant licet*, ad poenam increduli tamen (ita enim interpungendum) *viuificari videntur*, *quia* corpora sua *recipient* etc. — — Si secundum hominem pugnaui rell. *hoc est*, *si secundum humanum sensum* (*qui videns hoc in* rerum naturam non cadere, *vt* caro *iam soluta reformetur ad vitam*, *minime credit futuram* resurrectionem mortuorum) *bestiis offerri non timui*, *nihil profeci*: *Sed hoc non est*, *quia certus de promissa vita* — — *Propositum Dei ignorantes* — — *mortuos resurrecturos esse stultum esse dicebant credere* — *cum animali homine* — — *agit* (*ait* sine sensu in Basileensi, qua vtor editione expressum) — *physica ratione*, *qua sibi blanditur* (qua abutitur) *vt non credat resurgere* reso-

luta

luta *et* mortua corpora: *ostendit enim mortua rursum reparari ad vitam et* multiplicata — — *Si ergo* nudum *granum seminatur, vt Dei nutu quodammodo elementorum ministerio resurgat multa* secum habens incrementa *vtilitatis humanae, cur non credibile sit, Dei virtute* mortuum *posse resurgere*, meliorata *tantum* substantia, *non* numero multiplicatum — — — *non* amissae substantiae, *quia proprium corpus in quo creatus est, recipiet Adam* — — Coelestia *corpora sunt* resurgentium, terrestria *autem, antequam* moriantur *et* surgant — — *sicut sol et luna et stellae, cum sint vnius quidem naturae, diuersae tamen claritatis sunt, ita homines cum sint vnius generis, merito tamen dissimiles erunt in gloria* — — animale *corpus est dum* cibis sustentatur, *vt viuat*, spiritale *autem* cum horum nihil indigebit *conuersum in vitam* — — Coelestis *dicitur* (homo) *qui non* humanae fragilitatis ritu, *sed* diuinae maiestatis nutu et conceptus est et enixus — —. Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt; *frequenter Scriptura* carnem *pro* operibus *nominat carnis, vt ibi:* vos autem in carne non estis — — *aliter* (ceterum) *caro* sicut est, (etiam sine istis operibus) *regnum Dei non possidebit, nisi immortalitate vestita.* Ecce mysterium vobis dico: obscuritatem *significat nominando mysterium;* omnes quidem resurgemus, non omnes immutabimur: *omnes enim homines resurgent, sed* soli qui regnaturi sunt, *in gloriam mutabuntur; siue ita: non omnes immutabuntur,*

qui in corpore ſint reperti, *quia ſoli ſancti* beatitudinis gloriam *conſequentur*.

2 *ad Cor*. V, 1-16. Haec praecipue ad propoſitum pertinere exiſtimauimus — — *terreſtrem* — *domum* carnem hanc *dixit*, *quia* mortalis *eſt*, *vt ſi de hac diſſoluti-fuerimus aedificatam inueniamus in coelis* domum aeternam: *Haec domus* corpus immortale *ſignificat*, *in quo* reſurgentes *ſemper erimus* — *Hoc* — *deſiderantes inſiſtunt precibus*, *ne reſurgentes*, recepto vtique corpore *nudi*, *id eſt*, *alieni a promiſſa gloria inueniantur*. *Hoc enim opus eſt*, *vt*, *induta* anima corpore, *Dei iudicio ſuperinduatur* et gloria, *quae eſt* immutatio in claritatem. — — — Audemus ergo (ita adfert verba comm. 8. ex lat. verſione) et conſentimus magis peregrinari a corpore et praeſentes eſſe ad Deum: *Recte ait* audemus; *habentes enim fiduciam promiſſionis Dei* — — *conſentiunt et optant excedere de* corpore, *vt* requieſcat *vſque in diem reſurrectionis ſub altare Dei* — — Omnes enim (comm. 10. ex verſione latina) nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnusquisque propria corporis, prout geſſit (quaſi graeca legerentur τα ἰδια του σωματος, ὡς ἐπραξεν cf. cap. V.) ſiue bona ſiue mala. *Igitur vnusquisque noſtrum* facta corporis *recipiet* — — *non dixit facta* carnis (et tamen *Hilarius* epiſcopus dixit!) *quia carnis vitia punienda ſemper*, *ſed* facta corporis, *quia aliquando* ſpiritaliter, aliquando carnaliter *operatur*.

ad *Philippenses* III, 21. enarratio eius sic se habet: *Christianorum ergo actus in coelis sunt, vbi* — — — *Christus, quem omnis fidus expectat ad transfigurationem* corporis carnis (in textu: *humilitatis*) *vt quod ex humo est* indutum spiritali *veste conforme efficiat* — — corpori *gloriae suae.*

Ex his omnibus secum comparatis efficitur puto *Hilarium* Diacon. *corporis* quidem resurrectionem et *sui* cuiusuis professum fuisse, *carnis* tamen aut corporis *huius* per iuncturam verborum nunquam dixisse. Quare sine mora ordine progredimur ab Ambrosiastro hoc ad veri nominis

AMBROSIVM.

Atque huius quidem singularis libellus habetur *de fide resurrectionis*, de quo etiam dubium esse non potest, quin ad eum pertineat, cum ipse alibi eum commemorasse reperiatur [1]). Itaque eo vtamur facto eius compendio, in quo tamen reli-

1) *Enarratione* in Ps. I. prope finem: *et de resurrectione quidem plurima diuinarum Scripturarum sunt testimonia, quae non praetermisimus* in libris consolationis et resurrectionis. *Libros* dum dicit, sciendum est, orationem de *obitu fratris* esse librum *primum*, alteram de *resurrectione* librum *secundum* vnius cohaerentis opusculi, et quemadmodum argumentum eorum constituit praeter resurrectionem *consolationem*, ita plane in praef. propositum suum explicat: *proposuimus fratres solari nos communi vsu* etc.

giose ipsa verba *Ambrosii* seruabimus, aliunde vero assumta vncinis includemus locis infra notatis.

Resurget quod fuit; idem erimus qui fuimus: Resurget natura eadem: quae fides tribus euidentius colligitur, ratione, vniuersitatis exemplo, testimonio rei gestae. Ratio *euidens, quia cum omnis vitae nostrae vsus in corporis animaeque consortio sit, resurrectio autem* aut *boni actus* praemium *habet*, aut poenam *improbi, necesse sit corpus resurgere, cuius actus expenditur; atque haec series et caussa iustitiae, vt quoniam corporis animique communis est actus, quae animus cogitauit, corpus effecit, vtrumque in iudicium veniat, inprimis cum animi legem lex* carnis *impugnet et mens plerumque quod odit, hoc faciat, vt plane absurdum videatur, animum subdi iniuriae, alienae reum culpae, carnem quiete potiri auctorem aerumnae* [x]): Vniuersitas *rerum docet, cum* ex natura

x) Cohaerent haec aliquatenus cum iis, quae de corporis impedimentis et molestiis hinc inde plane ex Platonis aut Gnosticorum sensu disputat: vt l. II. de *Abraham* cap. I.: *qui vult perfectam purgationem consequi, disiungat se ab his tribus, a* corpore, *a* sensibus corporalibus, *a* voce. *In nullo enim horum trium* bonum — *Mortuo enim homine caro corrumpitur, sensus pereunt, vox amittitur,* remanet mens *immortalis* incorpoream *vitam accipiens;* rursus lib. de *Isaac et anima* cap. 6. ad verba Cantici V. exui tunicam meam, quomodo induam? *Exuit* tunicam illam pelliceam, *quam acceperat Adam et Eua post culpam, tunicam corruptelae,*

natura *ſit, reſurgere naſcentia omnia, contra naturam interire, vnde* generationum ſeries, ſucceſſionum vices, obitus ortusque ſignorum (coeli), diei et noctis occaſus eorumque quotidie tanquam rediuiua ſucceſſio, frugum ex ſemine regeneratio, arborum nouus flos. *Et vt ad* exempla (rei geſtae) *veniamus*, Lazarus *reſuſcitatus eſt*, filius vnicus viduae *reſedit*, filiae Archiſynagogi *rediuiuum corpus erigitur*, *multa* corpora ſanctorum dormientium *reſurrexerunt tempore paſſionis* I. C. *Ipſe* Dominus *reſurrexit*, *aſſumta* carne, *quae mori* poſſet, *vt dum moritur quod* ſolet, *quod mortuum fuerat hoc reſurgeret*. *Quodſi haec* tria *nondum ſatis ad perſuadendum ſint pertinaciter reſiſtentibus, age ex* conceſſis vel *etiam* ſumtis ab iis *contra eosdem diſputemus*. Sumunt μεταψυχωσιν *et cum reſurrectionem non credant, tamen ne genus pereat hominum, clementi quadam benignitate proſpiciunt et ideo*

 trans-

ruptelae, tunicam paſſionum; de bono mortis cap. 3. *quid igitur in hac vita aliud iuſti agunt, niſi vt exuant ſe huius corporis contagionibus, quae velut vincula nos ligant, et ſe ab his moleſtiis ſeparare contendant, renuncient voluptatibus atque luxuriae*; cap. 4. *mors vtique eſt bonum, quae animam a ſocietate huius carnis abſoluit.* Sed forte haec talia bona fide ex Graecis tractatoribus furatus eſt, quemadmodum eum alibi *Hieronymus* in manifeſto furto diuitiarum *Didymi* deprehendit, et (in ep. ad *Auguſtinum* T. III. f. 156. b.) expreſſe dicit, *Origenem* noſter Ambroſius in quibusdam ſecutus eſt.

transire ac demigrare in corpora dicunt animas, ne mundus intereat. Sed quid sit difficilius ipsi asserant, transire *animas, an* redire (in corpora)? *Et quid tam simile* prodigii *homines credere in habitum ferarum posse mutari, immo gubernatricem animam hominis et capacem rationis ad irrationabile animal posse transire! vt mirum tantum sit, ipsos Philosophos haec ludibria Poetarum differere solere:* Concedunt *deinde* mutationes *corpora hominum subire posse, vt nunc non appareat, quomodo in eorum* reformatione, *haereant, cum alterius naturae semina certum sit in naturam verti alteram nequire*, vtique vero *non repugnet, quaecunque sunt seminata* in suam naturam *resurgere, carnem de carne, os de ossibus, sanguinem de sanguine reparari. Sed enim nobis satis sit* oraculis diuinis *credidisse* [1]). *Nam si ratione conuincor, fidem abnuo, nec resurrectionis requirendus visus, sed fructus nobis est expetendus. Quid itaque* Ezechiel? *Nempe hoc*, multi dormientium in terrae fossu, vna apertione exsurgent, hi in vitam aeternam, et hi in opprobrium et

1) Hic nimirum *quartus* locus argumentorum ipsi est. Nam etsi *tria* tantum primaria argumenta ab initio promisisset, hisque etiam Scripturarum auctoritates immisceat, tamen in extremo hanc classem argumentorum sigillatim recenset, *quando conuenientius*, vt *credas secundum* naturam, *secundum* vsum fructuum ceterorum, *secundum* gestorum exempla, oracula Prophetarum etc. Itaque ordinis caussa nos a reliquis hoc argumentorum genus separauimus.

et in confusionem perpetuam — — sicut stellae in secula. *Bene* dormientium *dixit* quietem, *vt intelligas* mortem non *esse perpetuam*. *Quid* Job? Suscitabis corpus meum hoc, quod multa mala passum est [1]). *Quid* Jesaïas? Ros qui abs te est sanitas est illis, terra vero impiorum peribit; Ambulate populus meus et intra in recessus tuos; absconde te aliquantulum, donec transeat ira Dei: *sic* sanitatem corporum solutorum *diuino rore (quemadmodum rore genitalia omnia terrarum semina resuscitantur) reparabilem coelestia oracula pollicentur.* Et vt *praetermittam illam Ezechielis descriptionem* (capite XXXI.) *quemadmodum arentibus vigor ossibus refundatur, Paulus aperte cum semine terrae reuiuiscente corpus in terra reconditum comparat, seminatur in corruptione, surgit in incorruptione* etc. [Manifeste dicit, omnes oportet nos stare ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis, prout gessit (cf. eadem superior *Hilarii* citatio) siue bonum siue malum; omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur; *immutabuntur enim* iusti *in incorruptionem manente corporis veritate* [2]). Nolumus autem ignorare vos fratres de dormientibus, vt non tristes sitis, *in quo*

 solatur

1) lib. I. de *interpellatione* cap. 5. orationem *Iobi* in hunc modum excitat: *Noui enim quia aeternus et potens est, qui soluturus est me in terra, resuscitare pellem meam, quae portauit.*

2) haec transtulimus ex *enarratione* in Ps. I. prope finem.

ſolatur ſe reſurrectionis fide et futurae remunerationis gratia[1]). Omnes quidem reſurgent, ſed vnusquisque in ſuo ordine: mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi, deinde et nos qui viuimus ſimul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aëra et ita ſemper cum Domino erimus. Quid euidentius his? *Neque ipſe ſui oblitus eſt, quando alibi dicit:* quis me liberabit de corpore mortis huius, *dum intelligit voluptates corporis adeoque liberari ab his optet, ne delectationi carnis adhaereat*[2]). *Nam caro atque anima velut quadam lege coniugii ſociantur et cum inimicitiae et rixae inter eas ortae eſſent, I. C. venit, vt carnem vinceret, in vno homine faciens pacem, vt reconciliaret vtrasque in vno corpore Deo*[3]): *Quae pax etſi in hac vita nondum in nobis perfecta ſit, tamen aliquando erit, ideoque patitur nōs Deus diſcedere ex hoc ſeculo, vt ſeceſſione animae hoc corpus reſoluatur in terram ſuam et finis ſit peccati; deinde per* reſurrectionem reformetur *diuinae liberalitatis gratia*[4]). *Ergo ſi dies reſurrectionis circumciſos nos et enatos inueniat delictorum ſuperfluis, ab omni ablutos ſorde, mundos a vitiis* corporalibus, *ſi hinc* mundus exieris mundus reſurges[5]). *Vnde etiam, ne in hoc ſeculo diaboli fraus vel inſidiae praeualerent,*

1) lib. I. de *Iacob et vita beata* cap. 7.
2) cf. l. II. de *Abrahamo* c. 6.
3) *ibid.* cap. 6.
4) *ibid.* cap. 9.
5) *ibid.* cap. 11.

rent, inuentum est baptisma, et vt nexus diaboli soIueretur, inuentum est, quomodo homo viuus (immersione) moreretur, *et viuus (spiritualiter) resurgeret* [1]). *Carere itaque possemus Esdrae* ex libro *quarto capite septimo testimonio hoc,* cum venerit dies iudicii, reddet terra defunctorum corpora et puluis reddet eas, quae in tumulis requiescunt reliquias mortuorum; et habitacula, inquit, reddent animas, quae his commendatae sunt, *nisi commodum esset eo vti, tanquam ex quo amplius pateat ne animas quidem ante resurrectionem corporum ad futuram gloriam peruenire, sed in ᾅδῃ esse, quem Latini infernum, Scriptura animarum promptuarium nuncupauit, in quibus expectant remunerationem debitam aut etiam poenam, etsi nec impiorum interim sine iniuria, nec piorum sine fructu sint; vident enim hae repositam esse mercedem gloriae, conseruari earum ab angelis habitacula, illae vero contumaciae supplicia futura et pudorem et confusionem sibi seruari* [2]). *Nullus itaque hominis interitus cogitandus, cum anima superstes corpori sit, saluo eo, quod ipsum corpus maneat resurrectio* [3])]. *Haec est enim resurrectio, sicut verbi ipsius sono exprimitur, vt quod cecidit, hoc resurgat; quod mortuum fuerit, reuiuiscat; neque diuinae magnitudinis potestas humanis viribus metienda est,*

1) de *Sacramentis* l. III. c. 6.
2) de *bono mortis* cap. 10.
3) de *bono mortis* cap. 9.

vt quaeramus quomodo *quis resurgat, aut* quali *corpore veniat, aut* quemadmodum *soluta coëant, lapsa reparentur, cum haec Dei arbitrio simul vt statuuntur, impleantur* — —

Sic *Ambrosius* copiosus satis in asserenda resurrectione, carnis etiam, nimis tamen ieiunus in eadem describenda explicandaque fuisse deprehenditur: Et, vt credibile est, plus ex inopia ingenii, quam modestiae proposito. Nam ita fere ad omnia eius transferendum censeo *Hieronymi* de eiusdem Commentariis iudicium, *ludere eum in verbis et in sententiis dormitare.* Quoties enim non vel in hoc exiguo excerpto lusibus suis puris auribus molestus fuit!

HIERONYMVM

itaque ipsum potius adeamus, ad quem etiam proxime series narrationis ducit. Dabimus primum potiores eius sententias ex epistola inprimis ad *Pammachium* aduersus *Ioannem* Hierosol. et *epitaphio Paulae Matris* ad *Eustochium* virginem, adiuncto tanquam auctarii loco critico eius examine locorum quorundam Scripturae de resurrectione; atque deinceps ea proferemus, quae *Ruffinus* in hac doctrinae parte contra eum declamauit, ipse vero aduersario rursus reposuit:

Omnis caro est corpus, non omne corpus est caro: Caro est proprie, quae sanguine, venis, ossibus neruisque constringitur; corpus quanquam et caro dicatur, interdum tamen aethereum vel aëreum nominatur, quod tactui visuique

visuique non subiacet — — *Hinc in* symbolo fidei *et spei nostrae*, *quod ab Apostolis traditum non scribitur in charta et atramento, sed in tabulis cordis carnalibus post confessionem trinitatis et vnitatem ecclesiae, omne Christiani dogmatis sacramentum* carnis *resurrectione includitur* — — — *Sic nos post resurrectionem* eadem *habebimus* membra, *quibus nunc vtimur*, easdem carnes et sanguinem et ossa, *quorum in scripturis sanctis* opera *non* natura *damnantur* — — Paulus *Apostolus de* praua doctrina et operibus Judaeorum, non acquieui, ait, carni et sanguini; *et ad sanctos, qui vtique in carne erant, dicit:* Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu, si tamen Dei Spiritus habitat in vobis: *Negans enim eos in carne, quos in carne esse constabat, non* carnis substantiam, *sed* peccata *damnabat. Haec est vera resurrectionis confessio, quae sic* gloriam carni *tribuit, vt non auferat* veritatem. *Quod vero dicit Apostolus*, corruptibile hoc et mortale, hoc ipsum *corpus*, id est, carnem, *quae tunc videbatur, ostendit. Quod autem copulat, induere incorruptionem et immortalitatem, illud indumentum*, id est, vestimentum, *non dicit corpus* abolere, *quod ornat in gloria, sed quod ante ingloriosum fuit, efficere* gloriosum — — — *Certe nemo* superinduitur, *nisi qui ante vestitus est. Sic et Dominus noster in monte transfiguratus est in gloria,*

non

non ut manus ac pedes ceteraque membra perderet, *sed* eadem membra *solis fulgore rutilantia Apostolorum oculos perstringerent* — — facies eius fulgebat sicut sol: *Vbi autem facies nominatur, existimo quod et cetera membra conspecta sint.* Enoch *translatus est* in carne. Elias carneus *raptus est in coelum* — — *Hinc Scriptura* — — et caro mea requiescet in spe; *et in alio loco,* caro eius non vidit corruptionem; *et rursum,* omnis caro videbit salutare Dei — — — Iob — *miserias suas resurrectionis spe et veritate solatur: quis mihi det,* inquit, *vt scribantur sermones mei* etc. — *Inculcat et exaggerat rursum: circumdabor pelle mea, in carne mea videbo Deum* (Jesum redemtorem) *quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius. Is si* non in sexu suo *resurrecturus est, si non* eisdem membris, *quae iacuere in stercore, si non* eosdem oculos *aperiat ad videndum Deum, quibus tunc videbat vermiculos, vbi ergo erit Iob?* — — — *Libere dicam* — — *fidem ecclesiae apertissime confitebor,* resurrectionis veritas *catholicae* sine carne et ossibus, sine sanguine et membris *intelligi non potest: Vbi caro et ossa et sanguis et membra sunt, ibi necesse est, vt* sexus diuersitas *sit: vbi sexus diuersitas est,* ibi Ioannes Ioannes, Maria Maria. — *Quando dicitur,* in illa die neque nubent, neque nubentur, *de his dicitur, qui possunt nubere et tamen*

non

non nubent — — *Angelorum nobis similitudo promittitur, id est, beatitudo illa, in qua* sine carne et sexu *sunt angeli, nobis* in carne et sexu nostro *donabitur. Mea rusticitas sic credit et sic intelligit* sexum *confiteri sine* sexuum operibus — *Nec statim superflua videbitur membrorum resurrectio, quae caritura sint officio suo, cum adhuc in hac vita positi, nitamur opera non implere membrorum — — Resurrectionem carnis si velim probare et ad singula testimonia explanationes adiungere, multis libris opus erit* — — Attamen — aceruatim ponam *cursimque perstringam* — — Capilli capitis vestri numerati sunt; *si capilli, puto facilius dentes, frustra autem numerati, si aliquando perituri;* veniet hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei et procedent: *audient auribus, procedent pedibus, hoc et Lazarus ante iam fecerat — tunc implebitur; quod Dominus loquitur per prophetam* Dan. XII, 47. Quotquot igitur habemus hanc spem, sicut exhibuimus membra nostra etc. Quomodo et vita Domini Jesu manifestatur in nostro mortali corpore, et qui suscitauit Jesum Christum a mortuis viuificabit et mortalia corpora nostra, propter inhabitantem spiritum eius in nobis — — *Vidit et Stephanus stantem Jesum ad dexteram Patris — — Aperta sunt et sepulchra in Domini passione — — et multa corpora sanctorum*

ctorum surrexerunt et visa sunt in sancta ciuitate. Quis est, *inquit* Esaias (C. LXIII.) *qui* ascendit ex Edom, fulgida vestimenta eius ex Bosor? Edom *aut* terrenus *interpretatur aut* cruentus, Bosor *aut caro aut in tribulatione* (nempe prius si sit בָּשָׂר posterius si sit בָּצָר); *paucis verbis totum resurrectionis mysterium demonstrat, et veritatem carnis et augmentum gloriae* —— *Sed tamen scriptum est*, caro et sanguis regnum Dei non possidebunt! *Attende, obsecro te, quod dicitur* — — non possidebunt; *numquid* non resurgent? *absit! sed* non possidebunt. *Quare non possidebunt? quia sequitur*, neque corruptio incorruptionem possidebit: *Tamdiu ergo quamdiu caro* tantum *et sanguis permanserint; cum autem corruptiuum induerit incorruptionem* — — *et* lutum carnis *in* testam *fuerit excoctum, quae prius graui pondere premebat in terram, acceptis spiritus pennis et* immutationis *non* abolitionis *noua gloria volabit in coelum* — — [1])

Si non resurget mulier vt mulier, *neque masculus* vt masculus, *non erit resurrectio mortuorum, quia sexus membra habet, membra autem totum corpus efficiunt: Si autem sexus et membra non fuerint, vbi erit resurrectio*

1) ad *Pammach.* adu. *Ioannem* Hieros. T. III. f. 79. 80. 81.

rectio corporum, quae ſine ſexu non conſtant et membris? Porro ſi corporum *non fuerit reſurrectio, nequaquam erit reſurrectio mortuorum* — *Vbi vero dicitur,* non nubent neque nubentur, ſexuum diuerſitas *demonſtratur; nemo enim de lapide et ligno dicit,* non nubent neque nubentur, *quae naturam nubendi non habent, ſed de his, qui poſſint nubere* — — Quomodo ergo erimus ſimiles angelorum, cum inter angelos non ſit maſculus et foemina? *Breviter auſculta; non* ſubſtantiam *nobis angelorum, ſed* conuerſationem et beatitudinem *Dominus repromittit* — — ſimilitudo promittitur, *non* natura mutatur — — *Thomas etiam Domini reſurgentis tetigit manus, et vidit lancea latus eius perforatum; et Petrus in littore ſtantem vidit et partem aſſi piſcis — comedentem: Qui ſtabat profecto habebat pedes, qui monſtrauit latus vulneratum, vtique et ventrem et pectus habuit* — — *qui locutus eſt, et lingua et palato ac dentibus loquebatur* — — *Cum igitur omnia membra habuiſſe dicatur, neceſſe eſt, vt totum corpus habuerit, quod conficitur ex membris; non vtique femineum ſed virile,* id eſt, *eiusdem ſexus, in quo mortuus eſt,* Ergo et nos poſt reſurrectionem comedemus? — *Noli propter cibum reſurrectionis fidem in calumniam trahere; nam et Archiſynagogi filiae iuſſit cibum dari; et Lazarus quatriduanus mortuus cum ipſo ſcribitur*

iniiſſe

iniisse conuiuium, ne resurrectio eorum phantasma putaretur [1]). Sed in qua aetate resurgemus? *Quis cognouit sensum Domini!* — Aetatum *autem diuersitas non mutat* corporum veritatem. — *Igitur iuxta* ecclesiarum traditiones et Apostolum Paulum *illud est respondendum*, quod in virum perfectum et in mensuram aetatis plenitudinis Christi *resurrecturi sumus; in qua et Adam Iudaei conditum autumant* [2]).

Quid sit, quod in epistola scribit (Apostolus) *ad Thessalonicenses prima*, ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in aduentu Domini nostri I. C. seruetur, *famosa quaestio sed breui sermone tractanda* — — Multi *simpliciter hunc locum* de resurrectione *intelligunt, vt et* spiritus et anima *et corpus in aduentu Domini integra conseruentur;* alii (sine dubio, *Origenes* et qui in interpretando eum sequebantur, *Theognostus*, *Pierius*, *Eusebius* Caesar. *Didymus*, *Acacius*, huius seculi) *ex hoc loco* triplicem in homine *volunt affirmare* substantiam,

1) in ep. ad *Pammach.* ad eandem difficultatem obiectam sic respondet: *Nescio; non enim scriptum est: Et tamen si quaeratur, non puto comesuros. Lego enim non esse regnum Dei cibum et potum — Sic qui quadraginta diebus potest ieiunare et uiuere — virtute Dei, et aeterno tempore poterit absque esca et potu viuere.*

2) ad *Eustochium* T. I. f. 85. b.

tiam, *spiritus quo sentimus, animae qua viuimus, corporis quo incedimus*; sunt qui *ex anima tamen et corpore subsistere hominem differentes*, spiritum *in eo* tertium *non* substantiam *velint intelligi sed* efficientiam (virtutem, vim) *per quam et* mens *in nobis et* sensus *et* cogitatio *et* animus appellantur (qua haec omnia comprehenduntur tanquam communi appellatione) — — Nos *autem in praesenti loco*, vt supra diximus, spiritum *qui* cum *anima et corpore integer conseruatur*, non substantiam. *Spiritus sancti*, quae *non potest interire*, *sed* gratias eius donationesque *accipimus*, *quae nostra vel virtute vel vitio et accenduntur et extinguuntur in nobis* [1]).

Quaeritur, quo sensu dictum sit et quomodo sit legendum — — Omnes quidem dormiemus, non autem omnes immutabimur; *an iuxta quaedam exemplaria*, non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur? *Vtrumque enim in codicibus* graecis *inuenitur*. *Super quo* Theodorus Heracleotes — — *in Commentariolis Apostoli sic locutus est*: Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur; *Enoch enim et Elias mortis necessitate superata ita vt erant in corporibus* — — — *translati sunt*: *Vnde et sancti, qui die* — *iudicii in* corporibus

1) ad *Hedibium* quaestione XII, T. IV. f. 69. a.

bus *reperiendi ſunt, cum aliis ſanctis, qui* ex mortuis reſurrecturi *ſunt, rapientur* — *obviam Chriſto* — — *Qui enim ex mortuis reſurrexerint et in nubibus* viuentes *rapti fuerint tranſibunt* (vtrique) *ad incorruptionem* — — — Diodorus *Tarſenſis* epiſcopus praeterito hoc capitulo *in conſequentibus breuiter annotauit in eo quod ſcriptum eſt* — et mortui reſurgent incorrupti et nos immutabimur; *ſi incorrupti reſurgent mortui*, haud *dubium quin et ipſi ad* meliora mutati: *quid neceſſe fuit dicere*, et nos immutabimur? *An* — *quod* incorruptio communis *ſit omnium*, immutatio *autem proprie iuſtorum?* Apollinarius *licet aliis verbis, eadem quae* Theodorus (Heracleotes) *aſſeruit*, quosdam *non eſſe morituros et de praeſenti vita* rapiendos *in futuram, vt* mutatis corporibus *ſint cum Chriſto*. Didymus — — *ita diſſeruit* — — — *Omnes quidem dormiemus*, i. e. moriemur, *non omnes autem*, ſed ſoli ſancti *immutabimur: Scio quod in* nonnullis Codicibus *ſcriptum ſit* non quidem omnes dormiemus, omnes autem immutabimur, *ſed conſiderandum eſt, an ei, quod praemiſſum eſt* omnes autem immutabimur, *poſſit conuenire, quod ſequitur*, mortui reſurgent incorrupti, et nos immutabimur, *ſi enim* omnes *immutabuntur* — — ſuperfluum fuit dicere, *et* nos *immutabimur: Quamobrem ita legendum eſt* omnes quidem dormiemus etc. *Si*

enim

enim in Adam omnes moriuntur et in morte dormitio est, omnes ergo dormiemus siue moriemur — — — — *soli sancti* et corpore et anima *in melius mutabuntur.* — — Acacius Caesareae, in quarto σύλλεκτων ζητηματων libro — *latius disputauit et vtrumque suscipiens, quod inter se vidit esse contrarium* — — *sic locutus est: Dicamus primum de eo, quod* magis in plurimis codicibus *inuenitur* — omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur: — dormitio *autem istam* mortem, *quae communis est omnium, significat, vnde rectissime posuit, quod omnes* dormiamus, i. e. moriamur *sicut supra dixit:* quomodo in Adam omnes moriuntur — — — *Si autem* incorrupti *erunt mortui, quomodo non omnes* immutabuntur? — — *Hic* commutatio — — glorificatio *intelligitur* — — — — *transeamus ad* secundam *lectionem, quae ita fertur in* plerisque *codicibus,* non quidem omnes dormiemus, omnes autem immutabimur. *Ex quo nonnulli asserunt,* multos viuos *in corporibus reperiendos et si non dormiant omnes, non omnes esse morituros, si autem non omnes moriantur, non omnes resurrecturos: Vnde et Paulum volunt scribere in prima ad Thessalonicenses epistola:* nos qui viuimus, qui residui erimus in aduentu Domini, non praeueniemus eos qui dormiunt — — — *Melius est* spiritualiter *sentire quod scriptum*

 est

est et dormitionem in *praesenti loco, non* mortem *accipere,* per quam anima a corpore separatur, *sed* peccatum *post fidem* — dormitionemque *post baptismum* — — *Hoc autem sciendum quod* magis conueniat veritati *ita legere:* omnes quidem dormiemus, non omnes etc. *maxime quia sequitur* mortui resurgent incorrupti et nos immutabimur: *Si enim omnes sunt immutandi iuxta alteram lectionem quomodo postea dicitur, quasi* praecipuum — Apostolorum, *et* nos immutabimur? — — *Illud autem breuiter in fine admoneo* (haec nimirum pauca illa, quae *Hieronymus* post largam recensionem de suo adiecit) *hoc, quod in latinis codicibus legitur,* omnes quidem resurgemus, non omnes autem immutabimur, *in* graecis Voluminibus non *haberi, sed vel,* omnes dormiemus, non autem omnes immutabimur, *vel,* non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur [1]).

Quae nunc ex his ad veritatem lectionis loci posterioris Apostolici a nobis concludi possent, tanquam alius loci, seruabimus. Et audiendus etiam est, quam primum fieri potest, *Ruffinus,* ne inquietus, dum viueret, homo nos forte in somno terreat spectro suo. Eius itaque reprehensio huius partis in hunc modum se habet:

Profe-

1) in *ep.* ad *Minerium* et *Alexandrum* T. IV. f. 85. b. seq.

Proferantur isti (commentarii) *qui ei* (Hieronymo) *soli ex omnibus suis scriptis placent, id est* in epistolam ad Ephesios libri tres, *et* in Ecclesiasten, *vt puto*, vnus. *Et primo omnium, de quibus irridet mulierculas, quae se dicunt post* resurrectionem non habituras fragile corpus, quippe, quae angelorum futurae sint similes, *quid ipse sentiat, videamus. In tertio commentariorum libro in epistola* Pauli *ad Ephesios sub eo capitulo* — qui vxorem suam diligit, se ipsum diligit, nemo enim vnquam carnem suam odio habuit; *post aliquanta ita ait:* foueamus igitur et viri vxores, vt animae nostrae corpora; vt et vxores in viros et corpora redigantur in animas et nequaquam sit sexuum vlla diuersitas; sed quomodo apud angelos non est vir, et mulier, ita et nos, qui similes angelis futuri sumus, iam nunc incipiamus esse, quod nobis in coelestibus repromissum est. *Haec te in tuis commentariis scripsisse sciens, quomodo eos ad exemplum fidei tuae proponis?* — — *Si corpora in animas redigentur*, ergo secundum te *non solum carnis resurrectio non erit*, (reprehenderat nimirum antea *Hieronymus* Origenistas et inprimis *Ioannem* Hierosl. atque ipsum *Ruffinum*, vt postea videbimus, quod *corporum* tantum non carnis resurrectionem affirmaret, vnde nunc plus ei reddit) *sed nec corporum*, *quod* (posterius) *confiteri istos, quos tu fecisti* haereticos, *dicis: Vbi iam*

vltra corpus, si in animam redigitur? — — *Et miror, quomodo ab aliis exigas de* sexuum diuersitate *sententiam, de qua tu volens differere, tantis te inuoluis nodis, vt euoluere te nullatenus possis* [1]). — — — *Quid adhuc aliud est, quod damnare ceteros iubet* (nempe Hieronymus)? Quod corpus hoc, *inquit*, carcerem et vincula animae esse dicunt, et ipsam animam non ire asserunt, sed redire quasi, ad ea loca, vbi iam ante fuerat: *Proferamus ergo et de hoc, quomodo ipse senserit, testimonia; ex istis ipsis commentariis libro secundo*, ex eo capitulo, *vbi dicit* (Apostolus), huius rei gratia ego Paulus vinctus I. C. *Quia* in pluribus, *inquit*, locis scriptum est, vinculum animae hoc corpus dici, quod quasi clausa in carcere teneatur, dicimus propterea Paulum corporeis nexibus coerceri, nec reuerti et esse cum Christo. *Item de eadem re* — *capitulo vbi dicit:* pro qua legatione fungor in catena; *post aliquanta per illum iterum suum alium, qui ipse est*, (haec mox ex defensione *Hieronymi* et quae de nostro addemus, manifestiora ad intelligendum fient) *ita dicit:* Alius vero propter corpus humilitatis et catenam istam, qua circumdamur — — ista eam dixisse contendit, et tunc vere posse in confidentia Euangelii aperire mysteria, cum catenam deposuerit, et de carcere

1) in *Inuectiua* l. I. T. II. f. 125. a.

carcere liber exierit. — — — *Et* — *sub eo capitulo, vbi scriptum est:* solliciti seruare virtutem spiritus in vinculo pacis vnum corpus et vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae: *quaeritur*, inquit, quomodo vna spes vocationis sit, cum apud Patrem diuersae sint mansiones? — — Aut certe illud subtilius iudicatur, quod in fine et in consummatione rerum, in pristinum statum restituenda sint omnia, quando omnes vnum corpus efficiemur et in virum perfectum reformabimur. — —. *Accepistis et hanc eius de resurrectione omnium absque vlla ambiguitate sententiam; accipite et aliam et tunc concludam* — — *Innumera sunt enim eius dicta de talibus. Item ex eodem libro sub eo capitulo, vbi scriptum est:* ex quo totum corpus compactum — secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri augmentum corporis facit etc. *sic coepit:* in fine rerum cum Deum videre coeperimus facie ad faciem — — — in restitutione omnium, quando corpus ecclesiae nunc dispersum et laceratum verus medicus I. C. sanaturus aduenerit, vnusquisque secundum mensuram fidei et agnitionem Dei — — suum recipiet locum, et incipiet id esse, quod fuerat: ita tamen vt non iuxta aliam haeresin omnes in vna aetate sint positi, id est, omnes in angelos reformentur, sed vnumquodque membrum iuxta mensuram suam

et officium perfectum sit; verbi gratia, vt — homo; qui de paradiso fuerat eiectus, ad culturam iterum paradisi restituatur — — *Haec tua dicta legunt omnes Latini* — — *neque vt vel* dubitasse te aliquis *in rebus tam secretis existimet, sicut Origenes iste* — — *semper facere inuenitur in talibus* (γυμναστικως loquens cf. superiora) *sed* — *definita sententia* (δογματικως) *tanquam si angelus loqueretur in Daniele: Et ais* — — — *haec sola suscipite, quae in meis commentariis leguntur* — — *in quibus Origenis dicta vehementissime confutaui: Ego autem scrutatus sum, vt credere et tenere debeatis resurrectionem carnis ita futuram, vt corpora conuertantur in animas et vxores dirigantur in viros, et, quod ante mundi constitutionem animae in coelestibus fuerint,* — — *corpori mortis insertae sint* — — *Haec tenentes o fideles prudentesque discipuli,* et istas meas indubitatas definitiones (δογματα) *custodientes, Origenem tamen pro his ipsis dictis condemnantes, bene agetis; Valete!* [1])

Secedat nunc paullisper *Ruffinus*, in propria caussa mox reuocandus, vt audiamus, quatenus alter culpam agnoscat.

Non, inquit, *alium accuso*, sed me *nitor defendere, et obiectam haereseos calumniam refutare.*

1) in *Inuectiua* f. 128. b. sq.

tare. In epistolam Pauli ad Ephesios tria Origenes scripsit volumina, Didymus quoque et Apollinarius propria opuscula condidere, quos ego vel transferens, vel imitans, — — *illud in praefatione commoneo* — Origenem — ex parte *secuti sumus* — *Ex* Apollinario *quoque et* Didymo pauca decerpsimus *et nonnulla quae nobis videbantur adiecimus siue subtraximus. Quicquid ergo in explanatione huius epistolae vitii potuerit demonstrari, si ego illud in graecis voluminibus* — — *ostendere non potuero, crimen agnoscam et meum erit. Tamen ne* rursus (h. e. *vicissim*, vt ille Ruffinus) *videar cauillari* — — *ponam ipsa testimonia, quae vocantur in crimen* [1]) — — *Inter alia Pauli testimonium,* huius rei gratia ego Paulus vinctus etc. *sic exposuimus: potest et de martyrio intelligi, quod Romae in vincula coniectus hanc epistolam miserit* — —; *vel certe, quia in plurimis locis lectum est* (cf. reliqua in antecedente libello accusationis) — *licet quidam alium sensum in hoc loco introducant* — *Et in hoc loco* triplicem *expositionem posui; in* prima, *quid* mihi *videretur, in* secunda, *quid* Origenes *asseruerit, in* tertia, *quid* Apollinarius *contra illius vadens dogmata, sentiret: Lege graecos commentarios et nisi ita reppereris,*

 crimen

1) in *Apologia adu. Ruffinum* lib. I. T. I. f. 93. a.

crimen fatebor. Quod est in isto loco peccatum meum? — quare non ea, a quibus dicta sint, nominarim? *Superfluum erat per singula — eorum nomina ponere, quorum opuscula me translaturum in praefatione signaueram. Et tamen* vinctam dici animam corpore, *donec ad Christum redeat, et in resurrectionis gloria, corruptiuum et mortale corpus incorruptione et immortalitate commutet*, non absurdae intelligentiae est: *Vnde et* Apostolus, miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Corpus mortis *appellans*, quod vitiis et morbis et perturbationibus ac morti subiaceat, *donec — resurgat — et excoquatur feruore Spiritus sancti in testam solidissimam* (cf. idem luxuriantis ingenii excrementum in ipsa superiore *Hieronymi* dissertatiuncula) *demutans gloriam*, non *naturam* — *Locus validissimus est, in quo exponentes illud Apostoli testimonium*, ex quo totum corpus compactum etc. *latissimam Origenis expositionem et eosdem sensus per diuersa verba volventem breui sermone constrinximus — cumque peruenissemus ad finem haec subiecimus:* in restitutione omnium (cf. rursus haec verba apud *Ruffinum* in antecedentibus) — — *Miror te hominem prudentissimum non intellexisse artem expositionis meae: Quando enim dico*, ita tamen vt non iuxta aliam haeresin omnes in vna aetate sint positi; id est, omnes in angelos

angelos reformentur, ostendo et ea, *de quibus disputo esse haeretica et ab alia haeresi discrepare. Extremum mihi obiicit:* cur illum locum Apostoli interpretans, — *qui vxorem suam diligit, se ipsum diligit* etc. post simplicem expositionem, *Origenis* posuerim quaestionem? *Quoniam simplex expositio* (iubemur vt nutriamus, et foueamus coniuges, vt scilicet eis victum et vestitum et ea, quae sunt necessaria, praebeamus) *nostra sententia est. Igitur omne quod sequitur,* — *ostendimus non ex nostra sed contradicentium intelligi debere persona. Quae cum sit breuis et absoluta responsio* — — *tamen accedam propius et sciscitabor, quid tibi in hac disputatione displiceat? Nempe quia dixerim,* animas vt viros fouere (debere) quasi vxores corpora sua, vt corruptiuum hoc induat incorruptionem, et alarum leuitate suspensum in aërem facilius subleuetur! *Quando dico* corruptiuum hoc etc. *non* muto naturam *corporum, sed* augeo gloriam; *nec non quod sequitur,* alarum leuitate rel. *qui alas assumit, id est,* immortalitatem, *vt leuius ad coelum volet, perdit esse quod fuerat: Sed dices,* mouent me quae sequuntur, foueamus igitur et viri vxores (cf. ante) — — *Recte mouerentur, nisi post priora dixissem,* iam nunc incipiamus esse, quod nobis in coelestibus repromissum est. *Quando dico* hic esse incipiamus in terris, naturam *non tollo* sexuum,

sed

ſed libidinem *et coitum viri et vxoris aufero, Apoſtolo dicente:* tempus breue eſt, reliquum eſt, vt et qui vxores habent, ſic ſint, quaſi non habeant — — *Et reuera, vbi inter virum et mulierem caſtitas eſt, nec vir incipit eſſe, nec foemina, ſed adhuc in corpore poſiti, mutantur in angelos* — — [1]). *Sic haereſeos crimen impactum tota frontis libertate reppulimus* [2]) *!*

Repulit puto, aut ſi forte hoc, ponderoſiore ſono pro merito cauſſae, et vt erat vehemens, pronunciauit, reppulit. Nam illud quidem et longioris et ad propoſitum non admodum pertinentis examinis foret, quaerere, quare tandem in Commentarios, antequam lites Origenianae ita augerentur, interpretationes Origenianas ſine cenſura aut certe praefata ſignificatione ſuae ab iis abſtinentiae receperit, cum hoc non ſatis ſit dicere, *commentatoris eſt officium, multorum ſententias ponere* [3]) ; *eſt commentariorum mos, et explanantium regula, vt opiniones in expoſitione varias perſequantur et quod vel ſibi, vel aliis videatur ediſſerant* [4]) ; — annon credibile ſit, eum primitus valde inclinaſſe in *Origenis* de capitibus religionis diſſerendi modum, etſi neque hoc nolit videri, ſemper affirmet, *ſe laudaſſe Origenem non*

vt

1) l. c. f. 94. ſq.

2) l. c. f. 95. a.

3) in *Apologia* l. I. f. 93. b.

4) l. III. f. 107. a.

vt dogmatiſten, ſed vt interpretem [1]) et aliquando adeo audeat ſcribere, *ergo et in adoleſcentia et in extrema aetate profiteor et Origenem et Euſebium Caeſareenſem viros eſſe doctiſſimos, ſed erraſſe in dogmatum veritate* [2])? — et quatenus forte *Theophilus* Alexandr. et *Epiphanius* virum per ſe honeſtum ſed timidi ingenii machinis ſuis contra Origeniſtas incitarint, vt *Ioanni* Hieroſol. hoc maiorem moleſtiam ſiue inuidiam crearent, *Epiphanius* etiam effecerit, vt Romam presbyter vocaretur, *Ruffinum*que propinquior ei impediret, ne *Origenis* libros latine translatos ſpargere poſſet — haec omnia quae dicimus aliis examinanda relinquemus, etſi aliquatenus *Huetius* [3]) iam atque poſt eum *Clericus* [4]) hanc Viri docti inconſtantiam probatam dederint. Nollemus tamen Virum inter omnes latinos Doctores poſt Tertullianum praeclariſſimum doctrina et ſanctitate in tali inconſtantia deprehendi. Nam aegre iam deprehendimus eum in haereticatione, per tormenta quaeſtionum exercenda, quod verbum durius non noſtrum eſt, ſed eius, qui dimiſſo illo rediit, et aliam actionem aduerſus eum inſtituit ex capite infamiae ſibi illatae, *Ruffini* inquam, ante conquerentis, *quos tu feciſti haereticos.* Cognoſcamus itaque porro huius quoque cauſſam!

RVFFI-

1) ad *Pammach.* et *Oceanum* T. III. f. 86.
2) ad *Minerium* T. IV. f. 88 b.
3) in *Origenianis* l. II. c. 4. *Sect.* I.
4) in *quaeſtionibus Hieronym.* l. VIII. p. 238 ſqq. et l. XV. p. 495 ſqq.

RVFFINVS.

Hic cum ante *inuectiuam* in Hieronymum scripserit *expositionem* fidei siue in Symbolum Apostolicum, vniuersum praeterea illius institutum cogat credere, eum ab *Hieronymo* prouocatum fuisse ad Apologiam scribendam, et sint denique multa, quae probabile reddant, partem accusationis ad *Ruffini* disserendi rationem de resurrectione pertinentem contineri epistola *Hieronymi aduersus errores Origenis*, hoc ordine procedemus, vt primum *Ruffini* declarationem huius capitis ex commemorata expositione quoad summa eiusdem capita describamus; tum *Hieronymi* excerpamus contradictionem; huic postea subiungamus *Ruffini* defensionem et, quoniam in hac nondum acquieuit *Hieronymus*, clausulam totius narrationis faciamus per ea, quae is denuo reposuit. Assequemur profecto tali progressione hoc, vt multae sermonis consequentis obscuritates per antecedentium occasiones mox luce sua clareant.

Declaratio Ruffini: — *vlterius iste sermo, qui resurrectionem* carnis *praenunciat, summam totius perfectionis* (forte, *professionis*) *succincta breuitate concludit;* — — *Saluatore nostro Sadducaeos docente*, quod autem resurgant mortui, non legistis, quomodo dicit Moyses in rubo: Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Iacob? Deus autem non est mortuorum sed viuorum. *In quo etiam quae sit et quanta resurrectionis gloria,*

gloria, in superioribus memorauit, cum dixit: In resurrectione autem — — — sed erunt sicut angeli Dei. *Resurrectionis ergo virtus angelicum hominibus confert statum, vt qui de terra resurrexerunt, — in coelo cum angelis viuant. — Sed infideles reclamant* — quomodo potest caro, quae putrefacta dissoluitur, — dispergitur, recolligi rursum et redintegrari in vnum —? *Ad quos primam interim responsionem sermonibus Pauli faciamus, dicentes eis:* insipiens tu — Deus autem dat illi corpus prout vult. *Quod ergo in seminibus, quae tu in terram iacis, per annos singulos fieri vides, hoc in tua carne, quae Dei lege seminatur in terra, futurum esse non credis — — — Si quis diuersa semina in vnum permisceat et haec indiscreta seminet, vel passim spargat in terram, nonne vniuscuiusque seminis, quocunque loci fuerit satio, competenti tempore secundum naturae suae speciem, germen producit et culmum suae formae suique corporis reparat? Ita ergo vniuscuiusque carnis substantia, quamuis varie et diuerse dispersa sit, ratio tamen ipsa, quae inest* (Φρασει *Origeni*, vt supra vidimus, familiari) *vnicuique carni, immortalis est, quia immortalis animae* caro *est. Tempore, quo seminatis in terram corporibus, primum verbum, Dei voluntate, cum arriserit, collectum de terra et attractum, substantiae suae sensum, reddit* (verbum

bum Dei) *ac reparat in illa specie* (forma) *quam mors aliquando dissoluerat. Et ita fit, vt vnicuique animae non confusum aut extraneum corpus, sed* suum quod habuerat *reparetur, vt consequenter possit pro agonibus praesentis vitae, cum anima sua caro vel pudica coronari vel impudica puniri. Et* ideo satis cauta et prouida adiectione *fidem symboli ecclesia* nostra (Aquileiensis) *docet, quae in eo quod a ceteris* (vt Romana) *traditur*, carnis resurrectionem, *vno addito pronomine tradit* huius carnis resurrectionem: (ita nimirum et interpungendum et continua oratione legendum est contra editorum librorum vsum) *Huius sine dubio, quam is qui profertur* (nisi legendum sit, *profatur* aut potius *profitetur* sc. verba haec) *signaculo crucis fronti imposito contingit* — — — *Iam vero de ipsa resurrectionis gloria, et de promissionum magnitudine si quis plenius scire desiderat, omnibus pene diuinis voluminibus inueniet indicari* — — Paulus *quod resurgant mortui, talibus asserit argumentis* — 1 Cor. XV, 16. 17. 20. 21. (omisso in vtraque periodo verbo *vnus*) 22. 23. *Et in consequentibus addit etiam haec* (51-53) ecce mysterium vobis dico; omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur, *siue, vt in aliis exemplaribus invenimus*, omnes quidem dormiemus, omnes autem non inmutabimur etc. *Sed et ad Thessalonicenses nihilominus* (non minus) *scribens*

scribens dicit, nolo autem vos ignorare fratres — — — semper cum Domino erimus. (Sequuntur nunc testimonia ex *Ezechiele* XXXVI, 12. 13. *Iobo* XIV, 7. 8. 9. 10. vbi addit *Non tibi videtur in his cum quodam pudore arguere homines et dicere, itane est stultum hominum genus, vt cum videant exscissae arboris truncum iterum pullulare de terra, et lignum emortuum iterum vitam recipere, ipsi nec lignis simile aliquid de semet ipsis, nec arboribus opinentur? Vt autem scias quod velut interrogantis modo legendum sit* — *de consequentibus probat, subiungit namque statim:* com. 21. Si autem mortuus fuerit homo viuet, *et paullo post.* com. 14. expectabo vsque quo iterum fiam — — haec itaque addit et deinceps pergit) *Haec quidem dicta sunt ad comprobationem* professionis (itaque superius a nobis suasum *professionis* verbum ab eius etiam stilo non abhorret) *nostrae, qua confitemur in Symbolo* huius *carnis resurrectionem: Quod enim adiunctum est* huius, *vide quam consonum sit omnibus his, quae de exemplis diuinorum voluminum memorabamus. Quid enim aliud indicatur in dictis* Iob, *cum dicit:* resuscitabit pellem meam etc. *nonne aperte huius carnis resurrectionem dicit futuram,* — quae tribulationum *cruciamenta nunc sustinet? Sed et Apostolus cum dicit*, oportet enim corruptibile hoc etc. *numquid non corpus* suum

quodammodo contingentis et digito palpantis *est vox? Hoc ergo — — mortale immortalitatis virtutibus induetur — — non natura carnis abiecta sed conditione eius et qualitate mutata — — non solum iustorum, sed et peccatorum — Quod autem iusti semper cum Domino Christo permaneant — Apostolus dicit:* deinde nos qui viuimus — cum Domino erimus: — qui transformabit corpus humilitatis nostrae, conforme corpori filii claritatis suae [1]). — — *Nec hoc tibi contra naturalem corporis rationem videatur esse promissum. — — Quid aut absurdum aut contrarium, — si eisdem rationibus, quibus lutum profecisse dicitur in corpus animale, rursum corpus animale in corpus proficere spiritale credatur? — —*

Hieronymi *accusatio:* credimus, *inquiunt,* (Origenistae) resurrectionem futuram corporum: *Hoc si bene dicatur, pura confessio est. Sed quia corpora sunt coelestia et terrestria et aër iste et aura tenuis iuxta naturam suam corpora nominantur, corpus ponunt, non carnem, vt orthodoxus* corpus *audiens,* carnem *putet: haereticus* spiritum *recognoscat. Haec est eorum prima deci-*

1) Puto scripsisse *Ruffinum* vt mox, *conforme corpori* claritatis filii sui, aut plane, vt erat in editionibus superioribus, quas nos secuti sumus, antequam *Pamelius* praecipiebat scribere sine sensu et auctoritate, *conforme corpori* fieri *claritatis* suae.

decipula, quae ſi deprehenſa fuerit, in-
ſtruunt alios dolos et innocentiam ſimulant
et malitioſos nos vocant, et quaſi ſimpliciter
credentes aiunt: Credimus reſurrectionem
carnis. *Hoc vero cum dixerint, vulgus in-*
doctum putat ſibi ſufficere maxime, quia id
ipſum et in Symbolo *creditur. Interroges*
vltra, circuli ſtrepitus commouentur, fautores
clamitant: audiſti reſurrectionem carnis,
quid quaeris amplius? *Et in peruerſum ſtu-*
diis commutatis, nos Sycophantae, illi ſim-
plices appellantur. Quodſi obduraueris
frontem et vrgere coeperis carnem digitis te-
nens, an ipſam *dicant, reſurrecturam. quae*
cernitur., quae tangitur, quae incedit et lo-
quitur, primo rident, *deinde* annuunt: *di-*
centibusque nobis, vtrum capillos, et dentes,
pectus et ventrem, manus et pedes, ceteros-
que artus ex integro reſurrectio exhibeat,
tunc vero riſu ſe tenere non poſſunt cachinno-
que ora ſoluentes tonſores nobis neceſſarios et
placentas et medicos ac ſutores ingerunt. vl-
troque interrogant, vtrum credamus, et ge-
nitalia vtriusque ſexus reſurgere, noſtras ge-
nas hirtas, foeminarum leues fore, et habi-
tudinem corporis pro maris ac foeminae
diſtinctione diuerſam? *Quodſi dederimus*
— — ſingula membra *negant; et* corpus
quod conſtet ex membris *dicunt* non reſur-
gere — — — *Solent etiam mulierculae*
eorum mammas tenere, ventri applaudere,
lumbos et foemora et putas attrectare axil-

las et dicere, quid nobis prodeſt reſurrectio, ſi fragile corpus reſurget? Et futurae angelorum ſimiles habebimus et naturam angelorum.

Nunc quidem in his *Origeniſtas* vniuerſe reprehendit: Sed cum tamen *fautores* eorum pro iis intercedere dicat, *audiſti reſurrectionem carnis, quid quaeris amplius*, puto hic cum aliis *Ruffinum* intelligi, ſuadetque hoc ſequens eius peroratio —

Ruffini *defenſio* ſuae ſententiae de reſurrectione carnis contra Hieronymum: — *Calumnioſorum* (nempe *Hieronymi*) *neceſſitate compulſus, ſingulare et praecipuum eccleſiae noſtrae myſterium pando. Etenim cum omnes eccleſiae ita ſacramentum* Symboli (Apoſtolici) *tradant, vt poſtquam dixerint* peccatorum remiſſionem, *addant* carnis reſurrectionem, *ſancta* Aquileienſis *eccleſia de Spiritu futuras aduerſum nos* (*me* ſcilicet et auditores meos) *calumnias praeuidente, vbi tradit* carnis reſurrectionem *addit vnius pronominis Syllabam* — huius *carnis reſurrectionem*, quo ſcilicet *frontem, vt mos eſt, ſignaculo contingentes et ore*, carnis huius, quam contingimus, *reſurrectionem fatentes* (cf. antecedentem expoſitionem, vbi verbum *profitetur* de noſtra coniectura per hoc *fatentes* firmatur) *Eſtne aliquid hac confeſſione plenius*? — — *Sed — inueniunt adhuc male loquaces linguae calum-*

calumniandi locum: Membra, *inquit*, singula nominatim nisi dixeris, et caput cum capillis suis, manus, pedes, ventrem, atque ea, quae sub ventre sunt, nisi expressius designaueris, carnis resurrectionem negasti: (En! fere iisdem accusationis anteced. verbis vtitur) *Haec sunt nouelli sapientis inuenta* (Hieronymi) — — — *omnino* spiritale *et gloriosum et incorruptibile corpus suis propriis et non aliunde assumtis exornabitur et illustrabitur membris, secundum eam gloriam, quam propositum nobis Christi seruat exemplum, sicut Apostolus dicit:* qui transformabit — — — corpori claritatis filii sui — — *Quid ergo malarum suspicionum certamina commouemus, cum in ea confessione ecclesiastica fides constet!* — — *Verum* — *miscuit seriis ridicula* — dicens: mulieres quasdam de nostris, mamillas suas tenentes, vel leues contrectantes genas cum plausu foemoris et ventris dicere solere, *quid nobis prodest resurrectio, si corpus iterum fragile resurget? futurae angelorum similes angelorum habebimus et naturam. Quas* — *incuset* — *ipse viderit* — *Nos non reddimus talionem* (omissa omni ironia, ante dixerat). *Sed vt video, isti cui displicet mulier, quae negat se ex resurrectione fragile corpus habituram, sine dubio placet ei, fragilitatem corporis permansuram* — — *Quid illas irrides, quae sequuntur Apostolum dicentem,* quia corruptibile

 hoc

hoc etc. *Apoſtoli non docuerunt fragile corpus futurum eſſe* — *ſed* — *in gloria reſurrecturum dicunt. Tu hoc vnde nunc profers; niſi forte* a Judaeis aliquibus (haec quoque notanda et vtemur iis amplius capite quinto) noua nunc lege promulgatur eccleſiae, vt etiam iſta diſcamus. *Eſt enim* Judaeorum vere de reſurrectione *talis opinio, quod* reſurgent quidem, ſed vt carnalibus deliciis et luxuriis (*Euſebius* ſupra de *Nepote* χιλιαδα ἐτων, τρυφης σωματικης) *ceterisque voluptatibus corporis perfruantur.* —— *Neque igitur naturam carnis* huius, in qua nunc viuimus, reſurgere denegemus, *neque rurſus cum ea* carnis vitia pariter *inuoluamus* — *Non carnem* vel corpus, perditis, *vt ais*, aut amputatis membris reſurgere dicimus, *ſed* totum *et* integrum corpus, corruptione *tantum et* ignominia, *ac* fragilitate *depoſita, vt nihil* prorſus ex natura ſua deſit illi corpori, *quod reſurget*, *niſi* illa corruptio. *Latius* — *huic vni titulo de reſurrectione reſpondi, verens ne iterum per breuitatem aliquibus calumniis pateremus*: *Et ideo non ſolum* corporis, *in quo calumniatur*, *ſed etiam* carnis *fecimus frequenter mentionem*, *et non ſolum* carnis, *ſed addidimus* huius *carnis*, *et non ſolum* huius *carnis*, *ſed et* naturam *huius carnis commemorauimus, nec contenti fuimus hoc*, *ſed ne* membrorum *quidem reſurrectionis integritatem*

tatem diximus defuturam[1]). — — —
Paullo post: *Miror quomodo ab aliis exigas de* sexuum diuersitate (in resurrectione) *sententiam* — — — *Quanto rectius faceres, si nos quos culpas, imitareris in talibus, et haec soli Deo, vt se veritas habet, nosse permitteres* — *Si in aliquo opusculo meo* — — *inuenisset scriptum* — *quantos ex hoc accusationum titulos* — — *conscripsisset* — — *dicens: fallit cum* corpus *dicit resurgere, et* carnem *negat, vel cum fatetur quidem carnem, membra autem negat et sexum* — —

Hieronymi *repetita criminatio: Breuiter pureque responde: Non quaero, quod scribis,* eandem carnem *resurgere, in qua viuimus, nullo membro amputato, nec aliqua parte corporis deserta, haec enim verba tua sunt;* sed quaero, quod Origenes negat, *vtrum* in eodem sexu, *quo mortua sunt corpora suscitentur, et Maria Maria, Ioannes resurgat Ioannes,* an commixto sexu et turbato, nec vir, nec foemina sit, *sed vtrumque vel neutrum: Et an* ipsa corpora incorrupta et immortalia — permaneant in aeternum; *et non solum corpora, sed* caro et sanguis infusus venis et ossibus irrigetur, quae Thomas tetigit; *an* (aut) *certe paullatim resoluantur in nihilum?* — — *Haec aut dicere debebas aut negare,*

1) l. I. *inuectiuae*, f. 121.

negare, *et non* ea loqui, quae ſubdole Origenes fatetur — —

Sufficient credo haec ad intelligendum *Ruffinum ſexuum diuerſitatem* corporibus in reſurrectione non quidem denegaſſe, ſed tamen non audacter eandem tribuere illis voluiſſe, omninoque *corporis* et *carnis* verbum promiſcue vſurpaſſe, hac forte apud animum ſeruata cautione, ex qua caro cogitatur non palpabilis haec, ſed vtcunque ſumitur pro corpore.

Sed quoniam paullo ante audiuimus, *Ruffinum* millenarios reprehendentem, hisque craſſiorem de reſurrectione carnis ſententiam haud obſcure tribuentem, non alienum ſit ab hoc loco

LACTANTIVM

porro ſuperioribus addidiſſe. Etenim hic cum extra dubitationem millenariae in terris beatitati fauerit, ſi quis alius, manifeſtiſſime, ſi reſurrectionem carnis curioſius deſcripſit, talis omnino erit, a quo ad reliquorum aeque prius ſumentium informationem poſterioris haud incerta concluſio fieri poſſit. Itaque ordine haec eius transſcribemus:

de *diuino praemio* l. VII. §. 14. *Vt Deus ſex illos dies in tantis rebus fabricandis laborauit — et — perfectis operibus requieuit die ſeptimo — neceſſe eſt, vt in fine ſexti milleſimi anni malitia omnis aboleatur e terra*, et regnet per annos mille iuſti-

tia

tia ſitque tranquillitas et requies a laboribus, *quos mundus iamdiu perpeſſus eſt — — — et homo — viuificatus a Deo in hoc eodem* mundo per annos mille dominetur.

de *diuino praemio* l. VII. §. 17. *Imminente iam temporum concluſione propheta magnus mittetur, qui conuertat homines ad Dei agnitionem — — peractis operibus ipſius, alter rex orietur e Syria malo Spiritu genitus euerſor et perditor generis humani — — — mendaciorum propheta — — Id erit tempus, quo iuſtitia proiicietur — —* §. 19. *diuino auxilio tanta illa calamitas indigebit, commotus igitur Deus* · — *mittet protinus liberatorem — qui prius, quam deſcendat, hoc ſignum dabit: Cadet gladius e coelo — deſcendet comitantibus angelis — virtus angelorum tradet in manus iuſtorum multitudinem illam, quae montem circumſederit — —* impius ſolus *effugiet* — Antichriſtus — *contra verum dimicabit et victus effugiet — tandem ſcelerum ſuorum luet poenas. Sic extincta malitia — requieſcet orbis — —.* §. 20. *Poſt haec aperientur* inferi (*nam* §. 21. *animae poſt mortem non protinus iudicantur, omnes in vna communi cuſtodia detinentur, donec tempus aduēniat, quo maximus iudex meritorum faciat examen) et reſurgent mortui — — nec tamen* vniuerſi *tunc iudicabuntur, ſed ii tantum, qui ſunt in religione Dei verſati,* (hos nimirum ab *impiis*, gentibus, diſtinguit cf.

in fine). *Nam qui Deum non agnouerunt — iam iudicati et damnati sunt, sanctis litteris contestantibus*, non resurrecturos impios in iudicium (Psalmo I, 5.). *Iudicabuntur ergo qui Deum sciuerunt — — §. 24. qui erunt tum in corporibus viui, non morientur* (sequitur itaque lectionem *non omnes moriemur* 1 Cor. XV, 51. et mihi certe ex dicendis capite quinto probabile, eum sermonem Apostoli in mente habuisse) *sed per eosdem mille annos infinitam multitudinem generabunt et erit soboles eorum sancta et Deo cara: qui autem ab inferis resuscitabuntur*, (§. 22. addit, *innouatis corporibus*, §. 23. *a Deo corporibus induentur*) *ii praeerunt viuentibus velut iudices: §. 21. praemium immortalitatis* (ab hoc tempore nimirum, cuius primam partem in terris peragunt) *accipient, quorum autem peccata et scelera detecta, non resurgent* (sc. ad gaudia vitae mille annorum) *sed cum impiis in easdem tenebras recondentur ad certa supplicia destinati — §. 24. Gentes vero non extinguentur omnino* (in terra) — — *Sub idem tempus etiam princeps daemonum — — catenis vincietur et erit in custodia mille annis coelestis imperii, quo iustitia in orbe regnabit — — §. 27. Sed idem cum mille anni regni — — coeperint terminari* soluetur denuo *et custodia emissus exibit, — atque omnes gentes concitabit, vt inferant bellum ciuitati sanctae — tunc veniet*

nouis-

nouiſſima ira Dei ſuper gentes et debellabit eas — ſtatuet — ſolem triduo ne occidat — deſcendet aeſtus nimius et aduſtio magna ſuper perduelles — Populus autem Dei tribus illis diebus ſub concauis terrae occultabitur — Tunc exibunt iuſti de latebris ſuis — genus impiorum radicitus interibit — renouabitur mundus a Deo et coelum complicabitur et terra mutabitur, et transformabit Deus homines in ſimilitudinem angelorum — — Eodem tempore fiet ſecunda illa et publica omnium reſurrectio, *in qua excitabuntur iniuſti ad cruciatus ſempiternos: Ii ſunt*, qui manu facta coluerunt — dominum mundi — vel neſciuerunt vel abnegarunt. §. 21. *Quia peccata in corporibus contraxerunt rurſus* carne *induentur, vt in corporibus piaculum ſoluant, et tamen erit caro illa — inſolubilis ac permanens in aeternum, vt ſufficere poſſit cruciatibus.*

Effecimus hoc modo, vt et vniuerſa *Lactantii* de millenario et connexis cum eo capitibus, vt noſtro de reſurrectione, ſententia vno intuitu a Lectoribus comprehendi poſſit, et nobis noua materies adſit, qua deinceps ſuo loco vtamur. Iam enim ad *Graecos* Scriptores ducenda eſt oratio.

Alexan-

Alexandrinae Scholae f. *disciplina* f. *professione addictorum*

EVSEBII *Caesareens.* DIDYMI *Alexandr.* GREGORII *Nazianzeni*, BASILII *Cappadoc.* IOANNIS *Chrysostomi Constantinop.*

De EVSEBIO Caesareensi, cum quo in Graecis huius seculi scriptoribus exordium narrationis faciendum est, dubitari profecto non potest, pluribus de caussis quin disciplinam doctorum Alexandrinorum superioris seculi inprimisque *Origenis* secutus sit. Itaque hoc vnum in hoc quidem loco quaerendum est, an quoque in capite doctrinae de *resurrectione* eam imitatus fuerit. Quodsi nunc nobis liceret vnius *Hieronymi* auctoritate vti, aut etiam testimoniorum aliorum inopia illi acquiescere adeo cogeremur, effectum esset, quod ita quaerimus, cum ille non dubitauerit scribere, *Eusebium apertissime in Origenis scita concedere et quod omnes ecclesiae reprobent, catholice et pie dictum esse defendere* 1). Sed enim neque ista penuria adeo laboramus in *praeparationis* atque *demonstrationis* evangelicae auctore locupletissimo, neque patitur nostrae narrationis fides tantum tribuere testimonio vnius. Itaque vtemur commemoratis et reliquis libris *Eusebii* dogmaticis, atque ex his ordine ea omnia excerpemus, quae huius loci esse videantur. Sed pauca nimirum erunt:

Demon-

1) l. II. adu. *Ruffinum* f. 100. a.

Demonstrat. l. IV. c. XIII. extr. το νεκρον (σωμα Ιησου) — — ανηγειρετο ζωουμενον, και ὁ θανατος την ζωην ἐφευγεν — το, τε φθαρτον την ἀφθαρσιαν ἐνεδιδυσκετο, και το θνητον την ἀθανασιαν. (Mortuum corpus Jesu viuificatum excitatum est et mors vita fugata est —. et corruptibile induit incorruptionem etc.)

— — — c. XIV. ὁ Θεος λογος — — συναπεθεου γε τον ἀνθρωπον ἀπαρχην της ἡμων ἐλπιδος· τουτον αὐτον — της τε παρ' αὐτῳ ζωης ἀϊδιου — κοινωνιας ἀξιων· ἡμιν τε ὁμοιως ἁπασι της παρ' αὐτῳ και συν αὐτῳ ἀθανασιας τε και βασιλειας τουτο μεγιστον δειγμα παρεχων. (Deus verbum hominem assumtum, tanquam nostrae spei primitias, simul diuinae participem fecit naturae; hunc ipsum quem assumserat, perpetuae vitae sibi propriae societate dignum aestimans: In quo profecto nobis omnibus futurae apud ipsum et cum ipso immortalitatis documentum illustrissimum exhibere voluit.)

— — — l. VII. c. I. ἐπειδη δι' ἀνθρωπου θανατος — χρην δηπου δια του αὐτου ἀνθρωπου την κατα του θανατου βραβευθηναι νικην και το ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΘΑΝΑΤΟΥ σωμα ζωης ἀναδειχθηναι και της ἁμαρτιας την βασιλειαν ἐν τῳ θνητῳ σωματι το πριν ἐνεργουσαν καταλυχθηναι μηκετι ἁμαρτιας αὐτου, ἀλλα δικαιοσυ-

νης

νης κρατουσης. (Postquam per hominem mors, — oportuit ſane per eundem hominem victoria aduerſus mortem obtineri, et *corpus mortis*, *vitae* corpus declarari deſtruique *regnum peccati* antea in mortali corpore efficaciter ſe exſerens, vt non *amplius* peccatum ſed iuſtitia ei dominaretur.)

Demonſtrat. l. VII. c. I. paullo poſt: τῳ θειῳ λογῳ τουμβαλιν το φθαρτον μετεσκευαζετο και ἁγιον τε και ἀθανατον — — ἀπετελειτο. (Contra verbo diuino, *quod corruptibile* erat, reparatum et ſanctum immortaleque effectum eſt.)

contra Marcellum l. II. c. IV. ὁ Χριςος του Θεου, ὁ κοινος ἁπαντων σωτηρ ὁ πρωτοτοκος ἐκ των νεκρων, ἡ ἐλπις ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ.

de *eccleſiaſtica Theologia* l. III. c. X. Ορας, ὁποιας προσεσθαι φωνας κατα της σαρκος του σωτηρος ἡμων τετολμηκεν· οὐκ ἐπιςησας ὡς και προ της εἰς οὐρανους ἀναληψεως, ἐτι οὐσαν αὐτην ἐπι γης προ του παθους, οὑτως ἐδοξασεν ἐν τῳ ὀρει — — — ἀλλ' οὐδε συνεις ὁποιον σωμα δοξης ὁ θειος Αποςολος (φησιν) και ὡς και τα ΗΜΕΤΕΡΑ σωματα συμμορφα ἐσεσθαι ἐκεινῳ τῳ σωματι ἐδιδασκε λεγων· ὁς μετεσχηματισε το σωμα — — — τῳ σωματι της δοξης αὐτου· ἀλλ' οὐδε νοησας, τινι τροπῳ καταποθησεσθαι το θνητον ὑπο της ζωης ἐγραψε φασκων, ἐφ' ᾧ οὐ θελομεν ἐκδυσασθαι

σαϑαι κ. τ. λ. (Vides, quales voces ausus sit proferre contra carnem Seruatoris, ignorans quod ante illam in coelos assumtionem, immo ante passionem suam cum adhuc in terra versaretur, eam in monte glorificauit — — neque praeterea intelligens, quid Paulus scripserit de glorioso corpore et quomodo docuerit, nostra corpora conformia fore illi dum dicit — — — neque tandem cognoscens, quo modo mortale a vita absorbendum esse scripserit, *nolumus illo denudari* etc.)

de *ecclesiastica Theologia* l. III. c. XV. παντες οἱ ἁγιοι — — — και ΣΩΜΑΣΙΝ αἰωνιοις, Ηλιῳ και Σεληνῃ και ἀςροις χρησονται παραπλησιοις και ἐν τουτῳ της αὐτου (Χριςου) μεταληψομενοι δοξης — ὁς μετασχηματιζει το σωμα της ταπεινωσεως ἡμων — — της δοξης αὐτου — — ὁρας ὁπως το (forte τῳ) δυναϑαι αὐτον ὑποταξαι αὐτῳ τα παντα και του (ita certe continue sine interpunctionis signo; post παντα scribendum) σωματος του ἡμετερου μετασχηματισμον ποιησει, εἰς το συμμορφον τῳ σωματι της δοξης αὐτου και το ἡμετερον ἀπεργασεϑαι. (Omnes sancti — etiam *corporibus* perpetuae durationis et Soli, lunae astrisque similibus vtentur, et in hoc quoque gloriae Christi participes fient, *qui transmutabit* etc. Vides quomodo inter alia, virtuti eius ex qua sibi omnia subiiciet, transmutationem quoque nostrorum corpo-

corporum tribuerit, vt corpori ipsius glorioso corpora quoque nostra conformia reddantur.)

Haec nunc si et secum et cum doctrina *Origenis* comparemus, *Hieronymi* iudicium ante adscriptum verissimum puto reperietur. Nam vt non dicam excerptum tertii loci plane non ad rem pertinere, cum clarum sit ex ipsa eius interpretatione, eum per *corpus mortis* ex φρασει Paulina Rom. VII, 24. peccatorum in nobis compagem intellexisse adeoque de renouatione reliqua affirmasse, vt itaque haec per se manifesta non vrgeam, primo *resurrectionis Sanctorum* simplici appellatione vtitur, deinde in illa quam vrget *absorptione* non satis *intellecta* et mera quam ponit *transmutatione*, atque *glorificatione* semina Origenianae traditionis occulte sparsit.

Didymum inter ipsos Alexandrinos doctores huius seculi clarissimum, *Hieronymi* non modo affirmatio, eum *non pedibus sed verbis in Origenis transire sententiam* [1]), verum ipsae etiam reliquiae interpretationis antea in *Hieronymi* mentione ex eodem allatae et fragmenta quaedam in Catenis admodum probabile faciunt, non abhorruisse ab *Origenis* in declaranda resurrectione consuetudine. Vnam vero particulam, cum iam supra in *Hieronymi* mentione ex Epistola ad *Minerium* descripsimus, in hoc loco porro addemus illud membrum, in quo aperte aduersus millena-

rios

1) in Epist. ad *Minerium* T. IV. f. 86.

rios diſputat, plane ex Origeniſtarum ingenio. Verba haec ſunt [1]):

ἐν ἀτομῳ, ἐν ῥοπῃ ὀφθαλμου. *iuncta ſimul* omnium *reſurrectione* (Chiliaſtae nimirum dicebant, non omnium *vnam vnius temporis* fore cf. mox ſequentia) *rapientur obuiam Chriſto, hi quos mors diſſoluerit* — — *Quando enim dicit in* puncto temporis, et in motu oculi atque momento, *futuram omnium reſurrectionem cunctam* primae et ſecundae reſurrectionis *excludit* fabulam, *vt alii primi, alii nouiſſimi reſurrecturi eſſe credantur* — — *Ictusque oculi ſiue motus; qui graece dicitur* ῥοπη, *tanta velocitate transcurrit, vt pene ſenſum videntis effugiat. Verum quia in plerisque codicibus pro* ῥοπη *id eſt* ictu vel motu, ῥιπη legitur, *hoc ſentire debemus, quod quomodo* leuis pluma *vel ſtipula aut tenue ſiccumque folium vento flatuque raptatur et de terra ad ſublime transfertur, ſic ad ictum oculi et ad nutum Dei, omnium mortuorum corpora mouebuntur parata ad aduentum iudicis.* Fragmenta ex Catenis haec ſunt: ἐτι δε και ἡ σαρξ μου κατασκηνωσει ἐπ᾽ ἐλπιδι· ἐπει Ιησους καθο ἀνεδεξατο θανατον, ἀπεθετο ἡν κατ᾽ οἰκονομιαν ἐλαβε σαρκα, ἐπει τῳ παλιν ΑΝΑΣΤΗΣΑΙ αὐτην ἀπο του θανατου — εἰκοτως την σαρκα ταυ-

την

1) ibid. f. eod.

την οὖσαν ἑαυτου, ἐπ' ἐλπιδι κατεσκηνωκεναι Φησι δια την προσδοκιαν της ἀναστασεως. Εἰ δε τις ἐκ προσωπου Δαβιδ εἰρησθαι αὐτο ἐκλαμβανει, παυσασθω καταρεχων της περι ἀναστασεως δοξης των ἁπλουστερων· εἰ γαρ και μη οἱοι εἰσιν παριστασθαι ὁ Φρονουσιν, ἀλλ' οὐν εὐσεβως διακεινται Φασκοντες την σαρκα ἀνιστασθαι ἐπι το εἶναι ἀφθαρτον και πνευματικον σωμα· ὡς γαρ ὁ ἐγειρομενος νεκρος μετα ἀναστασιν ζων και οὐ νεκρος ἐστιν· οὑτως ἡ ἐγειρομενη σαρξ μετα την ἐγερσιν πνευματικον και ἀφθαρτον σωμα ἐστιν (*sequuntur verba* caro mea etc. *Siquidem Jesus quatenus subiit mortem, carnem quam salutis nostrae caussa assumserat, deposuit*, vt eam tertia die *ex morte resuscitaret*. *Hinc* carnem *suam* in spe *ait* habitasse, *procul dubio ob speratam eius resurrectionem. Si quis vero id omne tanquam* sub persona Dauidis dici opinetur, *is desinat se sententiae simpliciorum de resurrectione opponere. Quamuis enim hi non ante oculos sistere possint, quod sentiunt, tamen pie ponunt, dicentes, carnem resurgere, vt spirituale et incorruptibile corpus sit; quemadmodum enim mortuus resurgens, post resurrectionem viuit nec amplius mortuus est, ita caro resuscitata post suscitationem spirituale est et incorruptibile corpus* 1) — —) εἰ τοινυν οὑτως ἡ προκειμενη

1) Cf. *Wolfii Anecdota graeca* T. IV. p. 10. sq.

μενη φονη λεγει· δειν δεξασθαι τον οὐρανον τον κυριον ἀχρι χρονων ἀποκαταστασεως κ. τ. λ. ἡγητεον, ὡς ὁ Χριστος ἀναληφθεις εἰς οὐρανους μενει ἐκει ἑως της του κοσμου συντελειας (*Si igitur praesens dictum ait*, oportet coelum recipere dominum etc. *existimandum est, Christum in coelos receptum, ibi manere usque ad* consummationem mundi [1]) ἐπιστατεον, ὡς πολλη σπουδη ὑπηρχε τοις τελειως χριστανιζουσι περι το αἰσθητον βαπτισμα. Διττου γαρ ὀντος του διδομενου, ὁτε μεν δι' ὑδατος, ὁτε δε ἐν πνευματι ἀγιῳ και πυρι, οὐ δια την ὑπεροχην του ἐν πνευματι βαπτισματος κατεφρονουν του σωματικωτερου. Συμβαλλεται γαρ και τουτο εἰς σωτηριαν κατα (και) την ἀναστασιν του σωματος (*Sciendum*, veros *Christianos magnam baptismi sensibilis rationem habere. Cum enim duplex ille sit, tum per aquam, tum per Spiritum sanctum et ignem, minime propter praerogatiuam huius posterioris corporalem illum plane contemnere solent.* Confert *enim et ille quod ad corporis resurrectionem, ad salutem* [2]) — —)

Haec *Didymi* sufficiant; etsi non nobis sufficit ea sine aliquo Commentariolo apposuisse. Deprehendimus nimirum in interpretatione latina

1) cf. *Wolfii Anecdota graeca* T. IV. p. 16. sq.
2) *ibid.* p. 32. sq.

primi apud *Wolfium* fragmenti praeter alias etiam inconcinnitates in particulis ἐπεὶ, εἰκότως hoc plane vitiosum, quod verbum ἁπλούστεροι vertit *cordatiores*, vt contextus sit, *is desinat se sententiae* cordatiorum *opponere*, quo nunc *Didymus* cogitur id probare, tanquam suum, quod apud alios tantum excusare volebat. Videamus quomodo! Posuerat suam interpretationem verborum Psalmi de resurrectione J. C. Munit nunc porro eandem aduersus hos, qui ea vnice ad Dauidem referebant et tamen nostrae carnis resurrectionem negabant. His itaque suam inconstantiam exprobrat atque ex sumtis eos refellit sic, vt dicat alterutrum ab iis eligendum esse, et aut concedendum, verba *caro mea in spe habitabit* Dauidem non de se dixisse, aut, si hoc velint pertinaciter defendere, *simpliciorum* sententiam de communi carnis resurrectione ab iis quoque statuendam esse. Nam hanc tamen piam esse et ex interpretatione eorum (quam nunc vsque ad extremum eorum verbis affert, etsi nouo lapsu *Wolfius* ab vltimis verbis ὡς γὰρ nouam periodum constituit, quasi haec amplius de suo addidisset *Didymus*, cum totum adhuc pendeat ab antecedente φάσκοντες) molliorem, quam impiam aduersariorum affirmationem, verba Psalmi non de Christo agere et durissimam simul, quae id Dauidi homini tribuat, quod tamen reliquis deneget. Itaque tantum abest, vt *Didymus* haec ex suo sensu dixerit, vt potius per se ea, plane ex *Origenis* φράσει, ἁπλουστέροις, Nepotianis et partibus eiusdem tribuat, κατ' ἄνθρωπον tantum disputan-

ſputando vrgeat et temperamentum interpretationis ex fautorum ſuorum diſſerendi ratione addat. Nam cetera alibi ἁπλουςερων horum *primam* et *ſecundam* reſurrectionem audacter cum *Origene* refellit, fabulam eam appellans et tacite aduerſus eosdem in ſecundo fragmento illam ἀποκαταςασιν de conſummatione vniuerſi mundi explanat, nullum quoque ante eandem reditum J. C. ex coelis admittens. Quodſi praeterea liceat nobis coniectura vti, interpretationis reprehenſae Auctores forte *Manichaei* fuerint, qui certe ex primaria ſua opinatione cogebantur omnia de Dauide explicare. Sed neque in tertio fragmento interpretando nobis Wolfiana verſio, quam tamen ante poſuimus, plane arridet. Nam primum vereor, ne οἱ τελειως χριςιανιζοντες ſ. quod idem eſt οἱ τελειοι χριςιανοι ſint *veriores* Chriſtiani et non potius ex Alexandrinorum loquendi formula, *perfectiores*, *ingenii liberalioris* Chriſtiani, quos nunc in baptiſmi aquae pretio ſtatuendo opponit Gnoſticis plane eum contemnentibus, quemadmodum haec oppoſitio perpetuo *Clementi*, *Origeni* etc. in vſu erat. Deinde quid ſibi velint haec — *confert enim et ille quod ad reſurrectionem corporis ad ſalutem*, nemo profecto intelligat. Verterem faciliori interpretatione, *conducit enim et ille ad corporis ex reſurrectione ſalutem.* Sed cum nunquam Alexandrini priorum ſeculorum doctores baptiſmo vim reſurrectionis collatricem tribuiſſe reperiantur atque potius ſignificatiuam tantum eius virtutem ſtatuiſſe, forte ἀναςασις του σωματος ipſi in hoc loco fuit

 ſymbo-

ſymbolica illa corporis in baptiſmi ſolennitate ex aqua reſuſcitatio, et συμβαλλεσθαι, unde deinde συμβόλον, hic *ſignificandi, notandi* ſenſu ſumendum eſt, vt ſit verſio: *nam et ille per reſurrectionem* (quandam) *corporis* (ex aqua) *ſignum ſalutis eſt.* Dabunt certe veniam Lectores coniecturae in loco ambigui admodum ſenſus et ſine dubio propterea a criticis iam ſollicitati. Nos nunc ad

Gregorium Nazianzenum nos conferemus. Atque eum, quando diſciplinae Alexandrinae, ſiue qua promiſcue vti liceat appellatione, Origenianae fautoribus adnumeramus, *Socratem* ſequimur in eo loco [1]) vbi commemorat hunc et aequalem *Baſilium* Origenis doctrinam aduerſus Arianos defendiſſe exprobrata iis eius ignorantia. Quin adeo in vtroque vniuerſa non modo ſtudiorum ratio, verum illa quoque modeſtia diſputandi, qua ipſis Acatholicis venerandi euaſerant [2]), credibile faciat, huic in decernendo ſiue opinando mediocritati eos per Alexandrinorum ad Caeſareenſem et Antiochenam Scholam propagata ſtudia adſueuiſſe. Dum vero in eo ſumus, vt in iudicium GREGORII primum de reſurrectione inquiramus, ſiue potius Lectoribus materiem locorum ad inquirendum in illud ſuppeditemus, tripartitum illum ordinem in excerpendo locorum varietatem ſequemur, quem ſupra in *Clemente* Alexandrino conſtitueramus [3]).

Claſſis

1) *hiſt. eccl.* l. IV. c. 26.
2) *Philoſtorgius* ap. Photium Cod. 26.
3) p. 101. ſq.

Classis *prima*.

Oratio. in S. *Baptisma:* *Triplicem natiuitatem nostram Scriptura agnoscit, primam ex corporibus, secundam ex baptismo, tertiam* ex resurrectione [1]).

— — — — mox: *Has cunctas natiuitates Christus meus in se ipso honore affecisse apparet* — — *eam quae* resurrectione *sit, ea quam ipse auspicatus est, vt fieret primogenitus quemadmodum inter multos fratres, ita quoque* ex mortuis [2]).

— — — — in medio: *Incertum est, an* (si rursus sanctitatem animi perdas) *rursus e sepulchro ad vitam excitaberis, vsque ad postremam illam et* communem resurrectionem, *quae* omnia facta *ad iudicium adducet, non curanda sed iudicanda, atque ad rationem horum reddendam, quae* bene siue male *coaceruata fuerin* [3]).

1) *Morellianae* Parisiens. edit. T. I. p. 637. *τρισσην γεννησιν ἡμιν οἰδεν ὁ λογος, την ἐκ σωματων, την ἐκ βαπτισματος, και την ἐξ ἀναστασεως.*

2) *ταυτας δη τας γεννησεις ἁπασας παρ᾽ ἑαυτου τιμησας ὁ ἐμος Χριστος φαινεται — την τῃ ἀναστασει, ἡς αὐτος ἀπηρξατο, ὡς ἐγενετο πρωτοτοκος ἐν πολλοις ἀδελφοις, οὑτω και πρωτοτοκος ἐκ νεκρων γενεσθαι καταξιωσας.*

3) p. 662. *ἀδηλον ὀν εἰ παλιν ἐξαναστησῃ των ταφων, μεχρι της τελευτειας και κοινης ἀναστασεως, ἡ παν το ποιημα ἀξει εἰς κρισην, οὐ θεραπευθησομενον, ἀλλα κριθησομενον, και λογον ὑφεξον, ὠν ἐυ ἡ κακως ἐθησαυρισεν.*

Classis *secunda.*

in *funebri laudatione Caesarii: Persuadent sapientum verba vt credam, animam pulchram et Deo charam posteaquam* corporis vinculis solutis *hinc excesserit*, protinus *bonum quod ei* destinatum est persentientem et contemplantem (*eo quod tenebras offundebat purgato aut deposito, aut* — *nescio statim quo alio verbo vtendum sit.*) *mirabili quadam voluptate affici atque hac vita tanquam graui quodam ergastulo liberatam, compedibusque illis, quibus mentis alae deprimebantur, solutam profusa cum hilaritate ad dominum suum tendere ac* repositam *beatitudinem* tanquam per simulacrum *percipere; postea vero cum* cognatam carnem receperit *a terra, quae et dederat et in fidem receperat* (modum ipse optime nouit, qui ea inuicem coniunxit et dissoluit) tum demum eam quoque ad gloriae coelestis haereditatem secum admissuram, *et quemadmodum ob naturae coniunctionem aerumnarum* ipsius particeps fuerat, sic etiam iucunditates suas cum ea communicaturam, *totum videlicet* in se ipsam absumentem corpus *et cum eo* vnum *effectam* et spiritum et mentem et Deum, *absorpto e vita* mortali et caduco. *Audi tantum, quid de ossium et neruorum compactione diuinus* Ezechiel *disserat; quid post illum diuinus* Paulus *de tabernaculo terrestri et domo non manu facta, illo quidem* fluxo, hac *vero* in coelis recondita; qui *etiam*

discessum

discessum a corpore profectiorem ad Dominum esse affirmat, *vitam vero* cum hoc corpore *vt* peregrinationem deplorat [1]).

in Christi natiuitatem: ille (Christus) carnis meae *particeps fit, vt et imagini salutem et* carni immortalitatem *afferat* [2]).

secunda in Pascha eadem iisdem verbis repetit [3]).

1) p. 173. sq. πειθομαι σοφων λογοις ὁτι ψυχη πασα καλη τε και θεοφιλης ἐπειδαν του συνδεδεμενου λυθεισα σωματος ἐνθενδε ἀπαλλαγη ΕΥΘΥΣ μην ἐν συναισθησει και θεωρια του μενοντος αὐτην καλον γενομενη, ἁτε του ἐπισκοτουντος, ἀνακαθαρθεντος ἡ ἀποτεθεντος, ἡ — οὐκ οἰδ' ὁτι και λεγειν χρη, θαυμασιαν τινα ἡδονην ἡδεται — και ἱλεως χωρει προς τον ἑαυτης δεσποτην, ὡσπερ τι δεσμοτηριον χαλεπον τον ἐνταυθα βιον ἀποφυγουσα και τας περικειμενας ἀποσεισαμενη πεδας, ὑφ' ὡν της διανοιας πτερον καθειλκετο· και οἱον ἠδη τη ΦΑΝΤΑΣΙΑ καρπονται την ἀποκειμενην μακαριοτητα· μικρον δ' ὑστερον και το συγγενες σαρκιον ἀπολαβουσα παρα της και δουσης και πιστευθεισης γης τροπον ὁν οἰδεν, ὁ ταυτα συνδησας και διαλυσας Θεος τουτῳ συγκληρονομει της ἐκειθεν δοξης και καθαπερ των μοχθηρων αὐτου μετεσχε δια την συμφυιαν οὑτω και των τερπνων ἑαυτης μεταδιδωσιν, ὁλον εἰς ἑαυτην ἀναλωσασα, και γενομενη συν τουτῳ ἑν και πνευμα, και νους και Θεος καταποθεντος ὑπο της ζωης του θνητου και ῥεοντος — —

2) p. 620. — μεταλαμβανη της ἐμης σαρκος, ἱνα και την εἰκονα σωση και την σαρκα ἀθανατιση.

3) p. 682.

Classis *tertia.*

in Christi natiuitatem ad extremum fere; *Postquam* (homo) diaboli inuidia — — — *accepti mandati memoriam abiecit, et ab acerba esca victus est, tum vero simul et a ligno vitae et a Paradiso et a Deo propter peccatum expellitur et* pelliceas tunicas induit, crassam fortasse carnem et mortalem ac refractariam — [1]).

secunda in *Pascha* haec eadem iisdem verbis recurrunt [2]).

secunda de *Theologia: media inter nos et Deum* corporea haec caligo *interiecta est, non secus ac nubes illa inter Aegyptios et Ebraeos — — Nobis certe qui, vt Jeremiae verbis vtar,* terrae vinculis adstricti tenemur (Thren. III.) *et* crassa hac carne obtegimur, *hoc perspicuum est* etc. [3]).

in

1) p. 619. ἐπει δε φθονῳ διαβολου — — της μεν ἐντολης ἐπελαθετο της δοθεισης και ἡ πηθη της πικρας γευσεως, ὁμου δε του της ζωης ξυλου και του παραδεισου και του Θεου δια την κακιαν ἐξοριστος γενεται και τους δερματινους ἀμφιεννυται χιτωνας ἰσως την ΠΑΧΥΤΕΡΑΝ σαρκα και θνητην και ἀντιτυπον.

2) p. 681.

3) p. 681. μεσος ἡμων τε και Θεου ὁ σωματικος τουτο ἱςαται γνοφος ὡσπερ ἡ νεφελη — — ἡμιν δ' οὐν ἐκεινον γνοριμον τοις δεσμιοις της γης, ὁ φησιν ὁ θειος Ιερεμιας, και το ΠΑΧΥ τουτο σαρκιον προβεβλημενοις — —

in *dictum Euangelii* Matth. XIX. *Angelorum vitam elegisti* — *ne* in carnem prolabaris, — ne cum materia *matrimonio iungaris* — — *Annon plane angelicum, eam* quae carnis vinculis alligata sit, *non* secundum carnem *viuere et ipsa natura* excelsiorem esse [1]).

Oratione funebri in Patrem: *Appropinquat Deo* (de mortuo Patre loquitur) *vt qui corporeas compedes excusserit, ac limo illo mentis puritatem inficiente liberatus sit* nudusque cum nuda *principe illa purissimaque mente versetur, angelici ordinis dignitatem assecutus* [2]).

in *dictum Euangelii* Matth. XIX. *Vereor, ne absurda cogitatio cuiquam obrepat, tanquam anima alibi vnquam versata sit, ac deinde corpori huic adstricta fuerit atque prout illic se gesserit*, aliae hic prophetiam, aliae condemnationem accipiant. *Sed* — — *absurdum hoc* — *Reliqua persequamur* sunt enim Eunuchi etc. *Largieris mihi, si* caro

conditus

1) p. 502. seq. Αγγελων ἡρησαι πολιτειαν — μη κατενεχθης εἰς σαρκα — μη τη ὑλη γαμηθης — — πως γαρ οὐκ ἀγγελικον την σαρκα συνδεδεμενην μη κατα σαρκα ζην, ἀλλ᾽ εἰναι της φυσεως ὑψηλοτεραν.

2) p. 288 ἐγγιζει Θεῳ τας σωματικας πεδας ἀποσειασαμενος και της ἐπιθολουσης τον νουν ἰλυος ἀπηλλαγμενος και γυμνῳ γυμνος ἐντυγχανων τῳ προτῳ και καθαρωτατῳ νοϊ ταξεως και παρρησιας ἀγγελικης — ἀξιουμενος.

conditus spiritualis efficiaris, si a plumbea *carnis mole tractus atque depressus a ratione in altum subleueris*, etc.[1]).

de *constitutione episcop. Nihil mihi cum eo comparandum videtur*, qui clausis compressisque sensibus *atque* extra carnem mundumque positus *nihilque rerum humanarum nisi* vrgente admodum necessitate *contingens*, *secum atque cum Deo commentetur* etc. [2]).

in *sanctum Baptisma*: — *Crede Dei Filium* — — — — *gloriosum denique et illustrem rediturum*, non iam illum quidem carnem, *neque tamen etiam incorporeum*, sed augustius diuiniusque, *quale ipse optime nouit, corpus habentem, vt et ab iis, a quibus*

1) p. 505. sq. φοβουμαι μη και ατοπος τις εισελθη λογισμος, ὡς της ψυχης ἀλλαχου πολιτευσαμενης, ειτα τῳ σωματι τουτῳ ἐνδεθεισης· και ἐκ της ἐκειθεν πολιτειας των μεν λαβοντων την προφητειαν, των δε κατακρινομενων — — ἀλλ᾽ — ατοπον — — εισι γαρ Ευνουχοι — — χαριζῃ δε ἐαν σαρξ γενομενος πνευματικος γενῃ ἐαν τῃ μολιβιδι της σαρκος ἑλκομενος, πτερωθῃς ὑπο του λογου — —

2) p. 486. Οὐδεν γαρ μοι δοκει τοιουτο, οἱον μυσαντα τας αἰσθησεις ΕΞΩ ΣΑΡΚΟΣ και κοσμου γενομενον, μηδενος των ἀνθρωπινων προσαπτομενον, ὁτι μη κατα ἀναγκην, ἑαυτῳ προσλαλουντα και Θεῳ, — — Similis *Celsi* in superioribus adfuit φρασις αἰσθησει μυοντες κ. ε.

bus punctus est, videatur, et Deus omnis crassitiei expers *maneat* [1]).

Nostra nunc non opus erit longiore crisi, cum haec quidem per se pateant, *Gregorium crassitiem* carnis exclusisse ab resurrectione; nullum discrimen inter primam aliquam et secundam resurrectionem agnouisse, vltimam *communem* omnium asserens, neque dicens (loco *tertio* classis primae) *incertum est, an rursus renouaberis ante primam resurrectionem*; eundem porro medium animae post mortem statum affirmasse, in effectis tamen, vt deinceps videbimus in extrema disputatione, dissentiens ab aliis; rursus in hoc describendo eum ab *Ambrosio* [2]) fere exscriptum videri posse; tandem illam seueriorem Alexandrinorum disciplinam, de *abstractione* mentis a corpore, cuius specimina plura in *Clemente* dedimus et interpretationis pellicearum tunicarum insolentiam eum aeque retinuisse. Neque, vt obiter legenti videri posset, vel in illo loco *Origenem* reprehendere voluit, in quo reiicit opinationem

1) p. 671. πιστευε τον υἱον του Θεου — — ἥξειν δε παλιν μετα της ἐνδοξου αὐτου παρουσιας κρινοντα ζωντας και νεκρους· οὐκ ἐτι μεν σαρκα, οὐκ ἀσωματον δε, οἷς αὐτος οἶδε λογοις θεοειδεστερου σωματος, ἱνα και ὀφθῃ ὑπο των ἐκκεντησαντων, και μεινῃ Θεος ἔξω ΠΑΧΥΤΗΤΟΣ.

2) cf. Superioris doctrinae eius speciminis haec: *vident enim huc repositam esse mercedem gloriae* cum Gregorii verbis Cl. II. loc. 1. *repositam beatitudinem — percipere.*

nem de praeexiſtentia animae, et accuratius vniuerſum contextum ponderanti patebit *Manichaeos* perſtringi, quorum erat dicere, hos qui ante huius corporis vſum ſe bene geſſerint, donum prophetiae in hoc mundo accipere, alios non item; *Origene* et *Clemente* etiam, vt alibi manifeſtius reddemus, praeexiſtentiam animae non tam *ante corpus*, quam *ante carnem* pedetentim craſſiorem voluptatibus et ſic porro factam, ponentibus. — Sed volebamus tamen abſtinere ab eiusmodi praeſignificationibus noſtri futuri iudicii! Itaque hoc potius addemus, ex quo intelligatur, *Gregorium* adeo clariſſime id profeſſum eſſe, quod ſupra in magiſtro *Origene* ſuſpicabamur, eum quidem locum *ipſum* de reſurrectione in δογμασι poſuiſſe, modum vero deſcribendi eam ad γυμνασιαν cuiusque retuliſſe. Nimirum hoc plane dixit *Gregorius*, haec Eunomianis ad quaerendum atque ex ſuo ingenio diſſerendum relinquens: *de mundo vel mundis* philoſophare, *de materia*, *de anima*, *de naturis ratione praeditis* — — de reſurrectione, *de iudicio*, *de praemiis ac poenis*, *de Chriſti cruciatibus*. *In his enim argumentis et* verum aſſequi non inutile, *et* aberrare non periculoſum [1]) — —

Sed

1) *Oratione prima* de *Theologia* extr. ΦΙΛΟΣΟΦΕΙ μοι περι κοσμου ἠ κοσμων, περι ὑλης, περι ψυχης, περι λογικων φυσεων — περι ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ, κρισεως, ἀνταποδοσεως, Χριςου παθηματων· ἐν τουτοις γαρ και το ἐπιτυγχανειν οὐκ ἀχρηςον, και το διαμαρτανειν ἀκινδυνον.

Sed ipse *Gregorius* puto si adesset ad *Basilium* nos, quamprimum fieri posset, remitteret huiusque doctrina vti mallet. Itaque adibimus eum, atque per eosdem circuitus in eius familiaritatem nos quasi insinuemus.

Deprehendimus eum primum *resurrectionem* simpliciter vel cum adiunctione verbi *mortuorum* commemorare

Hom. in *Psalmum* I. *Hic* — *spes* resurrectionis [1]).

— in *Psalm.* XXIX. *et* resurrectionis *arcana* (vtemur enim re non aliter postulante compendio) [2]).

— in *Psalm.* XXXIII. ad verba: *custodiet Deus omnia ossa eorum* — fortassis *hoc ecclesia dicit secundum* resurrectionis *arcanam doctrinam. Ita enim, diserte* (Propheta) *inquit*, Dominus (sequitur locus ex Ezechiele XXXVII, 5.) *Haec igitur ossa vitam recipientia gratias agent restituenti*, Domine, quis tecum comparandus [3])?

homilia

1) *edit. Garnerii* T. I. §. 2. p. 91. ἐνταυθα — ἀναστασεως ἐλπις.

2) p. 130 §. 6. και τα της ἀναστασεως — — μυστηρια.

3) p. 156. §. 13. ταχα δ' ἀν τουτο ἡ ἐκκλησια λεγει — κατα το της ἀναστασεως μυστηριον· τα δε γαρ, φησι, λεγει Κυριος — — ταυτα οὖν ὀστα ἀπολαβοντα την ζωην, εὐχαριστουντα τῳ ἀναστησαντι· ἐρουσι, Κυριε, τις ὁμοιος σοι; —

homilia in ebriosos: quando lasciuae mulieres — — propter solennem memoriam resurrectionis (J. C.) *domi sedere deberent, seria cogitatione diem illum complectentes, quo coeli aperientur, apparebit* — — resurrectio mortuorum — — [1]).

In paucis aliis eadem simplici appellatione vtitur, sed in eiusmodi contextu, qui manifestius *Origenis* discipulum prodit. Itaque hos mox afferemus: Audiuimus enim praeterea eum bis vel ter corpori in resurrectione locum concedentem, vt

homilia, quod mundanis non adhaerendum sit: — — *tunc omnes* (liberi Jobi) *circumstabunt Jobum, cum Iudex humanae vitae congregabit vniuersam ecclesiam, tuba regis supremi aduentum significans, increpans sepulchra ab iis* corporum depositum *repetet* — — [2]).

ibidem: quid vere nostrum? *Anima nimirum, qua viuimus, tenuis atque* intelligens — *et corpus*

1) T. II. p. 123. §. 1. γυναικες ἀκολαστοι — ὁτε αὐτας ἐχρην δια την ἀναμνησιν της ἀναστασεως καθησθαι ἐν τοις οἰκοις και ἐννοιαν λαμβανοντες της ἡμερας ἐκεινης, καθ᾽ ἡν — ἐπιφανησεται — ἀναστασις νεκρων.

2) T. II. p. 173. extr. τοτε παντες περιστησομενοι του Ιωβ, ὁταν ὁ κριτης της ἀνθρωπινης ζωης συναγαγη την ἐκκλησιαν την πανδημον· ὁταν ἡ σαλπιγξ, ἡ την του βασιλεως ἐπιδημιαν σημαινουσα, τοις ταφοις φροδροτερον ἐμβοησασα την των σωματων ἀπαιτησῃ παρακαταθηκην — —

corpus huic in vehiculum datum a Creatore ad vitam temporariam peragendam: Hoc enim vtrumque simul sumtum, mens indita carni *aptae atque decenti, homo est:* — — *Huic lex posita est imitari Creatorem suum* — Hoc, *vocatum hic,* resuscitatur: Hoc sistitur coram tribunali diuino: Hoc in iudicium vocatur: Hoc vitae hic peractae mercedem accipiet [1]).

Atque en! nunc demum audies —

homilia in *Psalmum* XXIX. *Ne tu* carni *tuae blandiaris. Quid paullo post* corrumpendum *ita foues* — *Ignorasne te hoc durius ergastulum animae parare, quo crassius tibi corpus facis* [2])?

— in *Psalmum* XXXIII. *Propterea fieri nequit, propter imbecillitatem* carnis *nobis inhaerentem,*

1) T. II. p. 167. §. 5. τι δ᾽ ὀντως ἡμετερον; ψυχη τε ᾗ ζωμεν λεπτη τις οὐσα και νοερα, και σωμα ταυτῃ δοθεν ὀχημα προς τον βιον παρα του κτισαντος· τουτο γαρ ἀνθρωπος, νους ἐνδεδεμενος προσφορῳ και πρεπουσῃ σαρκι· — — τουτῳ και κειται νομος μιμεισθαι την πλασιν εἰς δυναμιν· τουτο ἐντευθεν καλουμενον ἀπανισαται· τουτο τῳ του πεμψαντος Θεου παριϛαται βηματι· τουτο ἐυδυνεται· τουτο δεχεται των ἐνταυθα πεπολιτευμενων ἀντιδοσιν.

2) T. I. p. 130. §. 6. μη κολάπευε σου την σαρκα — τι περιεπεις το μικρον ὑϛερον φθαρησομενον — — ἠ ἀγνοεις, ὁτι ὁσω παχυτεραν την σαρκα σεαυτῳ ποιεις, τοσουτῳ βαρυτερον τῃ ψυχῃ κατασκευαζεις το δεσμωτηριον;

tem, vt plene comprehendamus gloriosae apparitionis spectaculum. Angeli enim nullum eiusmodi carni nostrae simile velamentum *habentes, a nulla re* impediuntur, *quo minus perpetuo contemplentur faciem augustam Dei, vnde et nos* tum demum *digni euademus* a facie ad faciem cognoscere, *cum* filii resurrectionis existemus [1]).

homilia in *Psalmum* CXIV. *propterea non amplius* mas et foemina in resurrectione, *sed vna quaedam et vniformis vita erit* [2]).

—— in *Psalmum* CXIV. mox: *vbi vero nulla* diuersitas neque corporis, *neque animae, ibi terra vere viuentium est* [3]).

—— in *Deut.* XV, 9. *Duplex est vita nostra, vna* carni *propria, altera congruens* animae — Despice carnem, nam mox praeterit [4]).

homi-

1) T. I. p. 154. §. 11. διοτι νυν μεν χωρησαι ἡμας την θεαν της ἐνδοξου ἐπιφανειας δια την ἀσθενειαν της σαρκος την περικειμενην ἡμας ἀμαχανον· οἱ μεν τοι Αγγελοι τῳ μηδεν ἐχειν προκαλυμμα τοιουτον παραπλησιον τῃ ἡμετερᾳ σαρκι, ὑπ᾽ οὐδενος ἐμποδιζονται διηνεκως ἐνατενιζειν τῳ προσωπῳ της δοξης του Θεου· ὡςε και ἡμεις ἐπειδαν γενωμεθα υἱοι της ἀναςασεως τοτε καταξιωθησομεθα το προσωπον προς προσωπον γνωσεως.

2) — p. 203. §. 5. διοτι οὐχ ἐνι ἀρσεν και θηλυ ἐν ἀναςασει, ἀλλα μια τις ἐςιν ζωη, και μονοτροπος.

3) ὁπου δε οὐκ ἐςιν ἀλλοιωσις οὐτε σωματος οὐτε ψυχης, χωρα ἐςι ἐκεινη των ὀντι ζωντων.

4) T. II. p. 18. sq. §. 5. ὁτι διπλη τις ἐςιν ἡμων ζωη, ἡ μεν ΟΙΚΕΙΑ τῃ σαρκι —. ἡ δε συγγενης τῃ ψυχῃ, ὑπερορα σαρκος, παρερχεται γαρ ——

homilia in Gordium Martyrem: Ne mihi invideatis beatissimam spem; *pro* his corporis *tumoribus induetur nobis in* resurrectione lucidum *indumentum* [1]).

Conferentibus haec quoque inter se et cum *Clementis*, *Origenis* atque reliquorum huius partis formulis loquendi, nulla dubitatio relinquetur eius, quam ante suspicabamur, in hoc quoque argumento cum illis conspirationis. Nam etsi aliquando *carnis* in resurrectione mentionem aliquam fecisse videatur, tamen nouimus iam carnem Origenianis *corpus* esse, et quomodo non in enarrationis Psalmi XXXIII. altera parte ingenium *Clementis* exprimit in his, quae p. 104. ex eodem proposuimus. Iudicent vero alii, quatenus in loco Classis secundae posteriore, in quo tamen *φρασις, παριϛαται τῳ βηματι του Θεου* manifeste allusionem ad 2 Cor. V, 10. prodit, verba *τα δια του σωματος* legisse censendus sit, cum *hoc totum* in iudicium vocandum esse perhibeat.

Vni nunc cum venia lectorum *Ioanni* Chrysostomo amplius hoc tribuemus, vt eius de resurrectione iudicii plura testimonia colligamus, denuo in certas classes divisa.

Initium faciemus ab lectione loci 2 Cor. V, 10. et interpretatione duorum aliorum ad Romanos

 manos

1) — 146. *μη μοι βασκηνητε της μακαριου ἐλπιδος — — ἀντι των μωλωπων των ἐπανιϛαμενων τῳ σωματι φωτεινον ἐνδυμα ἡμιν ἐν τῃ ἀναϛασει ἐπανθησει.*

manos VIII, 11. 2 Cor. V, 1. vtraque quemadmodum constat ambigua. Itaque in vno loco priorem Apostoli sermonem ita laudat: *rursus dicit*: παντες γαρ ΠΑΡΑΣΤΗΣΟΜΕΘΑ (Basilius ante παριςαται) τῳ βηματι του Χριςου, ἱνα ἑκαςος κομισηται προς ἁ επραξεν [1]); alibi in hunc modum: *et quomodo si hoc non sit*, ἁπαντας δει παραςηναι τῳ βηματι του Χριςου [2]); porro: *Non audis Paulum dicentem*, ὁτι παραςηναι ἡμας δει ἐμπροσθεν του βηματος του Χριςου, ἱνα ἑκαςος κομισηται τα ἰδια του σωματος, προς ἁ επραξεν, ειτε ἀγαθον, ειτε κακον [3]); iterum alibi: ΠΑΝΤΑ γαρ φανερωθησεται ἐμπροσθεν του βηματος του Χριςου, ἱνα ἑκαςος κομισηται τα δια του σωματος, ἁ επραξεν, ειτε ἀγαθα, ειτε κακα [4]): rursus ita: *Quoniam magnam auditorum partem largitio boni non ita excitat, quam poenarum comminatio — dicit*: τους γαρ παντας ἡμας φανερωθηναι δει ἐμπροσθεν του βηματος του Χριςου — ἱνα ἑκαςος κομισηται τα δια του σωματος ὁσα ἐπραξεν, ειτε ἀγαθον, ειτε κακον: mox repetit particulam hanc: ἑκαςος κομισεται προς ἁ ἐπραξε et paullo post: ἑκαςος γαρ κομισεται

προς

1) *hom.* in Act. XVII. T. IX. p. 337.
2) — in Rom. VIII. p. 151.
3) *sermone* VII. in Genes. T. II. p. 765.
4) in 1. ad Cor. XV. T. XI. p. 436.

προς ἁ ἐπραξε τα δια του σωματος [1]). Medii ſententiam de futura reſurrectione interpretatur in his: *Crede quod Deus haec in quae cadit interitus, poſſit reddere corruptionis expertia et multo meliora his quae cernuntur — — Nam et alibi dicit* (Apoſtolus) viuificabit mortalia veſtra corpora etc. [2]) — viuificabit et mortalia corpora veſtra propter Spiritum eius inhabitantem in vobis: *Denuo ſermonem de reſurrectione mouet — — — omnes quidem reſurgent, non omnes autem ad vitam; ſed alii quidem ad poenam, alii ad vitam; propterea non dicit ἀναςησει ſed ζωοποιησει* [3]). De *tertio* tandem illa diſſerit: *Sunt qui per terreſtrem domum* mundum hunc *intelligunt, ego vero his verbis* corpus *potius ſignificari contenderim* [4]).

1) in 2. ad Cor. V. T. XI p. 604. ſq.

2) in 1. ad Cor. XV. T. XI. p. 465. πιςευσου — ὁτι δυναται ὁ Θεος ποιησαι και ταυτα τα φθαρτα ἀφθαρτα και πολλῳ βελτιῳ των ὁρωμενων — — διο λεγει — και ἀλλαχου δε; ζωοποιησει τα θνητα σωματα ὑμων — —

3) in *hom.* ad Rom. VIII. p. 181. T. X. ζωοποιησει και τα θνητα σωματα ὑμων, δια το ἐνοικουν αὐτου πνευμα ἐν ὑμιν· παλιν τον περι της ἀναςασεως κινει λογον — — παντες μεν ἀναςησονται, οὐ παντες δε εἰς ζωην δια τουτο οὐκ εἰπεν, ἀναςησει, ἀλλα ζωοποιησει.

4) *hom*. X. in 2 Cor. V. τινες μεν την οἰκιαν του ἐπιγειον τον κοσμον τουτον φασιν· ἐγω δε το σωμα μαλλον ἀν φαιην αὐτον αἰνιττεσθαι — —

His nunc porro addemus farraginem eorum locorum, in quibus resurrectionem corporis affirmat:

homilia IV. *ad populum Antio. omnia tibi Deus* cum maiori reddet *splendore* — mox: *etsi — corpus corrumpatur omnia nobis rursus* cum maiori gloria redeunt [1]).

hom. V. — — — *Quid igitur tandem est mors? quod est vestimentum exuere? tanquam* vestimentum *enim* corpus animae *circumdatum est, et* hoc ad breue tempus *depositum*, clarius iterum *resumemus* [2]).

hom. XI. — — — *Ex* corpore *itaque non minus variam Dei prouidentiam cernere licet; non modo, quoniam ab initio melius ipsum* (quid *melius*? nimirum ex ὑποθεσει Origeniana, vel potius Alexandrinorum de *tunicis pelliceis*) *quam nunc est, fecit, verum etiam* ad gloriam multo maiorem rursus resuscitabit [3]).

hom.

1) T. I. p. 61. παντα σοι μετα πλειονος ἀποδωσει της λαμπροτητος ὁ Θεος, και το σωμα μετα μειζονος δοξης ἀναστασει παλιν — κἂν το σωμα διαφθαρῃ παντα παλιν μετα μειζονος ἡμιν ἐπανεισι της δοξης.

2) — p 69. τι ποτ᾽ οὐν ἐστι θανατος; ὅπερ ἐστιν ἱματιον ἀποδυσασθαι· καθαπερ γαρ ἱματιον το σωμα τῃ ψυχῃ περικειται και ΤΟΥΤΟ προς βραχυ δια της τελευτης ἀποθεμενον λαμπροτερον ἀποληψομεθα παλιν.

3) — p. 133 ὡστε πολλην και ἀπο του σωματος ἐστιν ἰδειν την κηδεμονιαν του Θεου· οὐχ ὁτι μονον ἐξ ἀρχης

αὐτο

hom. XXI. *ad popul. Antioch. postquam* corpus tuum *multa* cum claritate resuscitauerit, *tunc tibi meliores circumponet divitias* [1]).

hom. de *S. Romano* Mart. *vbi ergo sunt, qui* corporum resurrectioni *nullam fidem habent? Ecce vox mortua est et reuixit* — — *Quanquam hoc longe minus est, quam* corporum resurrectio — *Etenim in hac* corporum *natura semper relicta est, compage tantum eius dissoluta* etc. [2]).

hom. XXXVII. in *Actor.* XVII. Omnes assistemus tribunali Christi: *Ne autem putes* haec *mere verba esse: Ecce de* resurrectione omnium *introduxit sermonem:* — *de corpore est dictum,* hoc enim cecidit [3]).

hom. VII. in 1 Cor. II. — *Mirum* (Apostolos) *persuasisse hominibus, vt talem fidem suscipe-*

αυτο βελτιον εποιησε του νυν οντος — αλλ' οτι και προς πολλῳ μειζονα αναςησει δοξαν παλιν.

1) — p. 241. επειδαν αναςηση σου το σωμα μετα πολλης της λαμπροτητος, τοτε σοι βελτιονα περιθησει πλουτον — —

2) de S. *Romano Martyre* T. I. p. 513. που ουν εισιν οἱ τῃ των σωματων αναςασει διαπιςουντες; ιδου φωνη και απεθανε και ανεςη — — και τοι τουτο της των σωματων αναςασεως πολλῳ μειζων εςιν; εκει μεν γαρ ἡ φυσις των σωματων υποκειται, ἡ συνθεσις δε διαλελυται μονον.

3) T. IX. p. 337. — — ιδου και τον περι της αναςασεως των παντων εισηγαγε λογον — — περι σωματος εςιν ειρημενον — — τουτο γαρ πεπτωκε — —

susciperent, et Persa et Sarmata et Maurus scirent animae expiationem, Dei potentiam et benignitatem ineffabilem, et fidei philosophiam, et aduentum sancti Spiritus, et corporum resurrectionem *et vitae* immortalis dogmata [1]).

Sed haec sufficere possint ad cognoscendum, quomodo *corporis* resurrectionem *Chrysostomus* commemorauerit saepius, *a* carnis tamen mentione perpetuo abstinens. Restat itaque, vt amplius videamus, quibus modis eam siue descripserit, siue confirmauerit, poteritque hoc, vt spero, ex sequentibus locis, satis certo iudicio intelligi — —

Sermone I. de *Anna* — *Non intra hoc seculum res nostrae subsistunt, sed* — maiori cum gloria corpora nostra resurgent *et* coelo, sole, *ac ceteris omnibus* splendidiora *cernentur* [2]).

hom. X. *ad pop. Antio.* — ipsa creatura liberabitur — *inquit deinde demonstrans* quando

1) T. XI p 77. ὥςε και δια τουτο αὐτο μαλιςα θαυμαζειν ἐχρην, ὅτι ἀνθρωπους βαρβαρους τοιαυτην ἐπεισαν καταδεξαθαι πιςιν — και τον Περσην, και τον Σαυροματην — — εἰδεναι ψυχης καθαρμον, και Θεου δυναμιν και φιλανθρωπιαν ἀφατον και πιςεως φιλοσοφιαν και πνευματος ἁγιου ἐπιφατησιν, και σωματων ἀναςασιν, και ζωης ἀθανατου δογματα.

2) T. II. p. 788 οὐ δε μεχρι τουτου ςησεται τα ἡμετερα — ἀλλ' μετα πλειονος ἀναςησει δοξης τα σωματα και οὐρανου, και ἡλιου και των ἀλλων ἁπαντων ἐςαι λαμπροτερα —

do — *intulit*, in libertatem gloriae filiorum Dei. *Cum enim resurrexerimus*, inquit, *et incorrupta sumserimus corpora*, tunc *et* coeli corpus et terrae et mundi totius incorruptum erit — [1]).

hom. XVII. in 1 Cor. VI. Deus autem et Dominum suscitauit — — — Suscitabit per virtutem suam: *Vides rursus sapientiam apostolicam. Nam quod semper fide digna sit resurrectio a Christo confirmat* — — *Si enim* corpus nostrum *est Christi membrum, resurrexit autem Christus, membrum omnino caput sequetur* [2]); mox: *Nemo ergo resurrectioni fidem deneget* — *Cogitet quam multa* (Deus) ex nihilo *fecerit* — *Quod esse videbatur* difficilius *prius fecit, vt ex eo admittens, quod est facilius: difficilius autem dico non* Deo, sed secundum nostrum opinandi modum — *Haec* Graecis *dicta sunto* — *Nostris haec sufficient: primum*

1) T. I. p. 125. φησιν ἀλλα και ἡ αὐτη ἡ κτισις ἐλευθερωθησεται — εἰτα δηλων ποτε — ἐπηγαγεν εἰς την ἐλευθεριαν· Οταν γαρ ἀνιςωμεν, φησι, και ἀφθαρτα λαβωμεν σωματα, τοτε και του οὐρανου το σωμα — ἀφθαρτον ἐςαι.

2) T. XI. p. 176. Ο δε Θεος και τον Κυριον — εἰδες παλιν σοφιαν ἀποςολικην· το γαρ ἀξιοπιςον ἀει της ἀναςασεως ἀπο του Χριςου κατασκευαζει — εἰ γαρ το σωμα ἡμων μελος του Χριςου, ἀνεςη δε ὁ Χριςος, και το σωμα παντως ἑψεται τῃ κεφαλῃ.

mum fide dignus est qui pronunciat; *deinde* quoniam demonstrationis incapax est haec res [1]).

hom. XXIII. in 1 Cor. X. Baptizamus, *inquit*, pro mortuis, *hoc est*, nostris corporibus [2]).

hom. I. in 2 Cor. I. Mortuum filium videns — — haec *commemores: Os istud melius loquetur, oculi isti meliora cernent, pedes in nubibus sublimes tollentur, ac denique corpus istud, quod nunc corrumpitur, immortalitatem induet, illustrioremque filium meum recipiam — — ne dixeris* periit — *verum* dormit ac resurget, peregre abiit atque cum rege venturus est: *Quis ita loquitur? — — qui Christum in se loquentem habet:* Si enim credimus etc. 1 Thess. IV, 14. [3]).

hom.

1) T. XI. p. 176. Μηδεις τοινυν διαπιστειτω τῃ ἀναστασει — ἐννοειτω, ποσα ἐξ οὐκ ὀντων ἐποιησε — δια τουτο το δυσκολωτερον εἰναι δοκουν ἐποιησε προτερον, ἱνα ἐκ τουτου το ἐυκολωτερον παραδεξῃ· δυσκολωτερον δε εἰπον, οὐχι τῳ Θεῳ ἀλλα κατα την των ἡμετερων λογισμων ἀκολουθιαν — — ταυτα προς Ἑλληνας — — προς γαρ τους ταις γραφαις πειθομενους — — πρωτον μεν, ὁτι ἀξιοπιστος ὁ ἀποφαινομενος, δευτερον δε, ὁτι οὐ δεχεται λογισμων ἐρευναν τα πραγματα.

2) — p. 244. βαπτιζομεθα, φησι, ὑπερ των νεκρων, τουτ᾽ ἐστι, των σωματων των ἡμετερων.

3) p. 505. — λεγε, — ὁτι τουτο το στομα ἀμεινον φθεγξεται, και οἱ ὀφθαλμοι μειζονα ὀψονται, και οἱ ποδες ἐπι νεφελων ἀρθησονται και το διαφθειρομενον

τουτο

hom. X. in 2 Cor. V. *Ita* communis est omnium resurrectio, *vt tamen* gloria non item communis *sit, verum alii* cum honore, *alii* cum ignominia *resurrecturi sint. Quod etiam indicauit his* si tamen vestiti — sed supervestiri. *Hoc rursum loco manifeste* haereticorum *ora obstruxit, cum illud ostendit, se non* de alio atque alio corpore *verba facere, sed* de corruptione atque incorruptione [1]).

paullo post: *At sunt haeretici, qui* aliud *corpus resurgere afferant! Vnde vero, dic mihi, aliud peccauerit, aliud puniatur? aliud recte egerit, aliud coronetur?* Vnusquisque, *inquit*, τα δια του σωματος referet. — *Nam quid ad baec Pauli dicent?* nolumus spoliari sed superuestiri [2]).

homil.

τουτο σωμα ἀθανασιαν ἐνδυσεται και λαμπροτερον τον υἱον ἀποληψομαι — — μη εἰπης, ὁτι ἀπολωλε — — ἀλλ᾽ εἰπε, ἀπεδημησε και ἡξει μετα του βασιλεως· τις ταυτα φησιν; ὁ τον Χριςον ἐχων ἐν ἑαυτῳ λαλουντα· — εἰ γαρ πιςευομεν κ. τ. λ.

1) T. XI p 601. ἡ μεν γαρ ἀναςασις κοινη παντων, ἡ δε δοξα οὐκετι κοινη, ἀλλ᾽ οἱ μεν ἐν τιμη, οἱ δε ἐν ἀτιμιᾳ — τουτο γαρ και ἐνταυθα ἐδηλωσεν εἰπων, εἰγε ἐνδυσαμενοι — ἀλλ᾽ ἐπενδυσασθαι· Ενταυθα παλιν σαφως ἀπεφραξε τα ςοματα των αἱρετικων δειξας, ὁτι οὐ περι σωματος ἁπλως διαλεγεται, ἀλλου και ἀλλου, ἀλλα περι φθορας και ἀφθαρσιας.

2) — p. 604. ἀλλα τινες των αἱρετικων φασι, ὁτι ἑτερον ἐγειρεται σωμα· ποθεν, εἰπε μοι; ἀλλο ἡμαρτε και ἀλλο κολαζεται, ἀλλο κατωρθωσε και ἀλλο ςεφανου-

homil. XV. in 2 Cor. VII. *Cum radix fructum fert ac semen edit, nonne id* resurrerectionis *est.*[1])?

homil. XIII. in Philip. IV. Idem *quidem corpus est, sed induitur immortalitate,* transfigurabit, *inquit: Ergo et* figura alia, *aut ita improprie* mutationem *vocauit;* corpus humilitatis nostrae, *quoniam* interitui *ac* dolori *obnoxium est* — — vt conforme fiat — claritatis suae; *illi quod sedet ad dextram Patris* hoc *corpus conforme fiet* [2]).

Sermone XXX. in illud de *dormientibus* 1 Thess. IV, 13. *Qui dormit, omnino exsurget, vt nihil aliud mors, quam longus somnus* — At mortuus — puluis et cinis fit! *Laetandum:* — *domum diruit qui reaedificare eam vult* — etc. [3]).

Sermone

φανουται; —— τι δε ερειτε λεγοντι Παυλῳ οὐ θελομεν ἐκδυσασθαι ἀλλ' ἐπενδυσασθαι;

1) T. XI. p. 652. — ὁταν ἡ ῥιζα ἐνεγκει καρπον, ὁταν το σπερμα φυει, οὐκ ἀναστασις το πραγμα ἐςι;

2) T. XII. p. 123. — το αὐτο μεν ἐςιν (σωμα) ἐνδυεται δε ἀφθαρσιαν· μετεσχηματισει φησιν· ἀρα και το σχημα ἑτερον ἡ την μεταβολην οὑτω καταχρηςικως ἐκαλεσε· σωμα της ταπεινωσεως ἡμων εἰπεν, ὁτι — τῃ φθορᾳ ἐςιν ὑπευθυνον τῃ ἀλγηδονι — εἰς το γενεσθαι αὐτο — συμμορφον — ἐκεινῳ τῳ καθημενῳ ἐν δεξιᾳ του πατρος — τουτο το σωμα κ. ε.

3) T. V. p. 377. ὁ γαρ, κοιμωμενος ἀναςησεται παντως, και οὐδεν ἑτερον ἐςι θανατος, ἀλλ' ἡ ὑπνος μακρος —

Αλλ'

Sermone XXXVI. *de resurrectione* — Scimus, quodsi terrestris nostra domus huius tabernaculi etc. *Non simpliciter* corpus *tabernaculum vocauit*, *sed indicat nobis*, vitam hanc praesentem *momentaneam esse* — mox: domum tabernaculi *aut* corpus *coniuncta appellatione aut* domos, quas inhabitamus, ciuitates etc. vocat; — rursus: *et nunc quidem et* corpore et aedibus *nobis opus est*, ob imbecillitatem carnis, *tunc vero* idem corpus *simul domicilium erit* — porro: *Qui superinduitur reuera* aliud quid *superinduit* — *quod dixit hoc est; non* carnem volumus *deponere sed* corruptionem, *non* corpus, *sed* mortem — *pergit enim*, *non, vt absorbeatur* corporeum ab incorporeo, *sed* mortalitas a vita, — *abolitionem non* corporis *vocat*, *sed* corruptionis *et* mortis — — *cum vero* potentia *Dei operatur*, *illud* quomodo? *non est addendum*: — *Se ipsum Deus effectorem resurrectionis constituit*, *in* seminibus, *in* artibus, *in* metallis — — *Et qui tot incorporeos formauit exercitus*, hominis corpus corruptum renouare iterum nequeat? — — *Resurrectio eius est*, *quod cecidit et quod dissolutum est*;

Ἀλλ᾽ ὁ τελευτησας — — κονις γινεται και τεφρα — χαιρειν δει — καταλυει την οἰκιαν (τις) και ἀνοικοδομει λαμπροτεραν.

est; anima vero non dissoluitur sed corpus [1]).

Sermone LVIII. de *futurae vitae deliciis: Coram discipulis suis transformatus est iisque futurorum gloriam ostendit — in vestibus tum quidem apparuit, sed non ita in resurrectione, neque enim vestibus indiget corpus nostrum, neque tecto — neque alia vlla re simili* [2]).

Acqui-

1) T. V. p. 460. sqq. Οἴδαμεν γαρ — — οὐ γαρ ἁπλως σκηνος το σωμα ἐκαλεσεν, ἀλλα το προσκαιρον της παρουσης ζωης ἡμιν ἐνδεικνυμενος — οἰκιαν δε σκηνους, ἠτοι το σωμα δι ἀμφοτερων καλει των ὀνοματων· ἡ οἰκιαν σκηνους, τας οἰκιας ἐν αἱς κατοικουμεν, τας πολεις — — και νυν μεν και σωματος δει και οἰκηματων ἡμιν δια την ἀσθενειαν της σαρκος, τοτε δε το αὐτο και σωμα ἐςαι οἰκημα — — ὁ γαρ ἐπενδυομενος τῳ ὀντι ἑτερον ἐπενδυεται — ὁ δε λεγει τοιουτον ἐςιν· οὐ την σαρκα ἀποθεσθαι βουλομεθα, φησιν, ἀλλα την φθοραν, οὐ το σωμα, ἀλλα το φθαρτον — οὐκ εἰπεν, ἱνα καταποθη το σωμα ὑπο της ἀσωματοτητος, ἀλλα τι; ἱνα καταποθη το θνητον ὑπο της ζωης — ἀπολειαν οὐχι του σωματος λεγει, ἀλλα θανατου και φθορας — — ὁταν ἡ Θεου δυναμις ἐργαζεται, το πως; μη προσκειςθω — — σε δημιουργον αὐτον ἐποιησεν ἀναςασεως γινεσθαι, τουτο μεν ἐπι των σπερματων, τουτο δε ἐπι των τεχνων, τουτο δε ἐπι των ὑλων των μεταλλικων — ὁ τοσαυτας ςρατειας ἀσωματους ἐργασαμενος, ἀνθρωπου σωμα διαφθαρεν ἀνανεωσαι παλιν οὐ δυναται; Ἀναςασις ἐςι του πεσοντος και διαλυθεντος· ψυχη δε οὐ διαλυεται ἀλλα σωμα.

2) T. V. p. 662 — μετεμορφωθη ἐμπροσθεν των μαθητων αὐτου, παρανοιγων αὐτοις των μελλοντων την δοξαν

ἀλλα

Acquiescemus vero in his, tanquam satis sufficienter demonstrantibus, quomodo certe in populari sermone locum hunc *Joannes* Chrysostomus tractauerit. Possemus fortassis Alexandrinis, quos ita appellauimus, huius seculi doctoribus, amplius *Gregorium* Nyssenum adscribere atque huius quoque de resurrectione θεωρίας specimen ex *dialogo* de *anima* et *resurrectione* in hoc contextu proponere. Sed praeterquam quod peculiaris liber proprio cuiusuis vsui relinqui potest, supersunt etiam nobis alii quidam clari nominis viri, alius disciplinae et contrarii fere illorum antecedentium ingenii. Itaque ad hos transire coacti sumus:

Specimen

ex

CYRILLO *Hierosolymitano.*

Cyrillus, siquidem auctor sit *Catecheseos*, quod constat a viris doctis in dubium vocari, non modo in Catechesi XVIII. ex instituto illam partem Symboli de resurrectione carnis explicauit, verum in Catechesi quoque IV. eius copiosam mentionem fecit. Quare ne illam totam exscribere cogamur, ex hac quae sequuntur adscribemus mox latine versa:

Modeste

— ἀλλα τοτε μεν μετα ἱματιων ἐφανη, ἐν δε τη ἀναστασει οὐχ᾽ οὑτως· οὐ γαρ δειται το σωμα ἡμων ἱματιων, οὐδε στεγης — οὐδε ἀλλων των τοιουτων οὐδενος — —

Modeſte vt tractes corpus hoc te moneo; et cognoſce quod cum corpore reſurges ad iudicium. Quodſi quae impia cogitatio tibi in mentem venerit, quaſi hoc fieri nequeat, *ex te ipſo eius, quae non in ſenſus cadit, rei, iudicium fac: Tu ipſe enim, dic mihi, vbi ante centum annos et ſupra fueris? cogita, ex quam exigua et viliſſima ſubſtantia in tantam ſtaturae magnitudinem atque tam pulcherrimum decus euectus ſis! Qui itaque potuit id, quod non erat, producere vt eſſet aliquid, id quod iam eſt, cum ceciderit, reſtituere rurſus non poſſit? Qui frumentum noſtri cauſſa ſeminatum quotannis, excitat, nos ipſos, quorum cauſſa etiam ſurrexit, non reſuſcitet? Vide quomodo arbores per tot menſes foliis atque fructu deſtitutae, hyeme praetereunte, rurſus quaſi e mortuis reuiuiſcant: Et nos non multo facilius reuiuiſceremus? Virga Moſis in contrariam ſerpentis naturam Deo ſic volente mutata eſt, atque homo cadens non rurſus* idem *reſtituetur? Non animaduertas itaque hos, qui negent* corpus hoc *reſurrecturum eſſe. Nam quod reſurget* Eſaias *quoque confirmat:* Excitabuntur, *inquit*, mortui et reſurgent, qui ſunt in monumentis et multi qui in puluere terrae dormiunt, ſuſcitabuntur, hi quidem, *inquit* Daniel, in vitam aeternam, alii vero in ignominiam aeternam. *Omnes quidem homines reſurgent, ſed non omnium ſimilis erit reſurrectio* (contra Millenarios fortaſ-

ſis

sis vt ante Chrysostomi illud *κοινη μεν ἡ ἀναστασις, ἡ δε δοξα οὐκετι κοινη*) *Omnes enim aeterna accipiemus* corpora, *sed non omnes similia* — —

Quaestio de APOLLINARIS *Laodiceni* iun. sententia.

Haud aegre his *Cyrilli* carituri essemus, si *Apollinaris* de *resurrectione* liber et alii duo *aduersus Dionysium* superioris seculi et quidem pro *Nepote* nobis superessent. Nam ab eiusmodi proposito facile intelligitur, disputationem latam de resurrectione nón separari potuisse, eiusdemque existimationem crassae carnis restituendae consequens esse. Sed dum ille liber deperditus est, *Gregorii* Nazianzeni, *Epiphanii*, *Hieronymi* denique testimoniis acquiescendum erit, quibus tamen atque praecipue vtriusque posterioris ita vtemur, vt admodum latentem caussam fauoris illius, quem multi viro publicis controuersiis oppresso tamen tribuebant, eruamus. *Gregorius* itaque inter alia, quae hoc tempore ad nos non pertinent, haec narrat: *Hinc iis* (Apollinaristis) *ille* secundus Judaismus *manauit et delira* mille annorum in Paradiso voluptas, *et* fere restituendae nobis huius vitae cum *omnibus suis deli-*

ciis [1]). Hunc enim clausulae orationis sensum esse iudico. — Cum his conuenit *Epiphanius*, quaedam etiam addens, in hunc modum: *Alii vero perhibent Senem* (Apollinarium) *statuisse*, in priori resurrectione mille nos annorum spatium *iisdem vitae institutis, quibus nunc vtimur, esse peracturos, vt* legem et alia obseruemus, *et quicquid ad vsum quotidianum huius mundi pertineat, nuptias etiam, circumcisionem, et alia participemus: quale dogma eius fuisse non plane persuadere possumus nobis.* Quare vero non? Atqui mox videbimus! Iam perge! *Ceterum scriptum esse de millenario in Apocalypsi Joannis et eum librum a* plerisque *in canonicis recipi, et a religiosae pietatis viris, non negari potest* — paullo post: *Dicit vero* primum in millenario naturalibus *voluptatibus nos vsuros esse sine dolore atque labore omni; absoluto vero eo eam consecuturos felicitatem,* quam nec oculus vidit nec auris audiuit [2]).

Super

1) *Oratione* LII. ad *Cleontem*: ἐντευθεν γαρ αὐτοις ὁ δευτερος Ιουδαισμος ὁρμηται και ἡ χιλιοετις και ληρωδης ἐν τῳ παραδεισῳ τρυφη και σχεδον το τα αὐτα παλιν ἐπι τοις αὐτοις ἀναλαμβανειν ἡμας.

2) *haer.* LXXVII. §. 26. Αλλοι δε ἐφασαν τον γεροντα εἰρηκεναι, ὁτι ἐν τῃ πρωτῃ ἀναστασει χιλιονταετηριδα τινα ἐπιτελουμεν, τοις αὐτοις ἐμπολιτευομενοι, ὁποιοις και νυν, ὡς και νομον και ἀλλα φυλαττοντες, και παντα της χρησεως ἐν τῳ κοσμῳ, γαμου τε και περιτομης και των ἀλλων μετεχοντες, ὁπερ οὐ πανυ περι αὐτου πεπιστευκαμεν· — και ὁτι μεν γεγραπται περι της χιλιονταετηριδος ταυτης ὁτι ἐν τῃ Αποκαλυψει Ιωαννου

Super haec quasi Commentatoris partes dabimus *Hieronymo* libro *decimo octauo* Commentarii in Esaiam ita praeludenti: — *Nec ignoro, quanta inter homines sententiarum diuersitas sit; non dico de* mysterio Trinitatis — *sed de aliis ecclesiasticis dogmatibus*, de resurrectione *scilicet, et de animarum et humanae* carnis *statu, de repromissionibus futurorum, quomodo debeant accipi, et* qua ratione intelligenda sit Apocalypsis Joannis; *quam si* iuxta literam accipimus, iudaizandum est, *si spiritualiter* vt scripta est disserimus, multorum veterum *videbimur opinionibus contraire; Latinorum*, Tertulliani, Victorini, Lactantii, *Graecorum, vt ceteros praetermittam*, Irenaei tamen Lugdunensis episcopi *faciam mentionem, adversus quem* vir eloquentissimus Dionysius *Alexandrinae Ecclesiae Pontifex* elegantem *scripsit libellum*, (cf. superiora in Dionysio) irridens mille annorum fabulam et auream atque gemmatam in terris Jerusalem, instaurationem templi, hostiarum sanguinem, otium sabbathi, circumcisionis iniuriam, nuptias, partus, liberorum educationem, epularum delicias, et cunctarum gentium seruitutem, rursusque bella, exercitus, ac triumphos et supera-

νου και ὁτι παρα πλειστοις ἡ βιβλος πεπιστευμενη, και παρα τοις θεοσεβεσι δηλον· — — Αλλα, φησι, ὁτι πρωτον μεν ἐν τη χιλιονταετηριδι των φυσικων μεταλαμβανομεν ἡδονων ἀνευ καματου και λυπης· μετα δε την χιλιονταετηριδα τοτε μεταλαμβανομεν, ὡν ειρηται κατα το ειρημενον, ἁ ὀφθαλμος οὐκ οἰδε, και οὐς οὐκ ἠκουσεν — —

ſuperatorum neces, mortemque centenarii peccatoris (intel. *Antichriſti*): *Cui duobus voluminibus reſpondit* Apollinarius, quem non ſolum ſuae ſectae homines, ſed et noſtrorum, in hac parte duntaxat, plurima ſequitur multitudo, *vt praeſaga mente iam cernam, quantorum in me rabies concitanda ſit. Quibus non inuideo, ſi tantum amant terram, vt in regno Chriſti terrena deſiderent et poſt ciborum abundantiam, gulaeque ac ventris ingluuiem ea, quae ſub ventre ſunt, quaerant; de quibus Apoſtolus Paulus*, eſca, *inquit*, ventri et venter eſcis; Deus autem et hunc et illum deſtruet: *Et*, non eſt regnum Dei cibus et potus: *Et Dominus atque Saluator*, erratis, *inquit*, neſcientes Scripturam atque virtutem Dei; in reſurrectione enim neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſimiles angelorum. *Nec haec dicens* aufero corporum veritatem, quae incorrupta et immortalia reſurrectura confiteor, *vt* mutent gloriam non ſubſtantiam. *Sicque* recto incedendum eſt tramite, vt nec ad ſiniſtram, nec ad dextram declinemus, nec iudaicum nec haereticum *ſequamur errorem: Quorum* alii, qui carnis ſunt, ſolas diligunt carnes (craſſam reſurrectionem cogitantes); alii *ingrati beneficiorum Dei* habere detrectant (nimirum in reſurrectione) *quod* Chriſtus *et* natus habuit *et* reſurgens (nempe corpus hoc) — — — Non quo poſt reſurrectionem manducemus et bibamus, vt millenarii noſtri volunt, et immortalia atque incorrupta *corpora alimoniis ſuſtentanda terrenis ſint* — — —

Totum

Totum hunc locum descripsisse hoc minus superuacaneum existimamus, quo plus et superiora nostra specimina *Irenaei*, *Hippolyti*, *Victoris*, *Apollinarii* sen. *Tertulliani*, *Victorini*, *Lactantii* illustrat, et opinionis de resurrectione vtrinque extrauagantis iudicium acuit, (unde ab initio plane proposueramus eum capite quinto demum proferre) et *Apollinaris* tandem non modo sententiam, verum etiam *Epiphanii* in ea enarranda haesitationem, eiusdemque cum reliquis mirum *Apollinaris* studium explicat. Nam ita primum comparatis his cum antecedentium narrationibus, manifestum fit, *Apollinarem* ita crasse resurrectionem carnis cogitasse, vt et omnia huic carni tribueret, quibus vel vniuersis ad vitae huius vsum opus est, vt sunt victus, coniugia ad procreandam sobolem, vel in primis Judaica externa oeconomia vtentibus, vt sunt obseruatio legis ceremonialis (quae apud *Epiphanium* simpliciter νομος dicitur) circumcisionis vsus et sic porro. Deinde, amplius nemini mirum sit, quare ille vehementissimus alias *Epiphanius*, adeo molliter tractet *Apollinarem*, vt toties venerandum appellet, toties credere nolit, eum hoc vel illud dixisse, et per totum ab *Apollinaristarum* appellatione abstineat, *Dimoeritarum* aliis fere ignotam adhibens, sicque tot alii quoque illorum temporum, vtcunque etiam in primaria controuersia ab ipso dissentirent, tamen quouis modo eum excusare aut cetera tueri niterentur. Erant nimirum omnes ex *Hieronymi* in re praesenti versantis multorumque indignationem verentis affirmatione, addicti per-

 suasioni

ſuaſioni futurae mille annorum beatitatis, *Epiphanio* non plane excepto. Atque huic coniecturae multo plus probabilitatis accedit, ſi porro deprehendamus fere neminem ex Millenariis huius ſeculi, qui ſiue agendo ſiue ſcribendo Apollinariſtis ſe oppoſuerit in capitali eorundem aduerſus communem ſententiam pugna; videamusque contra omnes liberalioris doctrinae Alexandrinorum ſtudioſos fuiſſe, qui contra eos prodierint, vt *Baſilium*, *Gregorium* vtrumque, *Ioannem* Chryſoſtomum, atque inter Latinos *Damaſum* Pontificem Romanum per Hieronymum nimirum ſapientem. Quare non diſcedemus ab hoc loco, Lectores, ſine curioſa circumſpectione morum hominum atque docta illa quemadmodum frugifera commentatione, quam late regnet partium ſtudium et cauſſae ſiue fauor, ſiue odium, ſiue denique modeſtior tractatio toties a maxime remotis cauſſis pendeant.

EPIPHANII *ep. Salamin.* *reſurrectionis carnis defenſio.*

Hoc itaque reſtat, vt *Epiphanii* diſputationem pro reſurrectione carnis ad extremum huius particulae enarrationis noſtrae afferamus, vt praeterea hoc modo fides horum, quae diximus, augeatur. Atque poterimus facile eius quaſi prima capita exhibere, cum in *Ancorato* ex inſtituto hunc locum tractauerit, ſique modo hoc vnum lectores

ctores nobis concedere velint, vt non cogamur graecum contextum vniuersum infra simul addere (cuius molestiae patientes iam satis puto nos probauimus) ex *Panario* quoque hinc inde quaedam inseremus locis infra notatis: Nam potiora et praecipua omnia in editione PETAVII Coloniae repetita pp. 88—104. leguntur.

Infideles resurrectionem plane *negant* scelerum suorum conscientia adducti, *cum tamen tot* exempla *in vniuersa rerum natura eos conuincere possint*, *et* ipsae *eorum* fabulae *eam ponant*. Natura *quotidie formam quandam* resurrectionis *nobis ostendit in* vicissitudine temporum, fructuum atque herbarum regeneratione, unguium in pedibus atque manibus nostrum ipsorum nouis excrementis, capillorum incrementis, Muris Alpini per sex menses intermortui ad vitam reditus, Scarabaei per suum semen ante mortem emissum ad vitam regressio, Phoenicis ex puluere suo nouus euolatus: *Ipsis* suis fabulis *tale quid ponunt*, *de* Alceste per Herculis beneficium, Aesculapio per Castorem et Pollucem, Pelope per hunc ipsum Aesculapium ad vitam reuocatis, et quae reliqua huiusmodi sint, vt statae ad mortuorum sepulchra solennitates. *Sed sunt etiam* haeretici *varii ingenii*, *qui* variis modis *ad gentilium* impietatem in hoc argumento accedant. *Nam* aut *plane* corporis resurrectionem negant, eam animae relinquentes, (sine du-

bio Arabicos et Gnosticos intelligit) *aut, vt* Origenistae, aliud corpus *resurrecturum esse defendunt, siue* aliam carnem (his enim duobus verbis promiscue in refutatione eorum vtitur, quin etiam horum appellatione omnes eos comprehendere videtur, qui et sexus vnice diuersitatem et staturae varietatem a corpore resuscitando semouebant). *Sed quod* ad illos attinet, *fingi nihil potest ineptius, cum* anima *profecto non cadat et deponatur sed* caro [1]). *Hi vero, etsi resurrectionem admittant tum* nostrae carnis *futuram, tum* Domini nostri iam factam, *nonne videant,* primum iniustum fore diuinum iudicium, *si aliud corpus siue* mercedem laboris, *siue* poenam vitiorum ferre cogatur; *cum* [2]) *vna corporis animique coniunctio sit, par idem opus*; deinde Deum *in* aridis ossibus Ezechieli in visione oblatis vt reuiuiscentibus, *illustre specimen exhibuisse resurrectionis corporum*; rursus, frustra nos castitatem colere, Martyres cruciatus tot patienter ferre, *nisi futurum sit, vt, quae speremus, his etiam in resurrectione* illa *perfruamur*; (et quaenam *ista* aliquis curiosior quaerat? itaque expectemus, an forte apertiora prolaturus sit): *Vt non dicam* firmissimis

1) Cf. etiam locum mox citandum: it. *haer.* LXVII. §. 6.

2) *haer.* LXIV. §. 63.

missimis scripturarum testimoniis *hanc nostram spem niti. Ita Paulus:* corruptibile hoc induet incorruptionem; *mox:* resurget in gloria; stulte tu quod seminas non viuiscit; *Dominus vero noster consentiente ratione* nisi granum frumenti in terram cadens mortuum fuerit etc. *Neque* exempla *valde illustria desunt, quae* augeant *fidem hanc.* Nam J. C. resurrexit totus, illud [1]) ipsum *in vitam reuocando corpus, quod ei fuerat,* non aliud, *cicatrices ostendens, ossa atque carnem palpanda exhibens* [2]). Sed habuit, *dicent,* corpus eius praerogatiuam [3])! *Qualem vero, si Paulo credendum est, qui* primitias dormientium *eum appellauit, vnde profecto nos in eodem corpore secuturos esse cogitur. Atqui vero instabunt,* primitiae *hoc loco sunt* ea, quibus vnus prae reliquis omnibus gaudet, adeoque caro Christi peculiari hoc praemio resurrectionis ornata; nam si vestro sensu accipiendum sit verbum hoc, quomodo is primus foret, qui Lazarum suscitauit, ante quem Elias et Elisaeus quosdam suscitarunt? *Scilicet hi rursus mortui sunt et* vnam omnium communem resurrectionem (*μιαν και καθολικην ἀναςασιν*) [4]) *expectant. Itaque Jesus* resurrexit cum

1) *haer.* LXIV. §. 64.
2) *ibid.*
3) hoc idem repetit l. c. §. 65.
4) *haer.* LXIV. §. 64.

carne manetque hoc aeque certum, *atque* Enochi translatio in coelum, apertus Sarae emortuus vter [1]), Aaronis virga poſtquam arefacta eſſet denuo effloreſcens. *Et quot non exempla illuſtrantia noſtrae huius carnis reſurrectionis! Neque nobis opponant* Pauli *illa*: tradidi eum Satanae in interitum carnis; caro et ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt; *cum ex vſu verbi carnis aliunde cognito certum ſit, in vtroque ſermone* carnis opera *intelligenda eſſe* [2]). *Itaque maneat nobis haec fiducia* D. N. J. C. *animam corpori corporique animam reſtiturum atque* cuiuis retributurum eſſe, quae fecit, ſiue bonum ſiue malum (*και διδοναι ἑκαςῳ καθα ἐπραξεν, ἠτοι ἀγαθον, ἠτοι φαυλον*) [3]) *Neque nobis fidei impedimentum ſit, quod quis pie etiam quaerere poſſet, ad quem vſum nobis futura ſint* membra *corporis*, *vt* dentes! *Si enim Jeſus poſt reſurrectionem cibum* de aſſato piſce et fauo mellis ſumſit, *nec non* cum diſcipulis quadraginta diebus comedit, nonne tunc cibus erit? *Immo perſpicuum hoc eſt per illud*, beatus qui manducabit panem in regno coelorum, *et ipſius Domini haud obſcura promiſſio*, ſedebitis

1) *ibid.* §. 34. *ἑως της ΩΡΑΣ της ἀναςαςεως* eos iterum obdormiuiſſe dicit.

2) l. c. §. 86. ſq.

3) l. c. §. 34. cf. Sectionem II. in formula fidei ex *Epiphanio* allata.

debitis ad mensam Patris mei comedentes et bibentes. *Quinam vero illi cibi futuri sunt solus nouit, qui haec promisit,* quandoquidem Deus diligentibus se parauit etc. [1]). *Cum vero vniuersa salus nostra vna fide resurrectionis tanquam compendiaria quadam formula concludatur, Deus omnium misereatur, vt eius veram atque constantem professionem tueantur.*

Cum nunc per se pateat, *Epiphanium* resurrectionem huius carnis docuisse, id modo ad quaerendum relinquitur, an etiam aliquatenus certe, millenariae durationis felicitatem in his terris, affirmauerit? Atqui non nego, clara atque satis definita indicia nobis deesse, ex quibus certa argumenta duci possint. Vidimus quidem eum in recensione Apollinarismi non negare tempus mille annorum in Scripturis promitti atque illam modo crassam felicitatis eorum descriptionem in Apollinario reprehendisse; audiuimus etiam, quomodo dentibus ad vescendum vere nobis opus fore in futura vita existimauerit, et quod consequens est ex interpretatione locorum, quorum sententiis ad literam sumtis vtebatur, eundem non abhorruisse a familiari Millenariis ex sono litera-

rum

1) *haer.* LXXVII. fere in eundem modum dicit: *Quod scriptum est* Luc. XXII, 30 Marc. XIV, 24. και γαρ και αὐτοι φαμεν, μεμαθηκοτες ἀπο των θειων λογων μεταληψιν τινα πωματος και βρωματος ἀμβροσιου, περι ὧν εἰρηται, ἁ ὀφθαλμος οὐκ εἰδε —

rum indicio; vt adeo hactenus in eorum numero censendus foret. Sed fatendum quoque est, eum bis, etsi mutatis verbis, *vnius catholicae* resurrectionis meminisse, inter iudicium commune et resurrectionem nullum intercedens tempus constituisse et sic porro. Quid itaque dicendum restet? Nempe hoc, ad quod aditum facit eius de commoratione beatorum in his terris innouandis sententia, his fere verbis ab eo ipso explicata: Figura huius mundi *dicit* (Paulus 1 Cor. VII, 31.) praeteribit; *non* ipsum mundum *dixit* — *Itaque* instaurato mundo *ipsimet instaurati ac doloris expertes in eo habitabimus, quemadmodum dictum est*, emittes spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terrae: *Quod nimirum ambientem aërem temperatissimum deinceps facturus sit Deus: Cum itaque post seculi praesentis exitum adhuc terra futura sit, cogitur, habitatores in ea esse, qui nec morituri sint amplius, neque copulandi nuptiis aut procreandae soboli operam daturi, sed angelorum vitam transigentes.* Itaque cum his vltimis sibi a suspicione Chiliasmi cauere voluisse videatur, neque nos audebimus ipsi eundem tribuere. Sed fecimus iam! Immo Epiphanium *non plane* excepimus. Est enim inter opinionem de domicilio nostro aeterno in his terris futuro, et alteram de mille annorum in iisdem quiete, tale vinculum, vt primo transitus ab illa ad hanc facilis admodum sit, deinde si vel maxime transire aliquis nolit, certe vicinum, qui tamen semper nos in terra aliquatenus manere patiatur, hactenus e re sit, non prouocasse.

Ceterum

Ceterum per ſe intelligitur nos ſecundum Acta iudicium hoc modo temperaſſe. Nam quid per commercia literarum cum *Theophilo* Alexandrino priuatim ſuper his rebus diſſeruerit, cum miſer ille *Ioannes* Hieroſol. ne *Origenis* doctrina vinceret, torquendus erat, hoc ſcilicet Deus vnus ἱϛορει referetque, quando nos omnes ad primum atque vnum veriſſimum coram tribunali ſuo concilium oecumenicum conuocabit — —

SECTIO II.

EXAMEN PROFESSIONVM FIDEI DE RESVRRECTIONE CARNIS PVBLICE PRIVATIMQVE REDDITARVM.

Eſt nunc proxime quaerendum, quibus compendiis orationis vſi fuerint in hoc loco doctrinae profitendo Symbolorum auctores. Itaque hoc quoque agamus, quomodocunque etiam verendum ſit exeuntibus, ne partim multitudo libellorum fidei, quos vndequaque offerunt, nos multo incertiores reddat, partim diuerſorum exemplorum, vnius tamen, vt volunt, formulae, varietas nobis fraudi ſit. Nam vel iſta praeſenſione difficultatum, quae forte impedimento eſſe poſſint, animus rite praeparabitur ad earum moleſtias hoc facilius ſuperandas. Et iam nobiſcum, certi, nos omnibus conſilium ſiue cautionem facile probaturos eſſe, quaſi transegimus, vt omnem quidem

dem professionem fidei in numerum *publicarum* referre velimus, quae vel indicia clara publici vsus in solennitate baptismali adiuncta habeat, vel quam constet ab vniuersitate Christianorum aliqua celebriore vsurpatam fuisse, vel denique in Concilio aliquo pluribus se probauerit. Itaque hactenus non dubitabimus Arianorum Symbola in his recensere, quatenus tamen plurium suae partis consensum exprimebant. Hunc vero ordinem narrationis porro ita persequemur, vt in paucis longioribus eam particulam tantum afferamus, quae ad nostrum propositum pertineat, in graecis sola versione latina vtamur, graecum contextum inserentes vnice tum, cum opus fuerit; in reliquis denique, quorum series ex Patrum commentariis colligenda est; hanc etiam mox in superiore contextu conquisitam connexamque proponamus Commentario ipso in fidem rei infra adscripto.

PVBLICAE fidei formulae:

I. *Caesareensis baptismalis* ab *Eusebio* in Concilio Nicaeno exhibita [1]): *Sicut ab Episcopis, qui nos antegressi sunt, accepimus tum in prima populari institutione, tum, cum lauacrum baptismi acciperemus* (και εν πρωτη κατηχησει, και οτε το λουτρον ελαμβανομεν) *audiuimus, et sicut ex Scripturis diuinis didicimus, et sicut in Presbyteri non minus, quam Episcopi munere credidimus et docui-*

1) cf. Acta Concilii Nicaeni ap. *Mansium* T. II. p. 913.

docuimus, sic etiam hoc tempore credentes nostram fidem promulgamus. Est vero haec: Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, visibilium omnium et inuisibilium Creatorem: Et in vnum Dominum Jesum Christum, Dei verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam de vita, filium vnigenitum, primogenitum omnis creaturae, ante omnia secula ex Patre genitum, per quem etiam omnia facta sunt, qui propter nostram salutem incarnatus est, et inter homines versatus, qui passus est et *resurrexit tertia die* et ascendit ad Patrem *et iterum venturus est in gloria iudicare viuos et mortuos:* Credimus etiam in vnum Spiritum Sanctum, sicut Dominus noster, cum discipulos suos ad praedicandum mitteret, locutus est: *Euntes docete omnes gentes baptizantes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus S.*

II. *Nicaena* in amplissimo Nicaeae consessu condita: Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et inuisibilium Creatorem: Et in vnum Dominum I. C. filium Dei, genitum ex Patre vnigenitum, *hoc est,* ex substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt et quae in coelo, et quae in terra sunt; qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit et incarnatus est, homo factus est, sepultus est, et *resurrexit tertia die*, ascendit ad coelos, *venturus est iudicare viuos et mortuos:* Et in Spiritum Sanctum. Qui vero dicunt, erat ali-

quando

quando tempus cum non esset et antequam genitus esset non erat, vel quod ex non existentibus factus est, aut ex alia essentia siue substantia eum esse dicunt, vel creatum, aut conuertibilem aut mutabilem filium Dei, his apostolica et catholica ecclesia anathema denunciat.

III. *Alexandrina* ab *Alexandro* episcopo Alexandriae post Alexandrinum Concilium A. XXI. per Epistolam Synodicam promulgata. Eius clausula haec est: *Praeter istam de Patre et Filio sententiam, sicut nos docent diuinae Scripturae, confitemur praeterea* vnum Spiritum Sanctum, qui non modo sanctos homines Vet. Test., sed etiam diuinos Noui Testamenti doctores innouauit (*το καινισαν τους τε — — παιδευτας θειους*) Ecclesiam porro Apostolicam vnam et solam catholicam agnoscimus — *Posthaec* nouimus *ex mortuis resurrectionem* (*μετα τουτο ἐκ νεκρων ἀναστασιν οἰδαμεν*) cuius primitiae fuit Dominus noster I. C. qui corpus non specie sed verum ex Deipara Maria sumsit in fine seculorum descendens ad genus humanum, ad delenda peccata, qui crucifixus est et mortuus sine vlla suae diuinitatis diminutione, qui resurrexit a mortuis, ascendit ad coelos, et sedet ad dextram maiestatis Dei (*της μεγαλωσυνης του Θεου*) — — — *Ista docemus, ista praedicamus, ista sunt apostolica ecclesiae dogmata* [1])!]

IV. *Alexan-*

1) cf. *Theodoretum* l. I. c. 4. et *Mansium* T. II. p. 624. sq.

IV. *Alexandrina* (vt fere Viris doctis placet, nobis tamen non aeque, ex post dicendis) ab *Ario* et *Euzoio* in Concilio *Hierosolymitano* A. XXXV. oblata: Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem et in Dominum Jesum Christum filium eius, ex ipso ante omnia secula factum Deum verbum, per quem omnia facta sunt, tum quae in coelis, tum quae in terris, qui descendit et incarnatus est et passus est *et resurrexit*, et ascendit ad coelos et *iterum venturus est iudicare viuos et mortuos*: Et in Spiritum sanctum, *et in carnis resurrectionem*, et in vitam venturi seculi et *in regnum coelorum* et in vnam catholicam ecclesiam Dei ab vno extremo vsque ad alterum. *Hanc fidem ex sacris euangeliis accepimus dicente Domino discipulis suis*: Euntes docete omnes gentes etc. *quemadmodum* vniuersa catholica ecclesia (ὡς πασα καθολικη ἐκκλησια) *credit* [1]).

V. *Antiochena* ab Arianismi suspectis post Concilium Antiochenum A. XLI. composita et in altero Antiocheno A. XLV. explicatione longiore amplificata, (unde μακροστιχος) atque ad Occidentales transmissa: Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem conditorem et factorem omnium, ex quo omnis paternitas et in coelis et in terris nominatur: Et in vnigenitum eius filium Dominum nostrum Jesum Christum ante omnia secula ex Patre genitum, Deum ex Deo, lumen de

1) cf. Acta Conc. Nic. l. c. p. 1157.

de lumine, per quem omnia facta sunt in coelis et in terris, siue visibilia, siue inuisibilia, Verbum existentem et sapientiam et virtutem et vitam et veram lucem: propter nos postremis temporibus hominem factum, genitum ex sancta Virgine, crucifixum, mortuum et sepultum *et tertia die a mortuis resuscitatum* assumtumque in coelum et sedentem ad dextram Patris et *venturum in consummatione mundi, vt iudicet viuos et mortuos reddatque vnicuique secundum opera s. a;* cuius regnum perpetuum permanet per infinita secula, cum sedeat ad dexteram Patris non solum in hoc seculo, verum etiam in futuro: Et in Spiritum sanctum, hoc est, Paracletum, quem pollicitus Apostolis post reditum suum in coelos misit, vt eos doceret iisque in memoriam reuocaret omnia, per quem etiam animae vera fiducia eum sequentes sanctificantur [1]) etc.

VI. *Philippolitana* s. Sardicensis *Semi-Arianorum*, *Hilario* tamen probata [2]), de anno XLVI. cuius vna editio propemodum nihil in ipsis adeo verbis differt ab antecedente, in alia vero ad extremum post *per quem* — — *sanctificantur*, haec addita reperiuntur — *Credimus* et in sanctam ecclesiam, in remissionem peccatorum, *in carnis resurrectionem*, in vitam aeternam [3]).

VII. *Sir-*

1) cf. Acta cit. p. 1343 et 1362.

2) libro de Synodis.

3) cf. Acta ap. *Mansium* T. III. p. 124. 137.

VII. *Sirmiensis Arianorum* Anni LI. LVII. LIX. secundum Athanasium, cuius duo exempla rursus plane consentiunt cum sententiis *Antiochenae*, tertium vero a secundo articulo in hunc modum reliqua exhibet: *et in* vnigenitum filium Dei ante omnia secula et initia et ante omne tempus, quod cogitari potest (προ παντος ἐπινοουμενου χρονου) existentem et ante omnem comprehensibilem substantiam, natum impassibiliter ex Deo, *solum ex solo Patre, Deum de Deo, similem Patri suo, qui ipsum genuit, cuius secundum Scripturas* (graecus contextus est: ἀπαθως ἐκ του Θεου, δἰ οὑ οἱτε αἰωνες κατηρτισθησαν και τα παντα ἐγενετο· γεγεννημενον δε μονογενη μονον ἐκ μονου ὑπο του πατρος, Θεον εκ Θεου, ὁμοιον τῳ γεννησαντι ἀυτου πατρι κατα τας γραφας· οὑ την —) generationem nemo nouit, nisi solus, qui eum genuit, Pater. Hunc scimus vnigenitum Dei (ἀυτου) filium nutu paterno aduenisse de coelis ad abolenda peccata, genitum ex Maria Virgine versatumque cum discipulis fuisse et *vbi omne officium dispensationis adimpleuisset*, secundum Patris voluntatem, crucifixum et mortuum esse *et ad inferos descendisse, atque ibi quod sui officii erat peregisse* (και εἰς τα καταχθονια κατελθοντα και τα ἐκεισε οἰκονομησαντα) quem ianitores inferorum conspicati exhorruerunt; eumque *tertio die ab inferis resurrexisse* et versatum cum discipulis fuisse, *cumque vbi negotia sua absoluerat* (haec a verbo *vbi* desunt in graeco) impletis quinquaginta (τεσσαρακοντων) diebus in coelos assumtum esse, et

 sedere

ſedere ad dexteram Patris et *vltimis diebus reſurrectionis* (in graeco ſimpliciter eſt τῃ ἐσχατῃ ἡμερᾳ) *venturum in gloria paterna, vt tribuat vnicuique ſecundum opera ſua.* Et in ſanctum Spiritum, quem vnigenitus (additur in graeco αὐτος ὁ μονογενης Θεου ὑιος Ιησους Χριστος) promiſit ſe miſſurum humano generi paracletum, quemadmodum ſcriptum eſt: *Vado* ad etc.[1]).

VIII. *Hieroſolymitana baptiſmalis* apud *Cyrillum* Hieroſ. in *Catecheſibus* ad illuminatos ab eodem inde a *ſexta* circa annum L. explanata: *Credo* in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, viſibilium omnium vt inviſibilium; et in vnum Dominum J. C. filium Dei vnigenitum, ex Patre genitum ante omnia ſecula, Deum verum (Θεον ἀληθινον) per quem omnia facta ſunt, incarnatum atque hominem factum, crucifixum et ſepultum et *tertia die reſurgentem e mortuis* et aſcendentem in coelos et ſedentem ad dextram Patris et *venturum iudicare viuos et mortuos*, cuius regni non erit finis: Et in Spiritum ſanctum Paracletum, qui locutus eſt per Prophetas: in vnum baptiſma, in remiſſionem peccatorum *et* in vnam eccleſiam catholicam *et in carnis reſurrectionem et* in vitam aeternam.

IX. *Seleucienſis Semi-Arianorum* Anni LVIII. Confitemur et credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem coeli et terrae, viſibi-

1) cf. cit. Act. l. c. p. 257. 261. 263. 293.

visibilium omnium et inuisibilium: Credimus autem et in vnum Dominum J. C. filium eius natum ex eo impassibiliter ante omnia secula, Deum verbum, ex Deo vnigenitum Deum, lumen, vitam, veritatem, sapientiam, et virtutem, per quem omnia facta sunt in coelis et in terra, siue visibilia, siue inuisibilia. Hunc credimus in consummatione seculorum ad abolenda peccata assumsisse carnem ex sancta Maria virgine et hominem factum, passum pro peccatis nostris et *resurrexisse* et assumtum in coelos sedere ad dextram Patris et *iterum venturum in gloria iudicare viuos et mortuos*: Credimus vero etiam in Spiritum sanctum, quem (in graeco ὅ) et Paracletum vocauit Seruator et Dominus noster J. C. huncque (gr. τουτο) post discessum suum missurum se Apostolis promisit, quem (gr. ὅ) etiam misit, per quem etiam sanctificat credentes in ecclesia et baptizatos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti [1]).

X. *Constantinopolitana* Arianorum in Synodo Constantinopoli coacta A. LIX. edita et cum *Sirmiensi* tertia mox ante allata plane conueniens, nisi quod post verba *ante omnia secula et initia* reliqua *et* ante omne tempus quod *cogitari potest et ante omnem comprehensibilem substantiam* mox omisso quoque verbo *impassibiliter* legitur, *genitum ex Deo*; deinde, *mortuum ac sepultum esse et ad inferos descendisse, quem et ipse orcus exhorruit*

1) cf. l. c. p. 319. sq.

ruit (ταφεντα, και εἰς τα καταχθονια κατεληλυθοτα, ὅν τινα και αὐτος ὁ ἀδης ἐπτηξεν) *qui etiam resurrexit a mortuis tertia die;* tandem hic vere in graeco contextu extat τῃ ἐσχατῃ ἡμεϱᾳ της ἀναςασεως.

XI. *Romana* in Synodo *tertia* Romae aduersus *Apollinarem* coacta, A. LXXIII. a *Damaso* edita, cuius duo exempla incertae fidei extant. Vnum breuius huiusmodi est: *Credimus in vnum Deum* Patrem omnipotentem creatorem visibilium et inuisibilium: Et in vnum Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei, natum ex Patre vnigenitum, hoc est ex substantia Patris, Deum verum ex Deo vero, natum non creatum, vnius substantiae cum Patre, quod graece dicitur ὁμοουσιον, per quem omnia facta sunt siue quae in coelo, siue quae in terra. Qui propter nostram salutem descendit de coelo, incarnatus est, homo factus passus est; et *resurrexit tertia die*, ascendit in coelos, venturus inde iudicare viuos et mortuos: Et in Spiritum sanctum neque facturam neque creaturam, sed de substantia Deitatis — Alterum copiosius incipit: *Credimus vnum Deum*, et in hanc sententiam exit — *inde venturum iudicare viuos et mortuos expectamus, in huius mortem et sanguinem mundatos, remissionem peccatorum consecutos*, resuscitandos nos ab eo in his corporibus in eandem carnem, in qua *natus* et *passus* et *mortuus* et resurrexit; et animas cum hac carne, vel corpora nostra, accepturos *ab eo ad vitam aeternam praemium bonum*

num meriti aut sententiam pro peccatis aeterni supplicii [1]).

XII. *Constantinopolitana baptismalis* posterior s. *Nicaena* in frequente Episcoporum consessu *Constantinopoli* A. LXXXI. aduersus Macedonianos per capita aliquot aucta: *Credimus* in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem coeli et terrae, visibilium omnium et inuisibilium: Et in vnum Dominum Jesum Christum filium Dei vnigenitum ex Patre natum ante omnia secula, (*Epiphanius* in Ancorato addit *hoc est, ex substantia Patris*) Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, homousion patri, hoc est, eiusdem cum Patre substantiae, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelo et incarnatus est ex Spiritu sancto et Maria virgine et homo factus est; crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus ac sepultus et *tertia die resurrexit* secundum Scripturas, ascendit in coelos, sedet ad dexteram Patris; *inde venturus est cum gloria, iudicare viuos et mortuos*, cuius regni non erit finis; Et in Spiritum sanctum, Dominum et viuificantem, ex Patre procedentem, et cum Patre et Filio adorandum et conglorificandum, qui locutus est per prophetas: Et vnam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam; confitemur vnum baptisma

1) l. c. p. 481. sqq.

in remiſſionem peccatorum; *expectamus reſurrectionem mortuorum et vitam futuri ſeculi.*

XIII. *Conſtantinopolitana baptiſmalis* prior ſ. etiam *Cappadocienſis* apud *Gregorium* Nazianzenum oratione in *ſanctum baptiſma: Credo* Deum vnum Patrem, Filium et Spiritum ſanctum; creatorem omnium viſibilium et inuiſibilium: Et Filium Dei, Verbum aeternum, genitum ex Patre, citra vllum temporis principium, natum vltimis temporibus hominem ex virgine Maria, propter noſtra peccata crucifixum et ſepultum; et tertia die reſurgentem aſcendiſſe in coelos, rediturum inde in gloria iudicare viuos et mortuos: Credo reſurrectionem, iudicium et retributionem aequiſſimam [1]).

XIV. *Romana baptiſmalis* antiqua a *Ruffino* [2]), *Hiero-*

1) T. I. p. 670. ſqq. vbi baptizando fidei profeſſionem hanc inculcat, quam quidem omiſſis eius explanationibus ſupra in compendium redegimus. Clauſula in graeco haec eſt: — *ἥξειν δε παλιν μετα της ἐνδοξου αὐτου παρουσιας κρινοντα ζωντας και νεκρους — — δεχου προς τουτοις ἀναστασιν, κρισιν, ἀνταποδοσιν τοις δικαιοις του Θεου σταθμοις.*

2) in *expoſit. Symboli: illud non importune commonendum puto, quod in diuerſis Eccleſiis aliqua in his verbis inueniuntur adiecta: in eccleſia tamen vrbis Romae hoc non deprehenditur factum* etc.

Hieronymo [1]) et *Ambrosio* [2]) adhuc vergente hoc seculo ob perpetuitatem vsus, et a priore in hunc modum laudata: *Credo* in Deum Patrem omnipotentem; et in Jesum Christum Filium eius vnigenitum, Dominum nostrum; qui *natus est* de Spiritu sancto ex Maria virgine (haec nimirum postea mutata in *qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine)* passus sub Pontio Pilato, crucifixus mortuus et sepultus (recenter additum *descendit ad inferos) tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad coelos, sedet ad dextram Patris; inde venturus iudicare viuos et mortuos:* Et in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam (post Augustinum demum verbum *catholicam* adiectum) remissionem peccatorum, *carnis resurrectionem* [3]).

XV. *Aquileiensis* baptismalis: Credo in Deum Patrem omnipotentem *indiuisibilem* et *impassibilem:* Et in Christum Jesum *vnicum* filium eius, Dominum nostrum (transuerso a Romano ordine) qui natus est de Spiritu sancto ex Maria virgine; crucifixus sub Pontio Pilato et sepultus

 (omis-

1) epist ad *Pammach.* in verbis supra in mentione Hieronymi laudatis: *Symbolum fidei et spei nostrae — omne christiani dogmatis sacramentum resurrectione carnis includitur.*

2) ep. 81. ad Siricium: *Credatur Symbolo Apostolorum, quod ecclesia Romana intemeratum semper custodit et seruat.*

3) cf *Ruffinum* in exposit. et *Vossium* de tribus Symbolis.

(omissis verbis *passus — mortuus*) *descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis*, ascendit ad coelos, sedet ad dextram Dei Patris; *inde venturus est iudicare viuos et mortuos*: Et in Spiritum S. sanctam ecclesiam, remissionem peccatorum, *huius carnis resurrectionem* [1]).

XVI. *Orientalis* apud *Epiphanium* ex eiusdem notatione temporis circa annum XC. huius seculi et forte propter Origenistas condita: *Quoniam vero* (ita praefatur) *nostra aetate paullatim aliae haereses emerserunt, hoc est, a tempore Imperatorum* Valentiniani et Valentis, *circa* decimum *annum imperii eorum et* Gratiani sextum, *hoc est*, nonagesimo Diocletiani Tyranni (κατα το δεκατον αὐτων της βασιλειας ἐτος και παλιν κατα το ἑκτον ἐτος Γρατιανου τουτεστιν ἐν τῳ ἐνενηκοστῳ ἐτει Διοκλητιανου του Τυραννου) *propterea* Vos *et* nos et omnes orthodoxi Episcopi *et vt verbo dicam*, vniuersa sancta catholica Ecclesia aduersus *prodeuntes haereses consentanee sanctorum illorum* (in Concilio Constantinopolitano congregatorum) *Patrum descriptae fidei praecipit*, his maxime qui baptismo initiandi sunt, *vt hoc modo profiteantur et dicant*: Credo in vnum Deum — —, et homo factus est (hic nunc multa inseruntur humilitatem J. C. explanantia et paullo post sequitur) — — Et *cum eodem corpore venturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos*, cuius regni non erit finis: Credimus et in Spiritum sanctum (denuo quaedam formulae

Con-

1) cf. *eosdem* ante citatos.

Constantinopolitanae adduntur) — — Praeterea credimus in vnam catholicam et Apostolicam ecclesiam et in vnum poenitentiae baptismum et *in resurrectionem mortuorum* ac iustum animarum corporumque iudicium et in *regnum coelorum* ac in vitam aeternam — Nunc anathematismi sequuntur [1]).

XVII. *Incerti loci* atque *temporis* ex Constitutionibus Apostolicis, cuius clausula haec est: *Baptizor etiam* in *Spiritum sanctum*, hoc est, *Paracletum, qui operatus est in Sanctis omnibus, a seculo condito, postea vero missus est Apostolis secundum promissionem Seruatoris nostri, Domini Jesu Christi, et post Apostolos omnibus credentibus; in sanctam et catholicam ecclesiam*, in carnis resurrectionem *et in remissionem peccatorum*, et in regnum coelorum et *in vitam futuri seculi*.

PRIVATAE fidei professiones:

I. *Luciani* Martyris in Concilio Antiocheno A. XLI. repetita: *Nos ab initio didicimus* credere in vnum Deum summum (Θεον των όλων) omnium rerum sensibilium et insensibilium opificem et gubernatorem, et in vnum filium Dei vnigenitum, existentem ante omnia secula vna cum Patre qui eum genuerat, per quem omnia visibilia et inuisibilia facta sunt, qui in nouissimis diebus ex decreto Dei descendit et carnem de sancta Virgine assumsit, qui omne Patris sui consilium perfecit,

1) in *Ancorato* extr.

fecit, passus est, resurrexit, et ad coelos ascendit et ad dexteram Patris sedet et venturus est iudicare viuos et mortuos et rex et Deus in secula permansurus: Credimus etiam in Spiritum sanctum et, si hoc quoque addendum sit (εἰ δε δει προσθειναι) persuasi sumus et de carnis resurrectione et de vita aeterna (πιστευομεν και περι σαρκος ἀναστασεως, και ζωης αἰωνιου) [1]).

II. *Theophronii* Tyanensis in eodem, tempore eodem, proposita: *Nouit Deus, quem testem inuoco, me sic credere:* in Deum Patrem omnipotentem, vniuersitatis rerum creatorem et factorem ex quo omnia; et in filium eius vnigenitum, Deum verbum, virtutem et sapientiam, Dominum nostrum Jesum Christum, per quem omnia, ex Patre natum ante secula, Deum perfectum (τελειον) ex Deo perfecto et existentem apud Deum in hypostasi (ὀντα προς τον Θεον ἐν ὑποστασει) qui vltimis diebus descendit, et est natus ex Virgine secundum Scripturas, homo factus est, passus est et resurrexit a mortuis, et ascendit in coelos, et sedet ad dextram Patris sui *et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos* et manet in seculum; et in Spiritum sanctum Paracletum, Spiritum veritatis, quem etiam per prophetam promisit Deus se effusurum super seruos suos et Dominus suis discipulis pollicitus est, quem et misit,

1) cf. *Socratem* hist. eccl. l. I. c. 7. *Mansium* T. II. p. 1339. Ceterum sic vertenda existimem vltima verba.

misit, quemadmodum Acta Apostolorum docent: — [1])

III. *Pseudo - Athanasii* ex supposito rescripto eiusdem ad Liberium Romanum Episcopum, cuius extrema pars in hunc modum se habet: *ita et* carnis *resurrectionem credimus, hoc est,* corporis nostri, *secundum sacras Scripturas, commutato eo, quod corruptibile et mortale erat, a Deo in incorruptibilitatem et immortalitatem* [2]).

IV. *Eunomii* in Constantinopolitano Concilio II. latius explicata, et quod locum de resurrectione attinet, huius sententiae: *Praeterea credimus* in futuram per Seruatorem resurrectionem horum dissolutorum corporum, cum propriis eius partibus atque membris, nullo deficiente aut immutato ex iis, quae in hac vita vniuscuiusque corpus constituebant: Porro credimus iudicium — iustae et aequae retributionis etc. *Haec sentimus prout a Sanctis accepimus* rel. [3]).

V. *Marcelli* Ancyrani (vt videri posset) apud *Epiphanium: Credo in Deum omnipotentem, et in Christum Iesum ipsius Filium,* vnigenitum Dominum nostrum, *genitum de Spiritu S. et Maria virgine: Qui sub Pontio Pilato crucifixus est et sepultus et tertia die resurrexit a mortuis; ascendit in coelum et sedet ad dextram Patris, vnde ventu-*

1) cf. *Athanasium* de Synodis et *Mansium* l. c.

2) cf. *Mansium* T. III. p. 228.

3) l. c. p. 649. et cf. XIII. antecedens in fine.

venturus est iudicare viuos et mortuos: Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, *vitam aeternam.* Sed cf. superius *Romanum* baptismale et post dicenda in examine harum professionum.

VI. *Chromatii*, *Iouini* et inprimis *Eusebii* (Vercellensis) ex *Ruffino* haec narrante: *Ante annos fere triginta in monasterio iam positus, per gratiam baptismi regeneratus* signaculum fidei (h. e. ex latinitate Patristica *Symbolum fidei) consecutus sum per sanctos viros* Chromatium, Iouinum et Eusebium — episcopos, quorum alter tunc presbyter beatae memoriae Valeriani, alter archidiaconus, alius diaconus simulque pater mihi et doctor Symboli ac fidei fuit: *Illi ergo sic mihi tradiderunt et sic teneo*, quod Pater, Filius et Spiritus S. vnius Deitatis sint, vnius substantiae, coaeterna, inseparabilis, incorporea, inuisibilis, incomprehensibilis trinitas, et sibi soli, vt est, ad perfectum nota, *quia nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius;* et Spiritus sanctus est, qui scrutatur etiam alta Dei et ideo caret omni visibilitate corporea, sed intellectuali illo Deitatis oculo videt patrem filius et Spiritus sanctus sicut pater videt filium et Spiritum sanctum; nec est prorsus vlla in trinitate diuersitas, nisi quod ille pater est, et hic filius, et ille Spiritus sanctus: Trinitas in personarum distinctione, vnitas in veritate substantiae, et quod vnigenitus filius Dei, per quem a principio omnia quae sunt, facta sunt, siue visibilia siue inuisibilia, in nouissimis

simis diebus carne humana suscepta homo factus est, et passus est pro salute nostra, et tertia die, suscitata illa ipsa carne, quae posita fuerat in sepulchro, resurrexit a mortuis; et cum ipsa eadem carne glorificata ascendit ad coelos, *vnde et expectatur venturus ad iudicium viuorum et mortuorum:* Sed et simili modo nobis *quoque spem resurrectionis dedit eodem ordine, eadem consequentia*, pari eademque forma, qua Dominus resurrexit, nos quoque *resurrecturos esse credamus*, non nubes aut auras tenues, *vt calumniantur*, sed *haec ipsa*, in quibus nunc *vel* viuimus, *vel* morimur, nostra corpora recepturi [1]).

VII. *Epiphanii* in Epilogo *Panarii* explicata, cuius extrema pars haec est: *Hoc quoque credit ecclesia* — dormituros nos et resurrecturos *cum hoc corpore, cum hac anima, cum toto hoc nostro vase* (*συν παντι τω ἡμετερω σκευει*) vt quisque consequatur meritis suis praemia consentanea (*ἱνα ἑκαστος ἀπολαβη προς ἁ ἐπραξεν*) [2]).

VIII. *Damasi* apud Hieronymum valde incertae fidei et huius clausulae: — *in huius morte et sanguine credimus emundatos nos et ab eo resuscitandos die nouissima in hac carne, qua nunc viuimus, et habemus spem*, nos consecuturos praemium boni meriti aut poenam pro peccatis *aeterni supplicii.* cf. ex publicis XI. Romanam editionis secundae.

IX. *His-*

1) *Inuectiuae* lib. I. ab initio.

2) §. 18.

IX. *Hieronymi* ei afficta certiſſime ſeriore tempore, quae huius partis ſententiam his verbis exhibet: *reſurrectionem etiam carnis confitemur, et credimus, vt dicamus nos* in eadem *qua nunc ſumus veritate membrorum eſſe reparandos.*

His priuatorum hominum profeſſionibus fidei iuſtioribus non ſuperuacuum forte ſit, mox addidiſſe liberiorem *deſcriptionem doctrinae chriſtianae* ab *Euſebio* Caeſar. circa initium huius ſeculi factam, hanc:

Praep. Euang. l. I. c. 4. *Per vnam euangelicam doctrinam Servatoris noſtri effectum eſt, vt Graeci atque Barbari ad hanc ſublimiorem Philoſophiam adducerentur* Deumque vnum ſummum coeli terraeque regem ac dominum, ſolis vero et aſtrorum et vniuerſi mundi opificem colerent, celebrent atque Deum fateantur (σεβειν και ὑμνειν και θεολογειν) *iidemque ſententias vere Philoſopho dignas reciperent* de animi immortalitate et vita apud Deum poſt hanc vitam iis recondita —

Praep. Euang. l. I. c. 5. *in* prima inſtitutione rudiores fidei alumnos (ἐν εἰσαγωγῃ τους ἀρχομενους των ἰδιοτικωτερων) mulieres atque pueros ac plebeiorum hominum multitudinem *ad piam vitam manuducentes*, quaſi medicamentum aliquod adhibemus fidem puriorem (την ὑγιην πιστιν) *iisque veras* de Dei prouidentia, de animi immortalitate et de ſtudio virtutis *inſtillamus opiniones* — —

Demon-

Demonstrat. Euang. l. III. c. 2. *Primus* Moses iis (*Iudaeis*) *annunciauit doctrinam* de vno Deo *praecipiens* omnium opificem atque effectorem vnice colendum esse. *Sed* Jesus Christus similiter illi quidem, etsi multo excellentius, *primus* vnius omnium regis Dei cognitionem et reverentiam *cunctis* ostendit *hominibus* nouaeque vitae et rationis agendi veri Dei cultoribus dignae primus Auctor et Legislator *extitit:* Praeterea *decreta Philosophorum* de mundi ortu, de animae immortalitate, et quae eiusmodi reliqua *primus* Moses Iudaeorum *tradidit nationi*, haec multo diuinius Jesus Christus, *per discipulos suos* reliquis gentibus *promulgauit.*

Haec nunc omnia illa formularum fidei specimina sunt, quarum fere siue in Actis publicis, siue apud reliquos huius seculi Scriptores mentio facta reperiatur, quasque nostri instituti caussa et recensuisse et in ordinem vsui accommodatum magis redegisse iam satis nobis esse possit. Nam quid ex iis pro iudicio, quod quaerimus, consequatur; quaenam singulis tribuenda sit auctoritas, et reliqua huiusmodi postremo capite quaeremus. Itaque vt hoc citius ad illud deueniamus, sine mora differendi materiem, quae ex huius seculi historia forte supersit, conquiremus —

SECTIO III.

EXCERPTA EX RELIQVIS HVIVS SECVLI ACTIS AD LOCVM DE RESVRRECTIONE PERTINENTIBVS.

Neque frustra! Nam praeterquam quod apud *Eusebium* [1]) oratio extat in solenni inauguratione templi Tyriorum post obitum Maximini restaurati dicta, in qua locus de resurrectione attingitur; occurrit etiam ad extremum seculi progressis *Ioannes* Hierosolymitanus, non ille alter, Constantinopolitanus, in quo cognomentum *Chrysostomi* haesit, Hierosolymitanus itaque Episcopus, cum libello defensionis fidei suae in hoc quoque capite, quem *Hieronymus* ipsi e manibus eripit, quaestiones inde formans, ad quas porro examinandus sit: Triste spectaculum! sed quod tamen intuendum est nobis cum proposito tali semel egressis.

Illi itaque Oratori, cuius nomen reticuit *Eusebius*, inter alia constitutum est dicere, etsi Christianis Tyriensibus post funestam aedium, quibus vtebantur, sacrarum dirutionem semper remanserint maiora atque splendidiora ornamenta in coelo expectanda, esse tamen magno cum gaudio agnoscendum diuinum beneficium, ex quo nouam longe magnificentioris operis nunc extructam viderent: Hoc, inquam, vult dicere, suo

1) hist. eccl. l. X. c. 4.

ſuo vero modo ita eloquitur: *Neceſſe enim erat atque conſequens, ut, cum Paſtor eius* (ſc. eccleſiae, cui Deus promiſerat, domum poſteriorem longe illuſtriorem fore priore, nam hunc locum ad rem praeſentem mox ante transtulerat) *atque dominus ſemel pro ea mortem perpeſſus eſſet, atque hac paſſione peracta* corpus, *quod eius cauſſa ſordidum induerat*, in ſplendidum glorioſumque transmutaſſet ipſamque carnem, tabeſcentem iam, ex corruptione ad immortalitatem transtuliſſet, *hanc ſimiliter Seruatoris frui diſpenſationibus* (οἰκονομιων nempe a calamitatibus ad felicitatem, a morte ad vitam tranſitu): *quin adeo multo potioribus promiſſis ab eo acceptis, longe maiorem etiam* gloriam regenerationis in reſurrectione incorruptibilis corporis (δοξαν της παλιγγενεσιας, ἐν ἀφθαρτου σωματος ἀναςασει) *inter Choros Angelorum, in ipſa Dei regia, cum ipſo beneficiorum tantorum Auctore Jeſu Chriſto conſequi deſiderat. Interim tamen iam in praeſenti vidua atque deſerta haec eccleſia* (nempe aedibus ſacris ereptis) *hiſce per Dei gratiam floribus* (nouo templo) *ornata, facta eſt reuera vt lilium* etc.

Haec pro ſpecimine ſufficiant! Progrediamur itaque ad illum in delicto negatae reſurrectionis *carnis* ab Hieronymo deprehenſum *Joannem.* Euocauerat nimirum hunc *Epiphanius*, cum in eo eſſet, vt omnes Origeniſtas fugaret, ad Concilium Antiochenum, vt ſuſpicionem Origeniſmi a ſe amoueret atque coram rationem fidei ſuae redderet. Atqui vero non comparebat *Joannes* ſatius putans ſcripto ad *Theophilum* Ale-

xandrinum libello se defendere, ne plane caussam deseruisse videri posset; quo accepto *Theophilus* innocentem pronunciat. Quid fit? *Epiphanius*, qui iam aegre se suamque . itationem ita contemni a *Joanne* senserat, et vnum hoc solatium sibi relictum videbat, *Theophilum*, quem iudicem caussae constituisset, suis partibus non defuturum esse, hoc quoque erepto *Hieronymum* ad se euocat; scis, dicit, presbyterorum omnium doctissime, quomodo nuper nostrum consessum publico omnium ludibrio exposuerit *Joannes* omnium infidelium infidelior, audiuisti praeterea, aut si nondum, nunc audies, *Theophilum* ita strenuum atque potentem famulum Dei [1]) aduersus Origenistas eum absoluisse ab omni crimine! Et tamen non intellexit, de quo accusatus fuit! Itaque tu, qui optime potes, age atque illam Hydriam Origenismi expugna: Sed nulla est mora! Nam omnium animos sua Apologia iam ad suas partes flexit — Haec forte *Epiphanius* dixerat, cum statim se componeret *Hieronymus* ad scribendum ea, quarum partem iam exscribemus — [2]).

Transea-

1) hoc elogio eum ornat nimirum in epistola ad *Hieronymum* T. III. f. 142.

2) Vt rem, quemadmodum eam enarrauimus, vere gestam esse probabile fiat ex epistola ad *Pammachium*, ex qua superius excerptum desumsimus, his vtemur: *Nosti me ad hoc opus non descendere — nisi ad* Apologiam (sc. Joannis) *de qua nunc scribere institui*, multorum animos *diceres*, (Pammachi)

Tranſeamus ad famoſiſſimam de reſurrectione carnis et corporis *quaeſtionem* — — *Lege ergo de reſurrectione carnis, quae ſubdita ſunt* — — Paſſionem (haec nimirum *Joannes* ſcripſerat) quoque eius in cruce et mortem ac ſepulturam, quae vniuerſa ſeruauit, ac reſurrectionem veritate et non putatiue confitemur; qui et primogenitus ex mortuis, primitias maſſae corporum noſtrorum, quas in ſepulchro poſitas ſuſcitauit, peruexit ad coelum, ſpem nobis reſurrectionis in reſurrectione *proprii* corporis tribuens, vnde et omnes ſic ſperamus reſurgere ex mortuis, ſicut ille reſurrexit, non in aliis quibusdam *peregrinis* et in *alienis* corporibus, quae aſſumuntur in phantaſmate, ſed ſicut ipſe in illo corpore, quod apud nos (in *Hieroſolymarum vrbe*, vult dicere) in ſancto ſepulchro conditum reſurrexit, ita et nos *in ipſis* corporibus, quibus *nunc* circumdamur, et in quibus *nunc* ſepe-

machi) perturbatos — *Quae haec eſt tanta arrogantia non reſpondere de fide interrogantibus?* — — — *At* contemnis laicos, diaconos, *atque* Presbyteros! (hinc itaque illae lacrimae) — — *Sed dicis* epiſtolam meam probauit Alexandrinus Epiſcopus! — — *Vnde* nouerat *Alexandrinae Eccleſiae Pontifex*, in quibus arguereris? etc. *Epiphanius* porro ad *Hieronymum* in ep. cit. ita: *Iam puto et te aliquid operis edidiſſe, et* iuxta priorem epiſtolam, qua te ſuper hac re fueram exhortatus, *elimaſſe librum, quem tuae linguae homines legant.*

limur, eadem ratione et visione speramus resurgere. *Quae enim iuxta Apostolum seminantur in ignobilitate, surgent in gloria; seminatur corpus animale, surget corpus spiritale*, de quibus et Saluator docens locutus est: *qui enim digni fuerint seculo illo et resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque nubentur, neque enim vltra mori poterunt; sed erunt sicut Angeli Dei, cum sint filii resurrectionis. Rursum* (Hieronymi interlocutio) *in alia parte epistolae, hoc est, in fine suorum tractatuum (homiliarum*, vt existimandum sit *Joannem* epistolae huic defensoriae particulam aliquam ex sermone de resurrectione, quam forte *Epiphanius* ante ipsi obiecerat, inseruisse) *vt auribus illuderet nescientium, strepitum resurrectionis ac pompam hac verborum ambiguitate librauit* — — Sed neque de secundo glorioso aduentu Domini nostri Jesu Christi intermisimus, qui venturus est in gloria sua iudicare viuos et mortuos; ipse enim suscitabit omnes mortuos et ante tribunal suum esse faciet et vnicuique reddet *secundum quod egit per corpus* siue bonum siue malum. Scilicet aut coronandus in corpore, quod caste egit et iuste, aut condemnandus, quod voluptatibus pariter iniquitatibusque seruiuit. *Hoc quod in Euangelio legimus* (sic pergit Hieronymus) in consummatione mundi si fieri potest, seduci etiam electos, *in hoc capite* *compro-*

comprobamus. Audit vulgus indoctum mortuos et sepultos; audit resurrectionem mortuorum veritate et non putatiue, audit primitias etc. (repetit nimirum verba aduersarii) *et ne hoc parum quis existimaret, addit in extremo capitulo* et vnicuique reddet etc. *Haec audiens indoctum vulgus, in tanto mortuorum sepulti corporis resurrectionis sonitu nullam stropham, nullas insidias suspicatur: Credit esse quod dicitur; sanctiores enim sunt aures populi, quam animus sacerdotis —— Antequam vultum Draconis euoluam — dogma Origenis de resurrectione breuiter exponam* — Hoc nunc agit per ea, quorum supra in *Origene* specimen dedimus, et deinde pergit, *haec est omnis caussa, quae* (quare) *in expositione fidei tuae ad decipiendas aures ignorantium* nouies corpus (binam in loco apostolico mentionem ipsi simul adnumerat) *et ne semel quidem* carnes *nominas, dum homines putant, te carnes in corporibus confiteri et* idem *carnem esse quod* corpus. Si idem est, non diuersum significat! *Scio enim te hoc esse dicturum:* putaui idem corpus esse quod carnem, simpliciter sum locutus. *Quare non* carnem *potius nominas? vt corpus significes et indifferenter nunc carnem, nunc corpus? — — — Sed et illud quod argute subnectis et prudenter praecauens dissimulas scito nos intelligere: His enim testimoniis veritatem resurrectionis probas,*

 quibus

quibus Origenes negat et de dubiis incerta confirmans certam fidei domum subuertis seminatur corpus etc. neque nubent neque etc. *Quae alia exempla assumeres, si resurrectionem negares: Vis resurrectionem carnis — — — hoc potius adiunge et dic,* quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere — — infer digitum tuum in manus meas rell. — *Profer Ezechielem*, qui ossa iungens ossibus — carnibus neruisque constringit — — *Argumenta vero illa puerorum et infantum et senum et ciborum et stercorum, quibus adversum ecclesiam vteris, non sunt* tua, *de gentilium fonte manarunt.* — — — *Miraris* si de infantibus et senibus in perfecti viri aetatem resurrectio fiat, cum de limo terrae absque vllis aetatum incrementis homo factus sit! —

Itaque ex his postremis patet, *Hieronymum* multa in antecedentibus ex *Ioannis* descriptione resurrectionis retinuisse, quemadmodum vniuersa recensio manifesto omnino indicio est, *Joannem* in eadem *Origenem* secutum esse; sitque tantum dolendum, inter tantos viros tantas factionum et simultatum turbas incidisse, ex sapienti *Erasmi* super hac epistola monito. Liberum vero nunc erit Lectoribus, fragmentum hoc professionis fidei antecedentibus priuatis cogitatione addere et ipsum *Joannem* in primae Sectionis contextu post *Gregorium* Nazianzenum Alexandrinis doctoribus apponere.

SECTIO

SECTIO IV.

ACATHOLICORVM DE RESVRRECTIONE CARNIS SENTENTIAE.

Supereſt, vt paucis amplius ſpeciminibus declaremus, quibus modis hic doctrinae communis locus ab iis impugnatus fuerit, quos eccleſiaſtica conſuetudo haereticos appellare ſolet, et quinam illi maxime fuerint. Nam ab exteris Philoſophis vt *Hierocle*, Sophiſtis *Himerio*, *Libanio*, atque ipſo Imperatore *Iuliano*, et per ſe intelligitur huiusmodi pugna, et ex ſuperioribus *Celſi* eius ratio facile informari poteſt. Atque erit praeterea ſatis monuiſſe, Gnoſticorum celebriores familias, vt *Valentinianorum* etc. amplius hoc quoque ſeculo floruiſſe, quod ex Patrum in ſuis libris toties facta eorum vt praeſentium mentione clare conſtat. Itaque quoniam ſupra in ſeculi ſecundi periodo *Bardeſanis* nomen plane ſuppreſſimus, cum inſigni omnes de eo narrationes obſcuritate laborent, eius ex hoc ſeculo diſcipulos de reſurrectione differentes audiemus, ad *Manichaeos* deinde progredientes, tandemque circumſpicientes, ſi forte noui reſurrectionis aduerſarii inde a ſuperiore ſeculo ad reliquos acceſſerint.

BARDESIANISTARVM
Syllogiſmi.

Sumimus vero tanquam euictum, Dialogum *de recta in Deum fide* inter opera *Origenis* editum atque eidem olim temere adſcriptum, opus ſeculi fere quarti eſſe: vt itaque huius loci ſit eo noſtrae narrationis cauſſa vti atque ea ſummatim excerpere, quae Sectione *tertia, quarta* inprimisque *quinta Marinus* ex *Bardeſianiſtarum* diſciplina reſurrectioni carnis opponit —

Abſurdum (ita ſatis pro imperio incipit) *cenſeo, quod vos dicitis, Verbum carnem hominis aſſumſiſſe, et dicere praeterea* hanc carnem *reſurgere. Merito enim* (caro) onus, ſepulchrum atque vinculum *vocatur, quoniam anima peccatrix* huic corpori *incluſa eſt, quemadmodum Apoſtolus* Chriſti (itaque non abſtinuit *Bardeſanes* a nomine *Chriſtus*) Paulus *clamando petit*, vt a corpore liberetur *dum dicit:* O me infelicem etc. [1]) — — *nego itaque* corpus reſurgere [2]) *Nam*

1) Ατοπον ἡγουμαι το λεγειν ὑμας — τον λογον του Θεου σαρκα ἀνθρωπου ἀνειληφεναι· και το φασκειν, ταυτην την σαρκα — ἀνισασθαι· εἰκοτως γαρ ἀχθος και σημα και δεσμα κεκληται δια το ἁμαρτησασαν την ψυχην ἐνδεδεσθαι τῳ σωματι τουτῳ, ὡς ὁ Αποστολος του Χριστου Παυλος βοα ῥυσθηναι ἀπο του σωματος λεγων· ταλαιπωρος ἐγω ἀνθρωπος —

2) Φημι — το σωμα μη ἀνισασθαι.

— — *Nam* corpus et caro *mihi* idem *sunt* [1]) — — *Ipse Christus habuit quidem* corpus *sed* coeleste, *vnde et Paulus inter* corpora coelestia *et* terrestria *clare distinguit* [2]), *dicit alibi*, *(nam credo Apostolico)* qui descendit, ipse est, qui et ascendit, *et in Euangelio legimus*, nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo filius hominis — *Vides cum plane se e coelo venisse dicere* [3]) — — *Sed ordine procedam primumque* rationibus *atque deinceps* Scripturarum testimoniis *vincam quod sumsi.* Ratione *vtor* ex perpetuo fluxu materiei corporis desumta, vnde vndequaque *quaerendi necessitas oritur*, *quodnam corpus resurrecturum sit*, vtrum puerile, an senile, quisnam sanguis vna cum eo excitetur [4])? *Ad* scripturas *progredior et recito tibi sententiam decretoriam Dei:* non manebit Spiritus meus

1) *Sect.* IV. σωμα και σαρξ το αὐτο ἐστιν.

2) *ibid.* λεγει ὁ Αποστολος· σωματα ἐπουρανια και σωματα ἐπιγεια — Οὐρανιον (σῶμα) ἐσχε και δεικνυμεν, ὁτι οὐρανιον ἠν.

3) *Sect.* IV. πιστευω μεν αὐτῳ (ἀποστολικῳ) ἀλλα προσχες, πως ὁ αὐτος Αποστολος λεγει· ὁ καταβας αὐτος ἐστι γαρ ἀναβας· και· οὐδεις ἀναβεβηκεν — εἰ μη ὁ ἐκ του οὐρανου καταβας ὁ ὑιος του ἀνθρωπου· ὁτι τηλαυγως λεγει, αὐτον ἐξ οὐρανου ἐληλυθεναι.

4) *Sect.* V. το του ἀνθρωπου σωμα οὐκ ἐκ παιδων μεχρι γηρως το αὐτο παραμενει· ῥευστης οὐσιας ὑπαρχον — — ποιον οὖν λεγεις σωμα ἀνιστασθαι; το ἐν νοσοις δαπανηθεν, ἠ το ἐκ παιδοθεν, ἠ το γηραλεον —

meus in hominibus istis, quia sunt caro et sanguis [1]) — — *demonstro tibi nec* Prophetas (inde vero non effici potest *Bardesanistam* ipsam Prophetarum auctoritatem agnouisse, cum κατ' ἀνθρωπον disputet et ante interrogauerit, *quasnam Scripturas recipis?* et orthodoxus responderit *omnes* [2])) *nec* Apostolos *mentionem fecisse* carnis aut sanguinis in *commemoratione salutis hancque soli animae tribuisse: En!* eruisti animam meam ex morte; sitiuit anima mea ad Deum viuum; in te confidit anima mea et in vmbra alarum tuarum spero; — non relinques animam meam in inferno. *Propterea non nego immortalitatem animae* [3]) — *Sed pergo! Apostolus dicit*, o me infelicem etc. *Audisne, quomodo corpus* carcer *dicat, quoniam nempe anima in illud inclusa est, fecit-*

1) *ibid.* ἀναγινοσκω ἀποφασιν του Θεου — το πνευμα μου ἐν τοις ἀνθρωποις τουτοις οὐ μη καταμεινῃ, δια τε εἰναι αὐτους σαρκα.

2) Μα. ποιαις γραφαις πειθῃ; Α. πασαις ἐνδιατετοις πειθομαι.

3) πεισω σε ἀπο γραφων, ὁτι οὐτε Προφηται οὐτε Αποστολοι μνημην ἐποισαντο σαρκος ἠ αἱματος, ἀλλα ψυχης μονης, ἡν και ηὐχοντο σωσαι· και πρωτον μεν ὁ Δαβιδ· ὁτι ἐρρυσω, φησι, την ψυχην μου ἐκ θανατου· και παλιν — ἐπι σοι πεποιθεν ἡ ψυχη μου — και παλιν· οὐ καταλειψεις την ψυχην μου εἰς ἀδην — — των προφητων ΑΛΗΘΕΣΤΕΡΟΝ ΤΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ παραγω μαρτυρα — ταλαιπωρος ἐγω κ. τ. λ.

fecitque ei Deus tunicas pelliceas, *h. e.* corpus [1]) — — *Et quid clarius eiusdem pronunciato* caro et ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt, neque corruptio incorruptionem [2]): *Si mihi obieceris ſeriem demonſtrationis apoſtolicae* 1 Cor. XV, 29. ſq. *haec pro mea ſententia dicta erunt* [3]): *Etenim non* hoc corpus *dicit excitari*, *ſed* aliud, Deus autem dat illi corpus ſicut vult — non corpus futurum ſeminas, *ſed* nudum granum tritici [4]); *vt non dicam* Marcionitas (interloquitur nempe in hoc contextu *Marcionita* et vrget variam lectionem, quam ob inſolentiam et vniuerſi inſtituti perfectionem inſerere hoc ſermonis tranſitu placuit) *in ſuo Codice habere* Deus dat ei *ſpiritum*

1) *ὅτε παρεβη την ἐντολην του Θεου ἡ ψυχη — τοτε, φησιν, ἐποιησε ὁ Θεος δερματινους χιτωνας — τουτεστι το σωμα.*

2) *ἀκουε — και λεγοντος· σαρξ και αἱμα βασιλειαν Θεου κληρονομησαι οὐ δυνανται, οὐτε ἡ φθορα κ. τ. λ. τι τουτο φανερωτερον;*

3) adducit nempe orthodoxus illam ῥησιν totam et inter alia comma 51, ex lectione hac: *παντες μεν* ΟΥ *κοιμηθησομεθα, παντες δε ἀλλαγησομεθα.*

4) *οὐ τουτο το σωμα λεγει ἀνιστασθαι, ἀλλ᾽ ἑτερον, ἀπο του λεγειν· ὁ δε Θεος διδωσιν αὐτῳ σωμα, καθως ἠθελησεν. — — ὁρας, ὁτι λεγει· οὐ το γενησομενον σωμα σπειρεις, ἀλλα γυμνον κοκκον σιτου.*

spiritum sicut vult [1]). *Sed hoc obiter neque adeo vtar hac lectione, cum his omnibus* satis a me effectum *puto neque* possibilem carnis *resurrectionem*, *neque* quasi ex promisso *sperandam esse* [2]):

MANICHAEORVM.

In hoc nimirum seculo licet demum, quod superiore nondum ex legibus fidei historicae audebamus, de *Manichaeis* quaerere. Vtemur vero inprimis *Chrysostomi* testimoniis tribus aut quatuor, sed admodum luculentis in horum contradictione describenda, atque ex iisdem hanc disserendi compagem efficiemus:

Nulla est corporis resurrectio, neque adeo nobis opus corpore, ergastulo, vinculo cetera [3]): *Quin etiam non intelligunt Scripturas, qui pro resurrectione* earum auctoritate *pugnant*, *cum vbique*

1) Ms. (*Marcionita*) ἐν τῳ ἡμετερῳ ἀποστολικῳ οὐχ' οὑτω λεγει — — ἀλλ' ὁ Θεος διδωσιν αὐτῳ πνευμα καθως ἠθελησεν.

2) post antecedentia nempe in dialogo nihil amplius *Bardesianista* reposuisse reperitur.

3) *hom.* II. in *Act. Apost.* που εἰσιν οἱ διαπιστουντες τῃ ἀναστασει; τινες εἰσι; — — οἰδα· ἑλληνες εἰσι (simulat nempe et vere tangit Manichaeos) οἱ και τῃ δημιουργιᾳ της κτισεως ἀπιστουντες: Nunc dicit eos nolle videri, quasi Deo potentiam corpus suscitandi denegent, sed resurrectionem se negare, ὁτι οὐ χρεια σωματος.

vbique per resurrectionem liberatio a peccatis atque hoc peccati corpore indicetur [1]). *Et quid volunt? Nonne Seruator latroni in cruce promittebat* hodie mecum in Paradiso eris? *Itaque si absque* corpore *eum introduxit et* absque corpore *bonis coelestibus potitus est, manifestum resurrectionem non esse; hacque posita certe non dixisset,* hodie *mecum eris* in Paradiso, *sed* in tempore consummationis, quando corporum erit resurrectio. *Nunc vero cum eum mox felicem praedicet et tamen corpus eius* extra Paradisum remanserit et corruptionem *expertum sit, liquet* nullam corporum resurrectionem esse [2]).

Pluribus

1) *hom.* XXXVIII. in 1 Cor. XV. ad verba: *tradidi vobis Christum pro peccatis nostris mortuum* etc. *πρωτον αξιον ακουσαι τι λεγουσιν ενταυθα οἱ τα Μανιχαιων νοσουντες* — ΘΑΝΑΤΟΝ *ενταυθα, φησιν, ουδεν αλλο λεγει ὁ Παυλος, ἡ το εν ἁμαρτια γενεσθαι, και* ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ *το των ἁμαρτιων απαλλαγηναι.*

2) *ενταυθα προσεχετε — και γαρ οἱ Μανιχαιοι οἱ κυνες — — φασιν, ειπεν ὁ Χριστος, αμην αμην — — σημερον μετ' εμου εσῃ εν τῳ παραδεισῳ, ουκουν αντιδοσις ηδη γεγονε των αγαθων και περιττη ἡ αναστασις· ει γαρ εν εκεινῃ τῃ ἡμερᾳ απελαβεν — τα αγαθα, το δε σωμα αυτου ουκ ανεστη — — — φθαρεν εμεινεν εξω,*

ενδηλον

Pluribus non opus eſt, cum vel ex his et vniverſa eorum de corpore, tanquam opificio mali ſpiritus ὑποθετει de reliquis iudicium fieri poſſit. Neque etiam aliis ſpeciminibus adeo abundamus, etſi *Auguſtinus* toties aduerſus eos prodierit et fere omnes doctores huius ſeculi aliqua eruditionis laude clari idem egerint. Sed dum horum libri exceptis fragmentis trium librorum *Titi* Boſtrenſis perierunt, ille vt plurimum eorum ſumto primario aut aliis locis cum noſtro non adeo connexis inhaeret. Itaque iisdem de cauſſis omnibus ſatis habebimus, *Priſcillianiſtas* vnice nominaſſe, tanquam *Manichaeorum* per Hiſpaniam huius ſeculi Apoſtolos [1]).

QVAESTIO

de

ARIANORVM *fide reſurrectionis.*

Id potius quaeramus, in tanta *Arianorum* per vniuerſum fere ſeculum poſſeſſione, quid de horum ſuper reſurrectione cogitandi differendique modo

ἐνδηλον ὁτι σωματων ἀνασασις οὐκ ἐσαι — — εἰ γαρ ἠν σωματος ἀνασασις, οὐκ ἀν εἰπε, σημερον μετ᾽ ἐμου ἐση ἐν τῳ παραδεισῳ, ἀλλ᾽ ἐν τῳ καιρῳ της συντελειας, ὁταν σωματων ἀνασασις ᾖ.

1) cf. S. V. *Walchius* in l. c. (*Entwurf* etc.) T. III.

modo constet. Atque est omnino hoc magis digna res, quae si fieri possit, certis testimoniis extra dubitationem ponatur, cum primo Symbola Arianorum ante allata ob inconstantiam in hac parte doctrinae recensenda, eam ambiguam reddant (cf. IV. cum VII. et in priuatis *Lucianeum* cum *Eunomiano*) atque praeterea hac quaestione constituta non amplius difficile foret inter *Sykesium* Arii symbolum in Synodo Hierosolymitana exhibitum eius proprium censentem atque reliquos, qui publicum Alexandrinae ecclesiae fuisse affirment, arbitrum agere. Quodsi nunc coniecturis res agenda esset, multa in promptu nobis forent non sine veri specie dicenda; sed testimoniis vtendum est, atque ipsi eadem requirimus, conatum vero, quod fatendum est, omnem frustraneum experti. Iudicent itaque alii annon suspicione certe laborent, qui, quemadmodum *Lucianus* sibi extorqueri potius patiuntur professionem, quam libere reddunt, *quod si addendum est* praeludentes, aut cum *Eunomio* praeter consuetudinem breuis formulae, tam late in vno capite se explicant. Atque iidem cognoscant, quatenus vtriusque professio cogat credere, iis vere ex hac quoque doctrinae parte molestiam aliquam creatam fuisse. Etenim mihi hoc, si *addendum est*, plane videtur eius esse, quem alii existimabant addere nolle, quemadmodum in alterius verbositate indicia inesse desideratae ab aliis puritatis. Quibus fortasse nouum robur inde addi posset, quod *Eunomius* studiose tamen sibi a carnis verbo cauet, alter vnice *persuasionem* profitetur (siquidem adeo

vrgendum sit discrimen modi loquendi πιςευειν ΠΕΡΙ ΤΙΝΟΣ atque alterius πιςευειν τι) atque si ad superiora *Acacii* Caesareensis apud *Hieronymum* in interpretatione sermonis Apostolici *omnes quidem dormiemus* regredi velimus, is in eadem abstinentia a verbo *carnis* deprehendatur.

Vt tamen animus nobis in coniecturas pendet; sed nimirum per tot spatia silere coactus non exiguo profecto experimento! Itaque patiamini, Lectores, vt nunc demum liberius paullisper excurrat, vbi nulla superest caussa, quare amplius coerceatur.



* *

CAPVT QVINTVM.

PRAETERITA, CONIECTVRAE, QVAESTIONES ET CONCLVSIONES.

Restat igitur, vt his, quae per antecedentem enarrationem acta fuisse cognouimus super resurrectionis doctrina, vtamur ad acuendum quouis modo iudicium nostrum atque, si fieri possit, vniuerse amplificandas iustae doctrinae theologicae copias. Sed quoniam haerentibus nobis paullisper ad seculi secundi exitus interea viri docti occurrerunt, qui de momentis quibusdam caussae a nobis praeteritis nos admonuerent, valde opportunum erit, ea mox in hoc loco indicasse, vt suis in locis inserantur.

Praeteritorum indicia et excusatio.

In parte itaque ea, in qua Scripturarum N. T. testimonia de resurrectione collegimus, Commentariorum Lubecensium [1]) Auctores clarissimi desiderarunt mentionem locorum 2 Cor. IV, 14. 1 Thess.

1) Lübecksche Nachrichten von den merkw. theol. Schriften Vol. II. fasc. IX. p. 833. sq.

1 Theſſ. IV. 16. 2 Tim. II, 18. iudicaruntque in profeſſionibus fidei amplius a nobis numerandas fuiſſe has, quae Actor. XXIII, 6. XXIV. 15. Ebr. VI, 2. contineantur. Atque iidem praeterea Apocalypſeos nullam à nobis in iſta locorum recenſione rationem habitam fuiſſe notarunt vnice, relicto lectoribus iudicio. In quo quemadmodum grati agnoſcimus cenſurae lenitatem, ita cedimus libenter prioris moniti per omnia fere iuſtitiae; etſi nollemus propterea ipſis Viris doctis vti reliquis noſtris Lectoribus putide negligentes videri. Ipſi nimirum videbunt ſermonem Apoſtolicum Act. XXIV. 15. Ebr. VI, 2. excitatum tamen a nobis fuiſſe (p. 14. 15.) etſi loco paullo alieniore; quod vero non aeque videre poſſunt, veriſſime tamen affirmare nobis licet, in loco 2 Cor. IV, 4. nos fefelliſſe conſonantiam alterius 1 Cor. VI, 14. quemadmodum in proximo ad Theſſalonicenſes eius concentus cum Apoc. XXI. 5. 6. reliquos vero partim deſtinato conſilio a nobis praetermiſſos fuiſſe, partim alii tempori ſeruatos. Nam quod ad Act. XXIII. 6. attinet, propoſueramus in huius capitis diſputatione de baptiſmalibus fidei profeſſionibus pro antiquitate conſuetudinis illarum eo vti; quemadmodum mos eſt Viris doctis, et quae porro Apoſtolus ad Timotheum ſcribit retuleramus inter argumenta opinationem *Hymenaei* declarantia (p. 66.) videturque hic locus etiamnum commodior, cum Apoſtolus *aliorum* potius ſententiam recenſeat, quam *ſuae* (in prima Sectione potiſſimum quaeſitae) rationem reddat. Si nunc maiori, vt

videri

videri posset, culpa plane nulla ex *Apocalypsi* testimonia caussae attulimus, fidei historicae legibus in eo parendum fuit, quibus praecipitur testimonia librorum ambiguae siue controuersae auctoritatis satius esse hactenus seponere, quatenus ei vndequaque muniendae non satisfacere possis siue loci angustia prohibitus, siue argumentis satis vincentibus destitutus, quod vtrumque illo tempore nobis impedimento erat. Referent itaque Lectores commemoratos locos, quos liberali monito nobiscum debent, ad classem I. et IV. Sect. I. formula illa *Actor.* XXIII, 6. non excepta. Nam fatendum est, per eam prima ibi fundamenta futurae disputationis iecisse, narrationis bene ordinatae proposito longe accommodatius esse. Itaque eadem de caussa plane acquiescimus iudicio in Goettingensibus indicibus literariis [1]) ex arte facto de male omissa a nobis in periodo narrationis secunda parte illa epistolae Martyrum Viennensium et Lugdunensium, in qua frequens et aperta mentio resurrectionis occurrat [2]). Quod enim constitueramus ex eadem capite quinto demum quaestionem formare, quatenus *Martyres* existimandi sint resurrectionem non corporis quomodocunque cogitati, sed *carnis* inprimis sperasse, artis tamen fuisset ante tanquam momentum primarium, ad quod iudicium deinde faciendum esset, in Acta referre. Itaque illud hic in praetermissis

 Sect.

1) *Götting. Anzeigen von gelehrten Sachen* 123 pars A. MDCCLXVI.

2) cf. *Eusebium*, hist. eccl. l. V. c. 1. extr.

Sect. III. adſcribemus totum, huius quidem ſententiae: *Martyrum corpora — — — in Rhodanum fluuium proxime praeterfluentem impii homines diſperſerunt, ne vllae amplius in terris reliquiae eorum ſupereſſent. Atque id agebant, quaſi Deum vincere poſſent, ſicque* adimere illis reſurrectionem: *atque, vt ſolent dicere*, ne ſpem vllam reſurgendi habeant, *qua freti nouam et peregrinam nobis introducunt religionem — videamus enim nunc*, an ſint reſurrecturi *atque Deus eorum ipſis ſuccurrere poſſit eosque ex manibus noſtris eripere* [1]).

Coniecturae ſuper varietate lectionis locorum quorundam atque eorundem interpretatione.

Hoc nunc primum agemus, vt, quoniam vti longius progreſſi ſumus, ita magis in lectione horum locorum 1 Cor. V, 5. XV, 21. 22. 51. 52. 2 Cor. V, 10. Phil. III, 21. Rom. VIII, 11. viros doctos diſſentientes deprehendimus; quaenam in ſingulis ſequenda ſit lectio, coniecturae probabilitate

1) τα οὖν σωματα των Μαρτυρων — — ὑπο των ἀνομων κατεσαρωθη εἰς τον Ροδανον ποταμον πλησιον παραῤῥεοντα, ὅπως μη δε λειψανον ἀυτων φαινηται ἐπι της γης ἐτι· και ταυτ᾽ ἐπραττον, ὡς δυναμενοι νικησαι τον Θεον και ἀφελεσθαι αὐτων την παλιγγενεσιαν· ἱνα, ὡς ἐλεγον ἐκεινοι, μη δε ἐλπιδα σχωσιν ἀναστασεως, ἐφ᾽ ἡ πεποιθοτες ξενην τινα και καινην ἡμιν εἰσαγουσι θρησκειαν — νυν ἰδωμεν εἰ ἀναστησονται και εἰ δυναται βοηθησαι αὐτοις ὁ Θεος αὐτων —

tate siue ipsi assequi tentemus, siue aliis doctioribus examinandum relinquamus.

1 Cor. V, 5. *Manes* apud *Epiphanium* membrum posterius ex vulgata scriptura tale

ἱνα το πνευμα σωθῃ ἐν τῃ ἡμερα του ΚΥΡΙΟΥ ΙΗΣΟΥ

in hunc modum excitabat:

ἱνα το πνευμα σωθῃ ἐν τῃ ἡμερα του ΚΥΡΙΟΥ.

Cum hac lectione consentire videbatur *Hilarius* Diaconus, qui in interpretatione in *die Domini* simpliciter dicit, et aperte eam sequitur *Tertullianus* non modo a *Millio* laudatus, verum *Origenes* quoque in fragmento Commentariorum in *Exodum.* Idem ille porro Codices quosdam, Versiones et Patres commemorat pro Scriptura hac:

ἱνα το πνευμα — — ἡμερα του ΚΥΡΙΟΥ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

Quibus et nos tandem addimus *Hieronymum* in loco, in quo ex verbis Apostoli rationes aduersus *Ruffinum* [1]) efficere volebat hac scriptura vtentem:

tradidi huiusmodi Satanae in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.

Hic mihi dubium non est, quin lectio per simplex *κυρίου* verior sit, cum in tot aliis locis nomen Ιησους aut Χριϛος aut vtrumque coniun-

 ctum

1) l. II. *Apologiae.*

ctum ad glossas pertineat. Sed neque Hieronymianam lectionem mox reiiciendam putem sine curiosiore examine, atque dignam certe, quae ei subiiciatur, cum primum sensus plenus euadat, si vel maxime hoc *in die Domini* desit, deinde locus fere parallelus 1 Tim. I, 20. non impediret, quominus qui ibi dicit, *vt discant sapere*, hic vnice dixerit, *vt* spiritus *seruetur*, addito tantum *spiritus* verbo, propter alterum *carnis* oppositum, atque tandem hoc modo et omnis sententiae difficultas plane tolleretur, et ratio pateret, quare seculo demum III. *Manes* ad denegandam resurrectionem carnis hanc Apostoli orationem excitasse deprehendatur. Posita vero integritate verborum εν τη ἡμερᾳ κυριου de interpretatione totius membri facili atque consentanea verbis plane despero. Nam illam *Hilarii* supra allatam omnes per se videant nimis coactam esse et *Moshemii*, *vt* animus s. spiritus (*resipiscat*) *et* (*totus homo deinde*) *saluus fiat in die I. C.* iam illae clausurae verborum suspectam reddunt: Paraphrasin exhibent, cui omnia licent, et qua certe tot suas ellypses in intelligentia linguae ornant magni interpretes, vbi versionem atque strictam interpretationem requirimus.

1 Cor. XV, 21. 22. Supra vidimus *Origenem* in *Celsi* reprehensione inter alia commemorasse prouerbium sui temporis — ὁτι δια ξυλου θανατος, και δια ξυλου ζωη; θανατος μεν κατα τον Αδαμ, ζωη δε κατα τον Χριστον: Itaque in hoc loco hoc vnice cauere volebamus, ne quis forte

forte in posterum pro varia lectione adscripti sermonis Paulini aut indiciis alicuius varietatis iisdem vtatur. Nam etsi hoc mihi certum est, habenda esse illa verba pro scholio vtriusque commatis, sic, vt sententiam prioris δι' ἀνθρωπου — θανατος — νεκρων, parabolice efferrent δια ξυλου — ζωη et posterioris contenta in orationem breuiorem θανατος μεν κατα τον Αδαμ· — Χριϛον cogerent, tamen aeque certum videtur plus fingi non posse, cum totum non γεγραμμενον, sed ειρημενον ipse *Origenes* dixerit.

1 Cor. XV, 51. 52. Vidimus in his quoque laudandis mirum in modum discrepare superiores Scriptores, neque alienum erit a proposito, eorum dissonantias hic paucis repetere.

Hilarius in excerpto Ps. LIV et CXVIII. (nam medium ibidem *omnis quidem* caro *resurget*, credimus ipsi merum glossema esse) bis et semel ita vt *contextum* Apostoli ipsum citare voluisse existimandus sit, illum itaque exhibet in hunc modum:

Omnes quidem resurgent, sed non omnes im- (com) *mutabuntur.*

Ruffinus in *declaratione*:

Omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur s. *omnes* autem *non immutabimur.*

Hilarius Diaconus atque *Ambrosius* locis suis, plerique *Codices latini* ex recensione *Hieronymi*:

Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.

Theodorus Heracleotes, *Apollinarius* (in ep. apud *Hieron.* in huius mentione a nobis laudata) nonnulli graeci Codd. et forte *Lactantius* (vide eum)

non *omnes dormiemus, omnes autem immutabimur* (ὀυ παντες κοιμηθησομεθα, παντες δε ἀλλαγησομεθα).

Diodorus Tarsensis (ibid.) non legisse videtur, quoniam, in Commentario quidem, eorum interpretationem plane praeteriisse dicitur.

Didymus ex auctoritate *plurimorum* Codd. scriptorum:

Omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur (παντες μεν κοιμηθησομεθα, οὐ παντες δε ἀλλαγησομεθα).

Haec itaque ipsi progrediendo cognouimus, etsi, sine nostra tamen culpa, accidit, vt non statim in *Tertulliano* indicia huius varietatis apparerent, qui et ipse per mutationem vnius tantum syllabae atque particulae legit:

Omnes quidem resurgemus, non autem *omnes* de*mutabimur*,

addit-

additque interpretando, *ſed illi ſcilicet ſoli, qui inuenientur in carne* [1]). Atque nolumus nunc ea longius repetere, quae *Millius* atque *Wetſtenius* de diſcrepantiis huius loci diſſeruerunt, quibus ſatis eſt partim hoc indice effeciſſe, vt pateat, *Millium* male pro lectione *omnes quidem reſurgemus* etc. *Hilarium* Pictau. et pro altera παντες μεν ου κοιμηθησομεθα *Diodorum* Tarſen. laudaſſe, partim vno verbo dixiſſe, omnes propoſitas lectiones, praeter Hilarianam, etiam in variis variorum Codd. graecis reperiri, cogi tamen ex *Chryſoſtomi* allegatione non longe ab initio ſpeciminis ex eodem exhibita *rurſus ſermonem de reſurrectione mouet*, παντες μεν ἀναςησονται, οὐ παντες δε εἰς ζωην, hanc quoque ſcripturam in Codicibus olim extitiſſe. Hoc vnice nobis ſumimus aliis ad ſubtilius quaerendum proponere, annon omnia fere in ſuſpicionem trahant, totum hoc poſt verbum λεγω vsque ad initium periodi 52. gloſſema fuiſſe ab initio ex varia verborum νεκροι ἐγερθησονται ἀφθαρτοι, και ἡμεις ἀλλαγησομεθα interpretatione ipſum varie effectum hisque in margine adiectum. Nam primum *Ignatius*, *Iuſtinus*, *Irenaeus*, *Clemens* Alex. quorum tamen tot ſuperſunt *libri*, et qui toties in materie ſcribendi maxime cum hac Apoſtoli (vt creditur) oratione coniuncta verſabantur adeoque omnes vsque ad extremam ſeculi ſecundi periodum hanc ignoraſſe videntur, eſtque *Tertullianus* primus, qui eam excitet: Hic ipſe porro primus quoque tali ſcri-

ptura

1) de *reſurrectione* c. XLII.

ptura vtitur, quam in nullo codice graeco ſuis temporibus legi *Hieronymus* affirmat; omnes deinceps ab hoc vel in ipſa ſententia exprimenda, vel certe in verborum eiusdem ſententiae ordine atque ſtructura variant, quae quaſi eſt nota χαρακτηριστικη ſcholiorum; rurſus *Diodorus* Tarſenſis IV. amplius ſeculo ea in ſuo codice non habuit, quod non ex mera in interpretando omiſſione, ſed ex haeſitatione eiusdem in ſententia ſequentis periodi cogimus, qua ſiue non opus erat priorem legenti, ſiue orta ex huius contextu quaerere ſubſidia procliue; iterum omnia cohaerent, ſi fingas Apoſtolum dixiſſe: *rem nouam atque inauditam homini vobis dico, in momento, in ictu oculi, audito vltimo tubae ſonitu* (audietur enim talis) *et mortui reſurgent incorrupti, et nos immutabimur*: porro oriebatur omnino accuratioris horum verborum interpretationis neceſſitas quaedam, cum quaeſtio relinqueretur, vtrum per *nos immutabimur* ſemouere Apoſtolus voluerit a ſuperſtitibus tempore aduentus D. N. moriendi neceſſitatem, aut potius relicta hac in illo momento vindicare ſolum ſibi et veris Chriſtianis, praeter reſurrectionem communem cum impiis, glorioſam mutationem, vt nunc pro varietate ὑποθεσεως, mox declaranda, alius prius poneret, dicendo, *omnes quidem dormiemus, ſed non omnes immutabimur*, alius poſterius, *non omnes quidem dormiemus, ſed omnes immutabimur*, illudque denuo mutatis verbis tertius aliquis exponeret, *omnes quidem reſurgemus*; tandem haud ob-

obſcurum eſt, vnde haec interpretationis diuerſitas nata ſit: Nam qui millenarium tempus affirmabant, hoc ſumendo cogebantur ab expoſitione, *omnes quidem dormiemus* ſ. *reſurgemus* abſtinere, nulla eiusmodi neceſſitate reliquos premente. Effecimus, puto, vt non omni fundamento hanc coniecturam carere pateat. Quod ad alteram com. 52. varietatem inter ριπη et ροπη ſenſu vtrinque pari attinet, *Didymi* auctoritatem in lectione ριπη praeferenda ſequimur.

2 Cor. V, 10. Locus, quemadmodum aeque interpolatus, ita coniecturae eidem patens. Colligamus hic quoque, quae per ſuperiorem narrationem diſperſae iacent, citationes:

Clemens Alex. τους παντας etc. quemadmodum in libris editis.

Tertullianus in cuius mentione p. 122. amanuenſis noſter, cui contextum deſcribendum dederamus, minus opportune eum abruptum dedit, plene ſic legit: *Omnes enim manifeſtari nos oportet pro tribunali Chriſti* Jeſu, vti *vnusquisque* reportet, quae per corpus ſecundum quae geſſit bonum ſeu malum (ἁ δια του σωματος προς ἁ ἐπραξεν ἀγαθον —)

Origenes (T. XIII. in *Matthaeum* l. c.) τους παντας ἡμας ΠΑΡΑΣΤΗΝΑΙ δει ἐμπροσθεν του βηματος του Χριϛου, ἱνα κομισηται ἑκαϛος

ΤΑ

ΤΑ ΔΙΑ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣ Ἁ ἐπραξεν, εἰτε ἀγαθον, εἰτε φαυλον.

Hilarius Diacon. *omnes* enim nos manifeſtari *oportet ante tribunal Chriſti*, vt recipiat *vnusquisque* propria corporis prout geſſit (τα ἰδια του σωματος, ὡς ſiue προς ἁ) *ſiue* bona *ſiue* mala (ἀγαθα — κακα)

Ambroſius: omnes oportet nos ſtare *ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnusquisque* propria corporis *prout geſſit*, *ſiue* bonum *ſiue* malum.

Baſilius vt *Origenes.*

Chryſoſtomus, ſemel: παντες γαρ ΠΑΡΑΣΤΗΣΟΜΕΘΑ τῳ βηματι του Χριϛου, ἱνα ἑκαϛος κομισηται προς ἁ ἐπραξεν; alibi: ἁπαντας ΔΕΙ ΠΑΡΑΣΤΗΝΑΙ τῳ (ſ. παραϛηναι ἡμας δει ἐμπροσθεν του —) βηματι του Χριϛου (ἱνα ἑκαϛος κομισηται ΤΑ ΙΔΙΑ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ, προς ἁ ἐπραξεν, εἰτε ἀγαθον εἰτε κακον) denuo alibi: παντα γαρ ΦΑΝΕΡΩΘΗΣΕΤΑΙ ἐμπ. τ. β. τ. Χ. ἱ. ἑ. κ. τα ΔΙΑ του σωματος Ἁ ἐπραξεν, εἰτε ἀγαθα εἰτε κακα; rurſus: τους γαρ παντας ἡμας ΦΑΝΕΡΩΘΗΝΑΙ ΔΕΙ ἐμπροσθεν — — — τα ΔΙΑ του σωματος ΟΣΑ ἐπραξεν εἰτε ἀγαθον εἰτε κακον.

Epiphanius (in excerpto) vltima ſic exhibet: — καθ᾽ ἁ ἐπραξεν, ΗΤΟΙ ἀγαθον

ΗΤΟΙ

HTOI φαυλον. Idem in confessione, *ινα ἑκαϛος ἀπολαβῃ προς ἁ ἐπραξεν* —

Ioannes Hierosol. (apud Hieronymum) ultima sic: *προς ὁ ἐπραξεν δια του σωματος, ειτε ἀγαθον, ειτε κακον (ante tribunal suum esse faciet et vnicuique reddet* secundum quod agit per corpus).

Hilarius Pictau. quem consulto distulimus ad hunc locum ex mox dicendis, videtur habuisse (cf. excerpta ex commentario in Ps. LV et LVII.) *omnes oportet nos* assistere *ante tribunal Christi, vt vnusquisque recipiat* quae fecit, *siue* bona *siue* mala.

Hic ante omnia nunquam satis mirari potui, vnde venerit, vt neque *Millius* neque *Kusterus* varietatem in verbo φανερωθηναι, per παραϛηναι s. etiam vt *Origenes* hom. 19. in Ieremiam habet παραϛαθηναι notauerit. Nam ipsi Graeci ei nimis constanter inhaerent, quam vt merus memoriae error in iis poni possit, et Hilarii *assistere*, quemadmodum Ambrosii *stare* credere cogit, latinum interpretem, quo vtebantur, illud in graeco contextu legisse, inprimis cum inter Latinos antiquiores vnus fere Tertullianus *manifestari* graeco φανερωθηναι respondens exhibeat. Non minus deinde mirandum, ter vel quatuor varietates clausulae *ειτε κ. ε.* eosdem plane praeteriisse, excepta illa vltimi κακον in φαυλον mutatio-

tatione: Nam interpres apud *Tertullianum* prius εἴτε praeterea non habuit, aliique vtrumque verbum in numero multitudinis legisse videntur. Neque illud *Kusteri* probem *Tertullianum* τα ante ἰδια omisisse, videturque mihi nimis apertum esse, eum ἁ legisse, vt est in Cod. *Boerneriano*, debuissetque potius notare, *Tertullianum* addere nomen *Jesu* post *Christi*. Itaque etiam libens fateor, cum in parua periodo ter inter verba eiusdem incerte vagentur antiqui Scriptores et in medio membro constructio graeca τα — προς ἁ fere nullius exempli sit, codices praeterea scripti in eodem mirifice dissentiant, me valde in eam sententiam inclinare, vt putem Apostolum simpliciter scripsisse τους γαρ παντας ἡμας δεει (aut etiam contracte δει sc. ὁ Θεος com. 5.) ἐμπροσθεν του βηματος του Χριστου, ἱνα κομισηται ἑκαστος, ἁ ἐπραξεν; versione nunc plana admodum hac: (Deus) *enim nos omnes* ponet (statuet) *coram* — *vt accipiat quisque quod fecit.* Hic cum δει per *opus est* interpretarentur rariorem eius vsum non statim animaduertentes, etiam apud LXX. Jud. XV, 4. obuium, cogebantur de ellypsi cogitare, vt nunc eam per φανερωθηναι, nunc παραστηναι aut plane παρασταθηναι supplerent atque pro hoc deinceps in vaga citatione παραστησομεθα dicerent. Atque erat omnino hoc magis procliue, significationem verbi minus frequentem cum altera permutare, quoniam illa posita Θεος requiri putabant, denuo consuetudinem Paulinam non cogitantes, qui toties verbum remotum repetendum

dum relinquit. Vltima etiam interpretis potius esse quam scriptoris per se patet, cum, quae fecerit, ad sensum satis sit. Sed vnde nunc τα δια του σωματος, si pro glossema habeantur? Audeo dicere ex *Clemente* Alexandrino, si aliquid tamen dicendum est. Experiamur denuo quid dixerit et an ita Graecitatis amans *Clemens* dicere potuerit — (p. 105.) ού συνιεισιν ούν, ώς έοικεν, ότι τους παντας ἡμας Φανερωθηναι δει έμπροσθεν του βηματος του Χριςου, ΙΝΑ κομισηται έκαςος δια του σωματος προς ά έπραξεν, έιτε άγαθον έιτε κακον· ΙΝΑ ά δια του σωματος έπραξεν τις άπολαβη: Sitne credibile, *Clementem* suam interpretationem ita verbis Apostolicis sine intercedente τουτ᾽ έςι aut simili transitus formula adiunctarum fuisse? Abhorret certe a consuetudine sermonis eius, vt itaque probabile sit, eum mox, interpretatione innexa scripsisse — του Χριςου, ίνα ά δ. του σωμ. έπρ. τις άπολαβη atque Criticum aut librarium deinde post effictam lectionem in contextum orationis illius intrusisse: quo modo pateret, quomodo ex scholio *Clementis* variata deinceps in textu scriptura orta sit, atque aeque intelligeretur, quare neque *Justinus*, neque *Irenaeus* antea in loco de resurrectione corporis eam vrgere potuerint. *Hilarius*, vt tandem hoc addam, vix dicere potuisset, *vnusquisque*, secundum Apostolum, siue bona siue mala percipiet in *carne*, si *corporis* verbum in sua versione habuisset. — Haec quoque indicare voluimus, cum verissimo voto, vt si fallimur, diuino

viro vindicent, quod suum sit, doctiores, sin subsit vero aliquid veritatis, eundem liberent sua auctoritate a vinculis ipsi iniectis, vt nunc non sine impedimento incedere possit, flumine orationis alias celeberrimus.

Rom. VIII, 11. Apponimus hanc praeterea orationem, quoniam ipsi quoque experti sumus in *Origene* eum mox scribere clausulam:

τα θνητα σωματα ὑμων δια το ἐνοικουν πνευμα ἐν ὑμιν.

mox:

τα θνητα ἡμων σωματα, δια το ἐνοικουν αὐτου πνευμα ἐν ἡμιν.

cum qua posteriore lectione consentiebat *Ambrosius* — *nostra* propter inhabitantem Spiritum eius in *nobis* — quemadmodum *Tertullianus* (p. 123. n. 2.) in priore, (prius etiam ζωοποιήσει vertens *suscitabit*,) *Irenaeus* aut interpres eius (p. 99. n. 5.) et *Chrysostomus*. Hic admodum difficile sit inter alterutrum ὑμων atque ἡμων, ὑμιν atque ἡμιν et nostrum το ἐνοικουν codicumque quorundam του ἐνοικουντος constituere, quale praeferendum sit, atque sensus etiam in vtroque clarus, etsi receptae lectionis consilio Apostoli forte accommodatior ob antecedens (com. 10.) δια δικαιοσυνην, Φρασει, δια το ἐν — πνευμα αὐτου εν ἡμιν fere aequipollens. Quod vero ad primariam in interpretatione pugnam

gnam ab initio à nobis commemoratam attinet, non dubito his accedere, qui corporum futuram resurrectionem intelligant, mouetque me series totius demonstrationis Apostolicae. Dixerat enim πνευμα *iam* viuere quatenus J. C. familiaritate in cogitando, volendo, sequendo eum atque omnia cum eo agendo vtatur, etsi corpus adhuc fragile sit: Atque nunc pergit in solatium huius maius quid addere, nempe hoc, quod quisque in eiusmodi transitu expectasset, *fore tempus, quo* et corpus *ob coniunctionem cum renouato Spiritu ad meliorem indolem renouandum sit.*

Phil. III, 21. Varie huius quoque loci particulam apud superiores legi meminerint Lectores, aut, si hoc paullo immodestius a nobis postulari putent, repetemus praecipuas diuersitates:

Origenes ap. Pamphilum: *transformabitur corpus humilitatis* (*eorum*, ob innexum suo sermoni horum verborum contextum) *vt* sit *conforme* gloriae corporis Christi, quasi graeca essent εἰς το ΕΙΝΑΙ αὐτο συμμορφον τῃ δοξῃ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

Idem (T. XIII. in *Matth.*) — — εἰς τὸ γενεσθαι αὐτο συμμορφον ΤΗΣ ΔΟΞΗΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

Eusebius in vno loco, ὃς μετΕσχηματΙΣΕ το σωμα τῳ σωματι της δοξης αὐτου; alibi vero: ὃς μετΑσχηματιΖΕΙ κ. τ. λ.

Hilarius ep. (in Ps. LXVII.) — *conforme* gloriae corporis *sui*, quasi esset, συμμοςφον τη δοξη του σωματος: sed mox in expressa citatione: *qui transformabit corpus humilitatis nostrae*, conformatum corpori gloriae suae; paullo post omisso verbo *corporis*, *conformes gloriae suae*.

Hilarius Diac. (in comment. ad h. l.) *corpori gloriae suae*.

Hieronymus c. Origenem: *transfigurabit Dominus corpus humilitatis nostrae* conforme corpori claritatis suae gloriae.

Ruffinus in declaratione: *qui transformabit corpus humilitatis nostrae* conforme corpori filii claritatis suae, (gr. — ταπεινωσεως ἡμων, συμμοςφον τῳ σωματι του ὑιου της δοξης αὐτου.)

Idem in defensione: *qui transformabit* — — *corpori* claritatis filii sui (τῳ σωματι της δοξης του ὑιου αὐτου.)

Cum sic vno consensu latinae versiones quibus diuersis, vt patet ex dissensu in reliquis, vsi fuerint latini scriptores illud εἰς το γενεσθαι αὐτο, quemadmodum Codices *Alex*. *Ger*. (in lat.) *Clar*. et *Boern*. (in vtroque textu) omiserint, neque Millius atque Kusterus, qui ad manus sunt, horum testimonium laudauerint, non superuacuum videbatur illud in hoc loco addere, etsi

etsi hactenus nihil definire audeamus, sensu vtrinque bono, et graecitate vnam commendante, dum altera propius ad ebraismum accedit. Erunt praeterea vix lectores monendi, in *Hieronymi* (nam eius esse ponimus, quamuis *Origenis* orationem latine scilicet versam recitet) citatione duplicem versionem verbi τῆς δόξης (*claritatis - gloriae*) coniunctam legi, reliquas vero varietates tribuendas fere esse interpretum explanationibus.

Veniamus itaque ad aliam propositi partem!

Quaestiones miscellaneae.

Si nobis hactenus Lectores contigerint, quibus non molestum fuerit per omnes periodos superioris narrationis gradatim nos persequi, haec duo puto nobiscum eos clare vidisse, quod vtrumque per *Sykesii* vniuersam disputationem non apparebat, primum per *tria* a primo seculo perpetuam inter ipsos Christianos doctores in declaranda resurrectione dissonantiam fuisse, his *carnis crassae*, illis *corporis huius quidem* sed nouis incrementis aucti ornatique verbo *alius* resurrectionem statuentibus; alterum hoc, qui priorem defenderent, omnes (vno *Hieronymo* excepto et tamen aliis in locis apud Ven. WALCHIVM citatis pro inconstantia sua ambigentis) *millenariam in terris felicitatem* affirmasse, posterioris vero amatores eidem contradixisse.

 Nam

Nam in his erant *Athenagoras*, *Clemens* Alex. *Origenes*, *Theognostus*, *Pierius*, *Pamphilus*, *Dionysius* Alex. *Eusebius* Caesar. *Gregorius* vterque, *Basilius*, *Joannes* Constantin. et Hieros. atque ex Latinis *Hilarius* vterque, *Ruffinus*; ab eorum partibus stabant *Theophilus* Antioch. (cf. mox dicenda) *Justinus*, *Irenaeus*, *Hippolytus*, *Nepos*, *Apollinarius* sen. *Victorinus* Pictav. *Methodius*, *Apollinarius* iun. *Epiphanius*, atque ex Latinis *Tertullianus*, *Ambrosius*, *Lactantius*; audiuimusque praeterea *Ruffinum* in sua defensione *nisi forte a Judaeis aliquibus noua nunc lege promulgatur vt et ista discamus: Est enim* etc. Haec itaque clarent, et quamuis *Justinus* atque *Irenaeus* ex nostra narratione non tales appareant, tamen satis aliunde cognitum est, eos Millenario fauisse atque ab eorum editoribus Parisiensibus et Londinensibus pluribus demonstratum. Aeque porro patere existimamus, quibus variis domesticis quasi rationibus ducti in veteri disciplina *medium animae post mortem statum* affirmabant. Millenarii etenim sua hac persuasione mouebantur, vt *Origeniani* contra, si qui eundem ponerent, sumto hoc, quod anima rursus carne deposita Paradisum introiret ante lapsum cultum hicque maneret, vsque dum corpore nouo, quo ab initio vtebatur, restituto ad subliniora transire posset. Didicimus praeterea, quaenam quasi argumenta classica ab vtraque parte constanter fere vsurpata fuerint et de manu in manum tradita. Itaque neque nos in re manifesta oratione abute-

mur.

mur. Et restant etiam multo plura, quae certe attingemus, cum pertractandis peculiari libro opus foret.

Pharisaeos primum supra [1]) demonstrauimus *corporum horum* resurrectionem affirmasse, neque illo tempore praeter Acta plus iis tribuere decorum narrationis permittebat. Postquam vero *Ruffinus* non modo docuit in loco mox ante repetito, Judaeorum *de resurrectione talem opinionem esse, quod quidem resurrecturi sint, sed vt carnalibus deliciis ceterisque voluptatibus corporis perfruantur*, et *Hieronymus* (vid. *quaest.* de *Apollinario*) *Millenariis, quorum crassam opinionem describit, iudaizandum esse* dixit, ipseque Gregorius vniuersum hoc συςημα (δευτερον Ιουδαισμον) appellauit, patet praeterea eos *carnis huius* latissimo suo sensu expectasse resurrectionem. Vnde nouum quoque robur accedit nostrae de Sadducaeorum latente in Pharisaeos impetu opinionis l. c. [2]) explicatae nouaque lux ad intelligendam veram vim paralogismi eorum oritur. Videmus nimirum eos sumsisse Pharisaeorum de nuptiis in illo Millenario celebrandis siue potius *renouandis pristinis* persuasionem ve-

1) p. 58. sq. vbi, ne diutius magni erroris suspicione laboremus p. 60. l. 12. rescribendum est, ab amanuensi nostro transpositum *aut*, sic: *aut*, *quam ipse sequebatur*, *ex Pharisaeorum mente* — —

2) p. 59.

ram esse, adeoque conclusisse, vt, si ea ponatur, mira futura sit pugna inter septem vnius vxoris maritos. Atqui vero hoc semel animaduerso, responsum Seruatoris, *neque nubent*, *neque nubentur*, clare intelligitur non denegationem corporis restaurandi sed voluptatum, quae corpore peragantur, atque effecti Pharisaeorum Millenarii ex eiusdem proposito esse. Vt adeo plane mihi persuasum sit, sapientissimo consilio et D. N. J. C. et Paulum a plena resurrectionis *corporis* appellatione abstinuisse, ne eadem Pharisaei abvterentur, quasi suae disciplinae inseruientem. Sed Pharisaei ipsi simplici tantum *resurrectionis* vtebantur affirmatione? Vtemur itaque hoc ad fundamenta subtilioris disputationis ponenda, qua vincendum foret, *Pharisaeos animae cum corpore resurrectionem sensu tamen vtriusque indoli accommodato statuisse*, *sic*, *vt* anima *rursus quasi* in lucem ex Paradiso protraheretur, corpus *vero* ex terra restitueretur; *hoc modo* aduersus *Sykesium* intelligendos esse, qui forte ex Patribus seculo secundo, vt *Theophilus* Antioch. resurgere *animam cum corpore* dixerint, adeoque *Theophilum* ipsis Millenariis adscribendum. —

Non abhorrebit a proposito paucis etiam *Alexandrinorum* apparentem consensum cum Gnosticis in *tunicarum pellicearum* interpretatione, de *corpore*, vt fere fingitur, declarasse! Nam hoc quidem expressis *Origenis*, *Gregorii* Nazianz. verbis audiuimus, Deum *hominibus in*

poenam

poenam tunicas pelliceas induisse, atque de *Clemente* Alexandrino idem aliunde satis constat. Sitne credibile Viros eruditissimos, qui inprimis hoc egerint, vt aduersus Gnosticos, veram Christianis γνωσιν vindicarent, tamen illorum interpretationis fabulas sua auctoritate fulciuisse? Quis credat! Is profecto nunquam, qui simul eos cognouerit [1]) την παχυτητα corporis proprie carnem vocare, vnde vera eorum sententia hoc modo informanda est animo: *Deus totum hominem quoad* animam et *corpus creauit*, quod postremum nimirum Gnostici negabant, *cumque is semel nimia libidine versus materiem externam se abripi passus esset, Deus permisit, vt pedetentim particulae crassiores, quam carnem dicimus, corpori adhaerescerent, sic ille carnalis euaserit, illudque* interius *corpus ab* exteriore nunc *obtegatur, donec in* resurrectione deposito *omni hoc onere peregrino nouum prodibit.* Hinc illis illa tam constans abstinentia a verbo *carnis* in mentione resurrectionis atque contradicentium vt *Hieronymi* adu. Ruffinum et *Ioannem* Hieros. postulatio, vt non modo *corporis* verum etiam *carnis* resurrectionem profiterentur: Quin adeo *Methodius* [2]) ex Origenis disciplina διαφοραν σωματος προς σαρκα poni expresse affirmet. Sed dabitur forstassis

1) cf. excerpta ex *Nazianzeno* cum excerptis ex *Origene*.

2) cf. *actionem* c. Origenem a nobis summatim exhibitam.

tassis alio tempore opportunitas haec latius explicandi. Etenim iam demum ad *Sykesium* propius accedendum cumque eo paullisper super *Symbolorum* de resurrectione formula agendum est, cum ipse non adeo neget, semper inde a primo seculo multitudinem eorum extitisse, qui *carnis* resurrectionem apertis verbis et ipsi profiterentur et aliis profitendam suaderent, hocque vnice vincere velit non publicam omnibus praescriptam eius fidem fuisse; vnde sumit haec tria, primum, *exeunte demum seculo* quarto *in* symbolis publicis ipsoque, *ex vulgari consuetudine* loquendi, Apostolico Occidentales *incepisse mentionem facere* resurrectionis carnis, *inter* Orientales porro *primum* Arii *professionem fidei hanc particulam continere*, *atque nullam* tandem ante medium *seculi commemorati a* baptizandis corporis *resurrecturi*, *nedum* carnis publicam *professionem desideratam fuisse* [1]). Quare nunc de his singulis videamus.

Quod primum fecit suae sententiae membrum *Sykesius* hactenus verissimum esse iudico, quatenus per Symbolum *publicum* eiusmodi formula fidei intelligatur, quam omnes vnius prouinciae doctores aut plurium etiam vicinitate cohaerentium tenere *cogantur*, atque eiusmodi demum doctrina *publica* alicuius loci dicenda sit, liberrimeque credo hac definitione posita Symbola a nobis ad secundum

1) cf. *praefat.* nostr. p. 7 sq.

ſecundum ſeculum allata [1]) apud *Irenaeum* atque *Tertullianum* publica amplius non eſſe. Nam, vt hoc vtar, quis credat Alexandriae ab *Clemente* ad extremum huius ſeculi ea diſputari potuiſſe ſuper reſurrectione, ſi Tertullianea fidei formula per omnia ibidem recepta fuiſſet. Si nunc contra profeſſio *publica* ea eſſe exiſtimetur, quae tempore vno communis ſit vnius prouinciae aut *plurium* etiam doctoribus celebrioribus hisque qui ab iis in ſentiendo pendeant, nemo quoque puto amplius dubitet, quin temporibus *Irenaei* Lugduni et in Gallia, *Tertulliani* in Africa, illiusque Praeceptoris *Polycarpi* in Aſia minore publice illa profeſſi ſint, quae iſtis Symbolis contineantur, non excepta reſurrectione carnis, haecque adeo ipſa quoque hactenus publica dici poſſint, conſentiente fere in hoc S. V. *C. Gu. Franc.* WALCHIO in diſſertatione aduerſus *Sykeſium* [2]). Neque vniuerſe negamus, Occidentales in Symboli Apoſtolici varia exempla extremo demum ſeculi quarti recepiſſe peculiarem *reſurrectionis carnis* mentionem, etſi hoc conceſſo neutiquam ſequatur, quod Sykeſius quidem in effectis ponebat, vt deinceps videbimus. Nam quod iam illud attinet, credibile eſt, *Damaſi* certe temporibus adfuiſſe in *Romanorum* exemplo clauſulam, *carnis reſurrectionem*, quoniam in longiore formula fidei Romae Synodo tertia aduerſus Apollinariſtas condita

1) p. 130 ſq.

2) p. 25.

condita (XI. in supra commemoratis) videtur breuius Symbolum Apostolicum, quo vtebantur, latius explicare velle atque inde cogatur, carnis resurrectionem in hoc iam expressam fuisse, cum etiam huic declarandae studeat. Atque forte huius ipsius temporibus primum huius particulae accessio decreta fuit ob *Eusebii* Vercellensis et *Ruffini* etiam studia Origenismi per Italiam propagata. Quod vero ad *Aquileiense* exemplum attinet, in hoc insertionem *huius carnis* paullo ante A. LXX. sec. IV. factam existimem. Nam si conferamus illud *Eusebii* Vercellensis, VI. nostrum in priuatis seculi IV. cum ratione temporum, non contemnenda coniectura, quod sumimus, efficiatur. *Ruffinus* nimirum in praefatione ei adiecta dicit, se ad normam huius Symboli institutum fuisse, cum iam esset in monasterio, et quidem a *Chromatio*, *Iouino*, *Eusebio*. Illum dicit eo tempore fuisse *Valeriani*, qui erat Episcopus Aquileiae atque Antecessor Chromatii, presbyterum, ipse vero circiter A. LXXIV. ex monasterio in Aegyptum transiit; vnde fit, vt ista, quam commemorat in monasterio institutio, inciderit intra annum certe LX atque LXXIV. Quae si recte conclusa a nobis sint, intra hoc tempus in strictiore formula fidei Aquileiensi quomodo extiterit, forma verborum, *huius carnis* resurrectio, cum in longiore et quasi illius expositione verbum *carnis* supprimatur? Itaque fortassis illo tempore clausula fuit *Aquileiensis* publici — *remissionem peccatorum*, corporis *resurrectionem*,

eius

eius explanatio, *nos* haec ipsa corpora, *in quibus vel viuamus vel moriamur, recepturos esse*, cumque viderent quemuis illud *corporis* ex suo iterum sensu explicare et in disputationibus cum Origenistis experti essent, eos aeque verbum carnis ex sua tamen disciplina intellectum ferre, tum demum eos de circumscriptiore formula cogitasse adeoque *huius carnis* reposuisse; atque hoc ipso forte Valeriano prouidente.

Quando nunc porro *Sykesius* symbolum A. XXXV. in Concilio Hierosolymitano ab Ario et Euzoio exhibitum (IV. nostrum ex publicis) his tanquam *proprium* tribuit, propterea que in priuatis numerari vult, id fingi ab eo, est verissimum Ven. WALCHII [1]) pronunciatum, cum tamen audeat in extremo addere *vniuersam ecclesiam catholicam haec tenere*. Sed qui hactenus viris doctis planissime assentior, cogor ab iisdem discedere, quatenus existiment, hoc ipsum ab *Ario* oblatum *Alexandrinum* baptismale vel certe publicum fuisse. Nam quae *Socrates* [2]) narrat, cuius auctoritate *Binghamus* deinceps motus appellationem *Alexandrini* [3]) eidem tribuit, non plus inde patet, quam Arium illud Caesari primum obtulisse: Quare cum neque in praefatione Arius dixerit, se in hanc professionem baptizatum esse, vnice-

1) dissert. cit. p. 26 sq.

2) hist. eccl. l. I. c. 26.

3) Vol. IV. p. 98.

vniceque affirmauerit, se eam firmiter tenere, *Alexander* eodem tempore ecclesiae Alexandrinae praepositus in publico scripto A. XXI. suae ecclesiae fidem resurrectionis hanc esse dixerit, *nosse ex mortuis resurrectionem* [1]), idem porro parum differat ab *Sardicensis* clausula, *Hierosolymitano baptismali*, altero *incerti loci* in Constit. App. et *Orientali* apud Epiphanium (VII. VIII. XVI. XVII.) atque tandem *Hierosolymis* in concione publica propositum fuerit, probabile mihi fit, illud ipsum antiquius *Cyrillo* Hieros. Symbolum *Hierosolymitanum* fuisse. Atque inhaereamus paullisper huic loco, in quo semel mentionem Constitutionum Apostolicarum atque *Orientalis* Symboli fecimus. Patet nimirum, in quatuor commemoratis formulis, excepta Sardicensi, praeter *vitae aeternae* expectationem, spem quoque *regni coelorum* praedicari, quae ab illa separata nulla alia esse potest quam *Millenarii*, ex perpetuo vsu horum, regnum coelorum interpretandi. Haberemus itaque tria Symbola, quae illius fidem praecipiant, foretque hoc nouum argumentum nostrae opinionis de Arii Symbolo pro Hierosolymitano publico habendo, cum Episcopi Hierosolymitani antiquiores cum suis presbyteris non ignorentur Chiliasmum sua auctoritate promouisse. Sed posset quoque amplius inde effici, Symbolum hoc Constitutionibus Apostolicis post quartum seculum aut certe extremo eius insertum fuisse,

1) cf. III. form. fid. publ.

fuisse, cum Epiphanius admodum diligenter tempus notet, quo illud *orientale* propter nouas turbas *Constantinopolitano* superadditum fuerit, factaque supputatione annus fere seculi quarti XC. exeat. Vtcunque vero (breues enim esse cogimur) haec subtilius examen ferant; tamen semper Alexandrinae ecclesiae Symbolum illud Arii non fuisse mihi certum videtur. Neque Caesareensi baptismali ab *Eusebio* repetito (l. in publicis) vtar maioris confirmationis caussa, cum neque hoc opus videatur, neque omnino in hoc capite doctrinae; de cuius fide illo tempore non quaerebatur, vt adeo reliqua omittere posset *Eusebius*, in vtramque partem ea vti liceat, ex verissima non minus S. V. WALCHII [1]) obseruatione. Itaque, vt hoc obiter dicam, nemo quoque miretur, nos formulam fidei apud Pseudo-Origenem in Dial. de recta in Deum fide propositam non in reliquis numerasse, atque ipsam adeo Athanasianam omisisse, cum haec quidem longe recentior sit atque illam contextus cogat credere vnice quoad partem doctrinae de Deo ex proposito Auctoris repetitam fuisse.

Demusne vero, quod tertium erat, *Sykesio*, neque ante medium fere seculi quarti expressam a baptizandis professionem resurrectionis corporis requisitam fuisse? Nam consuetudinem eiusmodi professionum in vniuersum ipse

1) l. c. p. 23.

ipſe non negat! Itaque bene! Et nos liberales ſimus in cedendo: Atque eſt omnino non negandum, patere primum ex duobus *Cypriani* teſtimoniis [1]) toties in hac de baptiſmalibus veterum fidei formulis quaeſtione excuſſis ſeculo tertio in *Africana* certe eccleſia illam peculiarem reſurrectionis mentionem in baptiſmi ſollennitate nondum in vſu fuiſſe, nullum porro praeter Hieroſolymitanum ex huius ſeculi Symbolis baptiſmalibus eam exhibere et *Gregorium* adeo Nazianzenum in formula quam baptizando inculcat (XIII. noſtrae recenſionis) nulla eiusdem indicia facere. Sed enim vix impetrabit *Sykeſius*, vt plus inde ſequatur, quam hoc, non moris fuiſſe *Catechumenis* in prima inſtitutione definitam reſurrectionis expoſitionem dare, vt adeo deinceps etiam in publicae profeſſionis ſollennitate eam non reddere iuberentur. Atque poterat id apud hos, qui Alexandrinam diſciplinam in tradendo religionem ſequerentur, conſequens eius συγκαταβάσεως eſſe, qua rem ipſam in δόγματι ponebant, modum deſcriptionis vero in

1) ep. LXIX. edit. *Felli: cum dicunt* credis remiſſionem *peccatorum et* vitam aeternam *per ſanctam eccleſiam*, et ep. LXX: *ipſa* interrogatio quae fit in baptiſmo, teſtis eſt — *Nam cum dicimus, credis* in vitam aeternam *et* remiſſionem peccatorum *per ſanctam* eccleſiam.

in his *κατ᾽ οἰκονομιαν* formandum esse, praecipiebant, apud alios vero *γυμνασια* cuiusuis relinquebant; quemadmodum reliquis videri poterat verendum esse, ne imbecilliores male intellecta explicatione resurrectionis profanorum eam totam ludibrio exponerent. Ita profecto *Justinus* apud Eusebium [1]) suo iam tempore id accidisse dolet, et *Chrysostomus*, cum publice de resurrectione disserendi necessitatem sibi impositam videret, *βουλομαι μεν*, inquit, *σαφως αὐτο εἰπειν, οὐ τολμω δε δια τους ἀμυητους* [2]). Quodsi adeo illud silentium tantopere vrgendum esset, plane nullam resurrectionem ab iis statutam fuisse affirmare quis posset, neque vinceret *Sykesius* dicendo eius cogitationem inclusisse veteres formulae, *qui venturus est iudicare viuos et mortuos:* Nam hanc quidem toties vrget! Sed si quid video, haec ex proposito veterum clausula erat professionis de Christo tanquam iudice, verbis ipsis Scripturarum effecta, vnde deinceps quoque accidisse videmus, vt retineretur, etsi accederet in fine mentio resurrectionis carnis.

Erat nunc propositum de connexa cum Martyrum virtute fide resurrectionis carnis pauca post *Dodwellum* quaerere. Sed opus nescio quo-

1) l. III. c. XXVI.

2) *hom.* XL. in 1 Cor. XV.

quomodo nobis in maiorem molem creuit, quam ob Lectorum quoque commoditates optassemus. Itaque cum res ipsa fere per se intelligatur, hoc vnum nobis sufficiet dixisse, formulam loquendi in epistola ex Ephesino Concilio seculo II. ad Romanos transmissa [1]), *SANCTOS omnes suscitabit*, omnino explicandam esse ex millenariorum disciplina de *prima solorum piorum* resurrectione, vt adeo necessaria consecutione resurrectionis quoque *carnis* cogitatio ei inclusa sit.

Conclusiones.

Habitauimus, credo, amantissimi Theologicae disciplinae apud posteritatem statores atque vindices, qui forte haec nostra legeritis, satis diu in hoc vno loco spatiosissimae prouinciae, vt nunc discedentibus turpe foret nihil profecisse. Itaque experiamur, quid emolumenti nobis parauerimus. Non caruit primum voluptate per tria secula viros doctos varii ingenii propositique de vna eademque re differentes audire, quemque suo more atque dicendi genere, vnde vtplurimum etiam ipsa eorum verba dedimus. Sed haec tamen mera sensuum fuisset oblectatio, qua etiam carere potuissemus. Itaque maius hoc est, quod vidimus atque ipsi quasi in re praesenti cognouimus, quomodo perpetua inter ipsos doctores ecclesiae contentio fuerit duoque praecipua eorum agmina extite-

1) cf. p. 141.

extiterint, ſtudiis, conſiliis atque voluntatibus ſibi contraria, ſuum quodque habuerit promtuarium argumentorum atque etiam titulorum, vt ſumus homines, vt dum illi ἁπλουστεροι, *Judaizantes* etc. dicerentur, hi contra *haereticos*, *profanos*, *arrogantes*, *exiſtimatione ſui inflatos* illos renunciarent; quamuis porro partem vti Topicen ſuam atque τεχνολογιαν ita etiam poſſeſſionem ſuam, vt Origenis diſcipuli, *Alexandriam Caeſaream* habuiſſe: Haec, inquam, vidimus; ſed non ſola. Nam perſpeximus quoque omnes latinos interpretes per Graecos Alexandrinos *Clementem*, *Origenem*, *Pierium*, *Pamphilum*, *Didymum*, *Diodorum* ſapuiſſe atque ipſi aliquoties in furto manifeſto eos deprehendimus; nullum latinorum hebraice graeceque ſatis doctum fuiſſe, ne *Hilario* quidem Diac. plane excepto; beneficium, eam, qua Latinos Graeci vincebant, interpretandi artem, fuiſſe Scholae Alexandrinae et Caeſareenſis, in qua litterae ἐγκυκλικαι, liberales dicimus artes, traderentur; hac tamen cautione, ab *Clemente* Alexandrino praeſcripta, *vtendum eſſe iis, non permanendum in iis*; ſicque vti quique magis literatores eſſent, ita maxime eos in Theologia excelluiſſe, quatenus nimirum detur homini, vti *Gregorium* Nazianzenum κατ' ἐξοχην *Theologum* appellatum, *Baſilium* Magnum, *Joannem* Chryſoſtomum, quin immo ipſum *Origenem*, abſolutiſſimae doctrinae virum, niſi Platonicus adeoque gregarius fuiſſet Philoſophus in ipſa Theologia enarranda. Itaque his

vtamur,

vtamur, vt discamus sine multis magnisque litteris iustam Theologiae cognitionem nemini contingere; Graecos inprimis aut certe primos legendos esse, si vtilitatem aliquam a Veteribus repetere velimus; nunquam expectandum esse, vt quis omnibus probetur, neque adeo expetendum, cum, vt in *Hieronymo* vidimus, ad eiusmodi cupiditatem explendam nulla alia via detur praeter hanc, vt διγλωττος fias, turpissimo coram Deo, qui cordatos amat, crimine; media tandem via tutissime iri et inter mere Gnosticorum atque plane infirmiorum interiacere tertiam hanc, quam Paulus ad aliorum quoque de resurrectione traditionem commendauerit:

παντα ΔΟΚΙΜΑΖΕΤΕ και καλον ΚΑΤΕΧΕΤΕ.



Corrigenda.

Pag. 8. l. 1. 2. lege *receptam* pro *professum*. l. 15. vtrinque. p. 13. l. 28. ad *resurrectionem* cond — p. 15. l. 23. *Vt* pro *An*. p. 22. l. 24. *causa* effectrix. p. 33. l. 11. grat*am* — acceptam. p. 37. l. 23. dele *Dei*. p. 47. l. 29. lege *vtendi*. p. 54. n. 4. *tamen* pro *lumen*. p. 57. l. 4. vtent*em*. p. 68. l. vlt. *quaesitam*. p. 69. l. 17. *tantum*. p. 79. n. 1. in fine *αἰωνιου*. p. 88. n. 1. ab initio *δειξον*: paullo post *ἀπιςησεις*. p. 96. n. 1. in medio *fabricatum*. p. 107. l. 13. *ipsae*. p. 110. l. 11. *prebenduntur*. p. 152. n. 2. *ei* pro *eis*. p. 155. n. 2. *superet*. p. 157. l. 24. *illa* pro *ita*. p. 172. l. 7. comma post *Ittigius* transferendum post *accurate*. p. 187. l. 1. 2. *cogeremur*. p. 226. l. 12. n. 2. Aglaophon. p. 227. l. 3. *eundem*. p. 237. l. 9. *Halloixii*. p. 258. n. 1. *Camp* — p. 284. l. 3. *Omophorus*. p. 294. l. 12. *ne* — p. 305. l. 5. *significat*. p. 337. l. 12. translatos. p. 379. l. 16. 17. Aposto*los*. p. 393. l. 26. Dim*oe*ri — p. 421. l. 18. qu*as*que. p. 455. l. 18. *ob*.